

A. ROBERTO

—
URIFODINA
INVERSA



4

EV4611
R5
v. 4
1875


007955



EX LIBRIS
HEMETHERII VALVERDE TELLEZ
Episcopi Leonensis



1080015335



AURIFODINA

UNIVERSALIS

UANL

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



U.
2.50
R.



AURIFODINA

UNIVERSALIS

SCIENTIARUM DIVINARUM

ATQUE HUMANARUM

EX FONTIBUS AUREIS SANCTORUM PATRUM

CONCILIORUM, DOCTORUM, NEQ. NON PAGANORUM FERE DUCENTORUM

TAM IN THEOLOGIA, QUAM IN PHILOSOPHIA

PER SENTENTIAS PLUSQ. OCTOGENTA MILLIA, SUB TITULO SEPTINGENTIS ET ULTRA
ORDINE ALPHABETICO DIGESTARUM, RELIGIOSIS ET SÆCULARIBUS, MAXIMEQUE CONCIONATORIBUS,
GRATORIBUS, JURISPERITIS, ALISQUE OMNIBUS STUDIOIS UTILISSIMA

A V. P. ROBERTO

CAMBRACENSIS CAPUCINO, PROVOCALE GALLO-BELGICÆ

EDITIO TERTIA



UNIVERSITATIS DE AUSTRO-LEON
RECTORIS M. J. VIVES

PARISIIS

APUD LUDOVICUM VIVES, BIBLIOPOLAM EDITOREM

13, VIA VULGO DICTA DELAMORE, 13

MDCCLXXV

EX LIBRIS
C. M.
Universitatis Culiacaneensis



DIRECTOR
Capilla Autónoma
Biblioteca Universitaria

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS


44645

BV 4611

R6

V9

1875



FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

21334

AURIFODINA UNIVERSALIS

SCIENTIARUM DIVINARUM

ATQUE HUMANARUM

RAPINA.

RAPINA.

S. ANSELM. *Definitio.* Rapina est, quando quilibet alienam rem per violentiam sibi usurpat, quae sibi non competit. Super *Epist. ad Philibip.*, cap. 2.

S. ANTONIN. Rapina est rei alienae non sacrae in loco non sacro illicita per violentiam ad lucrum facta usurpatio. Part. 2, tit. 4, cap. 12, § 8.

HUGO & S. VICTOR. Rapina est ex avida mentis proveniens impetu, violentia alienarum rerum dreptio. De *Fructibus carnis et spiritus*, cap. 8.

S. THOMAS AQUINAS. Rapina est quedam violentia et coactio, per quam contra iustitiam alicui auferitur quod suum est. 2, 2, quae. 66, art. 8.

S. ANTONIN. *Differentia.* Differt furum a rapina, quia furum occultam, rapina vero violentam usurpationem importat. Part. 2, tit. 4, cap. 12, § 8.

JOAN. GERS. Rapina et furum infer se differunt. Rapina est violenta contractatio rei alienae invito domino; furum vero est occultis contractatio rei alienae domino non consentiente. Part. 4, in *Descript. terminor.*, cap. *Temperantia.*

S. THOMAS AQUINAS. Furari et rapere infer se differunt; quis primum valenter, secundum hostiliter. Super *II Cor.*, cap. 12, lect. 4.

Furtum et rapina inter se sunt distincta: nam furtum est quando dolo et clandestino: rapina vero, quando aperta et manifesta vi, sua cuiuspiam bona, nulla premente necessitate per injuriam auferuntur. 2, 2, quae. 66, art. 1, in axiomatico.

SENTENTIAE PATRUM.

S. AMBROS. 1. Nullus rapiendi modus, ubi nulla mensura est cupiendi. Lib. 4, de *Cain et Abel*, cap. 5. Tom. IV.

RAPINA.

2. Rapere iis, qui non leserint, plerique sibi existimant gloriosum. Super *Psalin.* xxxv.

3. Qui injustam bellum agunt, in omnibus quae auferunt ab eis contra quos praellantur, rapinam faciunt. Part. 2, tit. 4, cap. 12, § 4.

4. Rapina quinque modis committitur: usurpatis dominis, in publicis bellis, in manifestis atrocibus, in paedagiis, et gabellis indebitis, in injustis tallibus et damnis. *Ibid.*, cap. 12, § 3.

5. Quidquid ab invito sumitur, injuriose auferitur. *Epist.* 54, ad *Macedonium*.

6. Cruciantur quibus auferuntur temporalia, quia diligunt ea, illi autem qui auferunt gaudent; sed talis bellicia, concitas est, et summa inferia: ipsa enim magis implicat animam, et ad majora tormenta perducit. *Prose.*

7. Gaudet et piscis quando hamum non videns, escam devorat: sed cum piscator eum adduxero ceperit, viscera ejus torquentur primo, deinde ab omni laetitia sua per ipsam escam, de qua letatus est, ad consumptionem trahitur: sic sunt omnes qui de bonis temporalibus beatos se esse putant: hamum enim acciperunt, et cum illo sibi vagantur; veniet tempus ut sentiant quanta tormenta cum aviditate devoraverint.

8. Illi qui auferunt bonis temporalia, nihil nocent, quia hoc eis auferunt, quod non diligunt: nam quod diligunt, et unde beati sunt, auferre illis nemo potest. De *Agone christiano*, cap. 7.

9. In homine interiore animus res est, rapina actus est. De *Perfect. justitia*, cap. 2, ratiocinat. 4.

10. O piscis male! praedam vis de parvo, praeda efficeris majori. Super *Psalin.* lxxv, vers. 6.

11. Rapere vis? quid invenis? quid perdis? o

007055

lucra damnosa! invenis pecuniam, perdis justitiam. *Prose.*

12. Pauper sum, non habeo: ideo rapere vis? quid rapas vides, a quo raparis non vides. Nescis circuire iniquum tanquam leonem rugientem, et querentem quid rapiat. Super *Psalm.* 11, vers. 10.

13. Subtrahatur tibi que Deus dedit, nunquid subtrahitur quid dedit? Super *Psalm.* xxxiv, vers. 3: *Salus tua ego sum.*

14. Adam et Eva rapere voluerunt divinitatem, perdiditque felicitatem. Super *Psalm.* lxxviii, conc. 2, vers. 6.

15. Qui aliena quomodolibet injuste percipit, ipse sibi regni celestis aditum claudit. *De Conflictu vitiorum et virtutum*, cap. 18.

16. Si in ignem mittitur, qui non dedit rem propriam, patas ubi mittendus est, qui intravit alienam? *Prose.*

17. Si cum diabolo ardere habet, qui mundum pauperum non vestivit, patas ubi arsurus est, qui expoliavit? *De Verbis Domini*, term. 20.

18. Rides, quia pecuniam rapis: ride, ride, vomet qui eligit. *Ibid.*, serm. 25.

19. Penale est occulte auferre, multo majoris poenae est visibiliter eripere. Hab. in *Decret. Gratiani*, part. 2, causa 14, quest. 5, can. *Penale*.

20. Nulli rapiunt res alienas donaturi suas. *Tract.* 45, super *Johan.*

21. Quantumcumque cupiditas rapiat, necesse est in una hora totum dimittat. *Homil.* 48, ex *Iu. Homil.*, cap. 1.

v. senn.

22. Raptores alienarum rerum, ipsi quandoque respiciunt ad infernum. In suis *Proverb.*, verbo *Raptores*.

s. donay.

23. Non solum debet esse cura, ne nostra homines rapiant, sed ne rapientes non sua, semetipsos perdant. Super *Luc.*, cap. 6, in illud: *Qui auferi qua tua sunt.*

24. Mirum est quod non timeant homines, quod post buccellam, quam de rapina acquirant, intret in eos Satanas. *Serm.* 4, *Dom.* 3, *Quadrages.*

25. Hec hodie quidam perdidit simplicitatem columbe, et assumpsit ferocitatem aguilae, quae parvas et magnas aves suo sublevari domino per rapinas, et quas non potest contingere rostro, saltem conturbat imperio. *Serm.* de *S. Catharina*.

26. Quae animalia vivencia de rapina sic instituunt rapinae et praeda, ut nostri temporis homines? *Prose.*

27. Num leo accepta praeda, quiescit ad tempus, sed nunquam quiescit homo: unde bestia nunquam habet memoriam praeda, nisi fame necessitatis urgente; tuus enim cum nimium fa-

mescit, praeda quaerit, qua accepta mox praedandi perdit memoriam.

28. O confusio humana! ut non praedetur bestia fera, nisi necessitate vim urgente; et praedetur nobilissima creatura sola libidine avaritiae inducenda. *Serm.* 1 de *Sanctis Apostolis*.

29. Non potest crimen rapinae indigentia tolli, nec quod vindictae subiacet, excusari. Super *Psalm.* lxi, vers. 10: *Et rapinas nocte convenerunt.*

30. Non rapias aliena, et cessabit rapina. *Cateches.* 2.

31. Rapaces substantias et labores hominum, tanquam infernus insaturabiliter deglutit. *Epist.* ad *Damas.* *Pap.* de *morie D. Hieron.*

32. Quid damnationis erit spoliasse pauperem, quem suumque crimen est non pavisse? *Hom.* 10 ad *Monachos*.

33. Mollibus et delicatis hominibus, qui in luxu simul et otio vitam transigere volunt, familiaris esse solet, rapinis incumbere. In *Annot.*, super cap. 1 *Job*.

34. Qui abstulit injuste alteri quod habebat charissimum, dignus est et ipse quod habet charissimum male perdere. In *Elucid.*, super cap. *xxxii Job*.

35. Subito exitu urgente invisibiliter rapitur, qui visibiliter rapiebatur: vidit ipse quos rapuit, sed quis illum in morte rapiat, non videt. *Lib.* 25 *Moral.*, cap. 3.

36. Donum pauperis confringit, qui eum quem pro potentiam conterit, spoliare quoque per avaritiam non erubescit. *Ibid.*, lib. 45, cap. 42.

37. Is qui rapere sinitur, creatus mente culpam arguit: is vero qui rapiamur patitur, iam in ejusdem rapinae damno pro illa quam ante perpetravit culpa fertur. *Ibid.*, lib. 44, cap. 2.

38. Si tanta poena mulcetur, qui non desisset sua convinctur: qua poena ferendus est, qui redarguitur aliena abstulisse? *Ibid.*, lib. 45, cap. 42, super illud *Job* xx: *Quoniam confringens nudavit.*

39. Quanta damnatione plectendi sunt, qui rapiunt aliena, si tanta animadversio feruntur, qui sua indiscrete tenuerunt? *Part.* 3 *Pastor.*, cap. 1, admonit. 21.

40. Occasio rapiendi subtrahitur, si bene prius jus possidendi disponatur. *Ibid.*, admonit. 22.

41. Quae poena mulcendus est, qui aliena diripit, si inferni damnatione percutitur, qui propria non largitur? *Hom.* 40 super *Evang.*, super illud *Luc.* xv: *Homo quidam viduebatis purpura.*

42. Plerumque, quod est gravius, sacerdotes, qui propria dare debebant, etiam aliena diripiunt. *Homil.* 1 super *Evang.*

S. GREGOR. NAX.

S. GREGOR.

CASSIODOR.

S. CYRILLUS HIEROSOL.

S. FULGENTIUS CAESARIENSIS.

S. GILBERTUS BRISIGNINUS.

FRANCISCUS TIEBERIAS.

HYGO CARD.

S. JOHANNES CHRYSOST.

S. GREGOR. MAGISTR.

S. GREGOR. MAGISTR.

S. GREGOR. MAGISTR.

S. GREGOR. MAGISTR.

S. GREGOR. MAGISTR.

S. GREGOR. MAGISTR.

S. GREGOR. MAGISTR.

S. GREGOR. MAGISTR.

S. GREGOR. MAGISTR.

S. GREGOR. MAGISTR.

S. GREGOR. MAGISTR.

S. GREGOR. MAGISTR.

S. GREGOR. MAGISTR.

S. GREGOR. MAGISTR.

S. GREGOR. MAGISTR.

S. GREGOR. MAGISTR.

S. GREGOR. MAGISTR.

S. GREGOR. MAGISTR.

S. GREGOR. MAGISTR.

S. GREGOR. MAGISTR.

S. GREGOR. MAGISTR.

S. GREGOR. MAGISTR.

S. GREGOR. MAGISTR.

S. GREGOR. MAGISTR.

43. Sicut Ecclesia propria res amittere non debet, ita eam rapacitate ardere alienas invadere non oportet. *Lib.* 2 in *Regist.*, ind. 11, cap. 81, epist. 43, ad *Bonif. episc. Regium*.

44. Opes ex rapina collectae, nocentissimas sunt, et impiesimas. Super *Ecclesiasten.*, cap. 5.

45. Amico quippiam rapere, furtum est: Ecclesiam vero fraudare, sacrilegium est. *Epist.* 2, ad *Neopolitan.*

46. Accepisse quod pauperibus erogandum sit, et contentibus plurimis vel cautum esse velle, vel timidum: aut, quod, apertissimi sceleris est aliquid inde subtrahere, omnium praedonum crudeliatem superat. *Ibid.*

47. Omnis rapina mixta violentia est: nisi enim vis fuerit illata, rapina non prodicit. *Lib.* 6 super *Ecceh.*, cap. xviii, super illud: *Per vim nihil rapuerit.*

48. Quotiam quanta largiuntur respiciunt, et quanta rapiunt non attendunt: et ideo quae largiuntur, in sacco pertuso reponunt. Super *Ecclesiasten.*, cap. xxxiv.

49. Officiales potentium parva rapiunt, quia majora non possunt. Super *Levit.*, cap. 11.

50. Rapere et invadere violententer aliena, non humana mansuetudinis, sed immanitatis est belluarum: quin imo ipsae quoque deteriores sunt, qui in abominum transeunt affectum. *Homil.* 22 super *Matth.* *Oper. perf.*

51. Non tua rapi, sed aliena te rapere, tibi malum est: si rapuisti, acerbissime te ipsum accensa, et restitue: si vero alius tu rapuit, non parva tibi sollicitudo orandum est pro illo, qui sibi maxime profuit. *Ibid.*, *homil.* 32.

52. Pejor multo quam credes, rapina est, paulatim pauperum consumens. *Ibid.*, *hom.* 53.

53. Lex est ut alterius non tollas, et si tuum non des: grata autem ut alterius non tollas, et tuum des. *Hom.* 42 super *Matth.* *Oper. imperf.*

54. Nihil turpius rapina, nihil scelestius. *Hom.* 42 super *Johan.*

55. Quotiam rapacis hominis oculus impudens: quid perveracius? quid eandem similis? non enim tam impudens visus, quam hic, cum undique omnia diripit: quid hujus manibus scelestius? *Hom.* 9 super 1 *Cor.*

56. Raptores ferinas non tantum manus habent, sed feris longe severiores immantioresque: usi namque et lupi, cum ad satietatem ederunt, cibo abstinent, hii autem nunquam satiantur. *Ibid.*

57. Tu, si peccidum fera laerast, agro feras: cum autem in proximum timum id tu facis, nihil mali te facere arbitraris. *Ibid.*

58. Nihil omnino est quod Deum sic exacerbet

sicut rapere et violentia opprimere, et fraudare proximum. *Hom.* 23 super 11 *Cor.*

59. Perjurat quisque ut rapiat. *Hom.* 7 super 11 *Tim.*

60. Cedo peior est rapina, paulatim pauperem devorans. *Hom.* 33, ad *Popul. Antioch.*

61. Nihil animam ita foedam reddidit, sicut rapina. *Ibid.*, *hom.* 58.

62. Rapax fur est et latro; illo longe deterior, quanto et violentior. *Ibid.*, *homil.* 68.

63. Quomodo justus, qui aliena rapit? *Lib.* 5 *advers. Haeres.*, cap. *Traductis*.

64. Magnum scelus est, res pauperum pretario divitibus, et de sumptibus inopum acquirere favores potentum. *Lib.* 3 de *Sum. homo*, cap. 64, sent. 48.

65. Qui aliena quolibet modo injuste praecepit, ipse sibi regni celestis aditum claudit. *De Conflictu vitiorum et virtutum*.

66. Capiti bonis viribus asserpi non possunt, malis assequuntur, fraudant, rapiunt, spoliant, insidiantur, abjurant. *Lib.* 6 de *Divis. virt.*, cap. 1.

67. Non mediocre inter caetera cognoscitur esse delictum, cum quis res furtive diripit alienas. *De Regum. prelat.*, cap. 42.

68. Nunquam pauperum, nunquam Ecclesiae spolia prosperum habuerunt eventus auspiciam. *Epist.* 142, ad *Aurelian. episcopum*.

69. Nihil calamitosius, nihilque miserius eo, quem locupletem fraudes faciunt ac rapinas. *Lib.* 2 de *Vita contemptual.*, cap. 13.

70. Interrogo qui sint, qui spoliatis adversariis cedant? immo qui sint, qui adversarios suos non spoliare conentur? *Prose.*

71. Tam procul enim abest, ut cum tunicis etiam alia relinquamus, ut si quo modo possumus, pallium simul adversariis, tunicaeque tollimus.

72. Tam devote enim mandatis Dominicis obediimus, ut non sufficiat nobis, quod adversariis nostris, etiam minima vestimentorum nostrorum parte non cedimus, nisi eis quantum in nobis est, si res sint, cuncta rapiamus. *Lib.* 3 de *Gubern. Dei*.

73. Cur tibi injustitia nil amicus? cur avaritia nil jucundum? cur rapacitate nil charum? cur nil judicis pretiosius, cur nil prestantius, quam rapinam? *Ibid.*, lib. 5.

SENTENTIAE PARANORICAE.

74. Detrahens aliteri sui commodi causa magis est, contra naturam, quam mors, quam caetera cuncta quae possunt aut corpori accidere, aut rebus externis. *Lib.* 3 de *Offic.*

75. Suum cuique incommodum ferendum est

®

CICERO.

potius, quam dealterius commodis detrahendum. *Ibid.*

76. Homo iustus, quem sentimus bonum virum, nihil cuiquam quod in se transferat, detrahet. *Ibid.*

77. Nihil eripatur, nisi relinquitur. *De Divina Provida*, cap. 5.

78. Nulli cui rapina feliciter cessit, gaudium capiti duravit in posterum. *Epist. 74.*

79. Gaudemus, miseri, si quid invasimus, invadendumque aliquis spes vana demisit: vilem pecuniam, magno aliquo incommodo iunius, at inde fallimur. *Ibid.*

80. Non facis tui juris, quod alieni est. *Epist. 77.*

81. Hapit late possidet, sed multum debet: habet domum formosam, sed alienis munus paratam. *Epist. 87.*

82. Si quocumque in hoc mundo habes, aliquid auferat tibi, ne indigneris. *Sententia 12.*

83. Omnia auferenti a te credi, praeter libertatem. *Ibid.*, sent. 14.

84. Nihil pretiosum ducas, quod auferre a te possit homo inanis. *Ibid.*, sent. 122.

85. Quod non possidet, ne tollas: sed sufficiant tibi, quae tua sunt. *Ibid.*, sent. 250.

Vide etiam tit. *Religiosum*, sent. 38; *Avaritia*, sent. 46; *Fames*, sent. 52; *Militia*, sent. 93; *Poenis*, sent. 37; *Poenis*, sent. 97, 134. *Restitutio*, sent. 23; *Vita aeterna*, sent. 155.

RARIAS.

SENTENTIA PATRUM.

1. Una etiam pretiosa et rara degonetant, quorum autem difficile possessio, eorum grata livitio. *Prose.*

2. Ipse sol post noctem est gratior, ipsa lux post splendidiorem, et post vigiliam sopor dulcior. *De Vita et Ieiunio*, cap. 9.

3. Cum res quodam rara est, causa est admirationis. *Epist. 101.*

4. Nullum corpus erescit, nisi rarecat. *Lib. 10 de Genesi ad lit.*, cap. 26.

5. Quae sunt rara, ipsa sunt mira. *Lib. 21 de Civit. Dei*, cap. 8.

6. In hoc errant homines, quod subdunt, pretiosa viliusibus. *De Manducio*, cap. 18.

7. Omne rarum pretiosum est. *Epist. 1, ad Boetium nepotem suum.*

8. Id quod est venustum, studiosissime quaeritur: et quod rarum invenitur, pretiosum emittitur. *In Apolos ad Gulielm. abbat.*

9. Omne quod est melius, est etiam rarum in mundo. *Lib. 2 de Prospectu relig.*, cap. 45.

10. Illa, quae rara sunt mirantur homines, et non comata. *Super Ecclesiastic.*, cap. 31.

11. Rarum est omne, quod magnum est. *In GRATIANS. Decret.*, dist. 60, can. *Si officia.*

12. Ardentius appetitur quicquid est rarum. *S. HIERON. Prose.*

13. Rara est virtus, nec a pluribus appetitur. *Epist. 6, advers. Vigilant.*

14. Omne quod rarum est, plus appetitur. *Epist. 45, ad Evagriam.*

15. Pretiosum dicitur omne, quod rarum est. *Lib. 5 super Isaiam*, cap. xiii, super illud: *Potior est vis.*

16. Quod raritate dulcor est, assiduitate in amaritudinem vertitur. *Lib. 3 super Oseam*, cap. xiii, super illud: *De manu moris.*

17. Rarum omne, pretiosum est. *Rom. 17 super I. Tim.*

18. Res pretiosa vili pretio non comparatur. *Rom. 35 super Matth. Oper. imperf.*

19. Contractum ac rarum, est bonum. *Lib. 3 Parvul.*, cap. 67.

20. Quae vilissima sunt, cum pretiosissima sociari natura non possunt. *In Encucio Calceitii.*

RATIO.

Definitio. Ratio est quidam animi motus, visum mentis aciem, veraque a falsis distinguens. *De Spiritu et animo*, cap. 1.

Ratio est animi aspectus, quo per seipsam verum intuetur. *De Spiritu et animo*, cap. 1.

Ratio est animi aspectus, quo bonum et malum discernit, virtutes eligit, Deum diligit. *Part. 3 Controversia*, sect. 22.

Ratio nihil est aliud, quam in corpus humanum pars divini Spiritus mersa. *Epist. 66.*

Differentia. Inter mentem et rationem hoc differt. Mens est animae pars prestantior, a qua procedit intelligentia: ratio vero est motus quidam animi visum mentis aciem, veraque a falsis distinguens. *Lib. 2 de Differentiis*, different. 19.

SENTENTIA PATRUM.

1. Habeat caput in omnibus rationem, et finis modum. *Lib. 1 Offic.*, cap. 22.

2. Si appetitus rationi obediat, facile id quod decet in omnibus officiis conservari potest. *Ibid.*, cap. 24.

3. Nihil est magis, quo homo ceteris animantibus preestet, quam quod rationis est participus. *Ibid.*, cap. 26.

4. Plerumque dum animus exagitur, amittitur ratio. *Ibid.*, cap. 47.

5. Bonus est ratio, que et hostilem plerumque afflictum exultat, et dolorem iniuriae sequestat. *Lib. 1 de Jacob*, cap. 2.

6. Ratio evidens exemplis non indiget. *Lib. 8*

super *Luc.*, cap. xviii, in illud: *Interrogavit eum quidam.*

7. Sicut est bestiarum nihil velle cum ratione, ita hominum debet esse nihil velle sine ratione. *De Conceptu virginali*, cap. 10.

8. In rebus virtus et incerta ratio non debet proferre iudicium absque inquisitione rationis precedentis. *Part. 4, tit. 2, de Prudentia*, cap. 1, § 4.

9. Debet homo bonum rationis praeparare omnibus bonis extrinsecis. *Part. 4, tit. 3, cap. 7, § 15.*

10. Ad celestia arcana penetranda, ratio per se non sufficit, nisi a Deo adjuncta fuerit. *De Spiritu et anima*, cap. 37.

11. Ratio vis est animae, super corporalia et infra spiritalia collocata: securit enim vera a falsis, quod est logicae: virtutes a vitiis, quod est ethicae: et per experientia rerum investigat naturas, quod est physicae, in his vero tribus tota philosophia consistit. *Ibid.*

12. Cum in rebus ipsis fallacibus ratione totum agere homines solent, quid sit ipsa ratio, et qualis sit, nisi per paucos, prorsus ignorant. *Lib. 2 de Ordine*, cap. 14.

13. Disciplinarum omnium excogitatrix est ratio. *Ibid.*, cap. 12.

14. Maxima multitudo est hominum, qui si ratione velint verum comprehendere, similitudinibus rationum facillime decipiuntur. *De Quantitate animae*, cap. 7.

15. Motibus animae cum ratio dominatur, ordinatus homo, dicendus est. *Lib. 4 de Lib. arbit.*, cap. 8.

16. Ratio sed intellectum, cognitionemque perducit hominem. *De Vera Religione*, cap. 24.

17. Aspectus animae, ratio est. *Lib. 1 Solit.*, cap. 6.

18. Recta ratione male uti nemo potest. *Lib. 2 de Lib. arbit.*, cap. 18.

19. Sensus rationi vicinus est. *De Genesi ad lit. tmors.*, cap. 15.

20. Ut est optimi propositi, laudandique consilii facile ad veriora traduci: ita improbi obstinatioque iudicii est, velle citius ad tramitem rationis deflecti. *Ibid.*, lib. 2, cap. 15.

21. Ratio operibus, et opera ratione indigent: ut quod mente concipimus, opere perpetremus. *Habet in Glossa*, super *Lev. vii: Cumque la visset eos.*

22. Sana ratio etiam exemplis anteposenda est, est quidem et exempla concordant. *De Civit. Dei*, lib. 1, cap. 23.

23. Melior est ratio nostra, quam corpus nostrum. *De Immort. animae*, cap. 2.

24. Nihil est ipsa ratione potentius. *Ibid.*, cap. 6.

25. Non extingui animus potest, nisi a ratione separatus: separari autem non potest, non potest igitur interire. *Ibid.*

26. Omne quod scimus, ratione scimus. *De Quant. animae*, cap. 29.

27. Ratio est legis anima. *Ibid. 1 de Lib. arb.*, cap. 6.

28. Res qua homo crederet, ut ei nulla bestiarum, ipse autem multis imparare possit, ratio dici solet. *Ibid.*, cap. 7.

29. Qui scit se vivere, ratione non caret. *Ibid.*

30. Quicquid scimus, id ratione comprehensum tenemus. *Ibid.*, lib. 3, cap. 3.

31. Seipsam cognoscit ratio que cognoscit et cetera. *Ibid.*, cap. 19.

32. Ratione fit quisque precepti capax, cui fidem debet. *Ibid.*, lib. 3, cap. 24.

33. Ipsa ratione homo melior est quam pecus. *Lib. 2 de Gen. contra Manich.*, cap. 11.

34. Distinguere, et discernere, non nisi ratio potest. *Ibid.*

35. Difficilis est ratio, qua intelligit homo in seipso nihil esse rationale quod regit, aliud animale quod regitur. *Ibid.*

36. Nihil in Ecclesia catholica salubius fit, quam ut rationem precedat auctoritas. *De Moribus Eccles.*, cap. 25.

37. Ab inferioribus ratio ad superiora conscendit. *Lib. 12 de Gen. ad lit.*, cap. 11.

38. Ratio cum ratione configat. *De Utilit. cred.*, cap. 4.

39. Recte factum est, quod a recta ratione proficiscitur. *Ibid.*, cap. 12.

40. Quando quisque nascitur, antequam uti possit ratione, non regitur nisi sensibus carnis. *Tract. 15 super Joan.*

41. Cum cooperit anima capax esse rationis, aut a sapiente mente regitur, aut ab errore: sed error non regit, sed perdit. *Ibid.*

42. Dedit tibi Deus oculos in corpore, rationem in corde. *Homil. 36 ex rui Homil.*, cap. 2.

43. Tristitia medicus est ratio. *Conc. 5 de Gratia. actione.*

44. Quanto caro humana inferior est virtus corporis, tanto superior est suppellectile rationis. *Homil. 40 in Hexem.*

45. Ratio humana quot perveris cogitationibus rutilatur, tot coronas celestes promeretur. *In suis Prop.*, verbo *Ratio.*

46. Ipsis bestis quodammodo bestialiter est homo ratione vigeat, et ratione non vivens. *Serm. 35 super Cant.*

47. Quid magis contra rationem, quam ratione rationem conari transcendere? *Epist. 90, ad Innoc. papam.*

S. BASTIUS MAGN.

Y. BERGA.

S. BERNARD.

48. Intellectus rationi inimitur. Lib. 5 de *Con-*
tra ad Eugen. Pap.

49. Ratio data est voluntati, ut instruat illam,
non destruat. De *Grat. et lib. arbit.*

50. Ratio aspectus animi est, quo per seipsum,
non per corpus, verum intuetur, aut ipsa veri
contemplatio. De *Vita solit.*

51. Habet ratio suos quosdam, tramite certos,
et directas semitas, quibus incedit. *Prose.*

52. Ratio per id quod non est, in id quod est
videtur proficere. De *Natura et dignit. amoris*,
cap. 8.

53. Ratio docet amorem, et amor illuminat rationem:
et ratio cedit in affectum amoris, et
amor acquiescit cohiberi terminis rationis.
Ibid.

54. Bestialius nihil est homine rationem ha-
bente, et ratione non utente, et ideo quasi bestia
reputatur. *Serm. 4, Dom. 3, post Pent.*

55. Ita ratio circa est in anima, quod nec
agnoscit seipsum, cum ipsa sit ex his, que oculis
carnis videri non possunt: et sic non solum
caeca est, sed etiam stulta. Lib. 1 de *Profectu relig.*,
cap. 8.

56. Sicut ratio in Adam perfecta creata, per
cujus peccatum debilitata est: sic et unaqueque
spiritus perfecte rationalis creatur, que postea per
ipsius carnis vitiosum, cui conjungitur, oppres-
sionem debilitatur. Super *Psalm.* xxxix.

56 bis. Omnis participationis factus est homo,
ut esset probus et non pravus. Lib. *contra Mac-*
rich.

57. Turbatus ratio contra peccata erigitur,
dum fra subita rationi famulatur. Super *Ephes.*
ad *Ephes.*, cap. iv, vers. 4.

58. Vita a ratione adversa dux et gubernator
demon est. Habet apud *Joan. Damasc.*, lib. 1
Parall., cap. 24.

59. Aditus cordis contra pravos motus ratione
munitur. Super illud *Gener. xix: Clauserunt os-*
tium.

60. Ubi non est ratio, ibi non est nisi confusio.
Super *Josue*, cap. viii.

61. Omnia ex utilitate, et nihil sine ratione.
Super *Psalms.* cxxxix.

62. Cum ratione preclit sumus, ratio nobis cu-
re sit, rationique inserviamus. *Orat. 17, de Puni-*
per.

63. Quomodo equi absque rectore precipites
ruunt, ita corpus sine ratione et imperio animae
in suum fertur interitum. Lib. 2 *advers. Jovin.*

64. Sunt quosdam infra rationem, quosdam
juxta rationem, quosdam supra rationem. Infra
rationem sunt, que sensu percipimus, sicut du-
a et mollia, calida et frigida, candida et nigra:

juxta rationem sunt, et parva rationi, que ra-
tione percipimus, sicut comoda et incommoda,
vera et falsa, justa et injusta: supra rationem
sunt, que nos sensu docet, nec ratio persuadet:
sed aut divina revelatione comprehenduntur, aut
Scripturarum auctoritate creduntur. Lib. de *Ani-*
mo, cap. 7.

65. Ratio est vir, voluntas caro, corpus man-
cipium: ratio famelica est veritatis, voluntas cha-
ristatis, corpus fortitudinis. Super *Gener.*, cap.
xii.

66. Deficit ratio pre ignorantia veritatis, unde
caecitas proximi cordis. *Ibid.*, cap. 48.

67. Ratio est rex in regno anime, que omnes
motus bestiales cogitationum, affectionum stare
facit: et non procedant ad consensum vel ad opus.
Super *Prov.*, cap. 19.

68. Reprobatur ratio malum, et approbatur bonum.
Super *Ephes.* ad *Rom.*, cap. vii.

69. Similes omnes sumus, non secundum virtu-
tem, sed secundum forme rationem. *Homil. 23*
super *Gen.*

70. Si contendis irrationabilem rationem plac-
care: et illum non places, et te ipsum subvertis.
Homil. 38 super Math. Oper. imperf.

71. Nihil pejus est, quam humanis rationibus,
spirituali subigere. *Homil. 24 super Joan.*

72. Nihil quod rationem requirit, per id quod
ratione caret, geri potest. *Homil. 17 super Acta*
Apodolorum.

73. Pejus est comparari bestiis, quam nasci:
nam naturaliter non habere rationem, tolerabile
est: sed rationis decoratione decoratum irra-
tionabili nature comparari, voluntatis est crimen.
Serm. de Assens.

74. In peccatoribus corrupta est ratio. *Homil.*
11 super *I Cor.*

75. Ratione reges efficitur, si voluerimus ob-
surdus imperare cupiditatis: nam is regnat qui
talis est, et verius quam qui diademate redimitus
est. *Homil. 3 super II Cor.*

76. Equus homine est belliciosior, aper robo-
rior, levis velocior, pavos formosior, cygnus ca-
norius majoris, elephas major, aquila visus acutior:
omnes domique volucres ditiores, sed illas homo
superat ratione: quando enim ratione non utitur
ut oportet, illis peior est. *Serm. 7 super Ephes.*
ad *Phil.*

77. Nihil temere, nihil stulte, sed omnia recto
rationis iudicio exsequenda sunt. Lib. *contra Gen-*
tiles.

78. Natura comparatur est, ut pars ea, in qua
ratio inest, et que rationis experta est, dominetur.
Lib. de *Fide orthod.*, cap. 12.

79. Homo, qui rationis est particeps, qua ex

parte animal, cum sensu appetit: qua rationis
particeps, rationem ducem in appetendo sequitur,
liberisque habet appetitus. De *duabus Christi vo-*
lunt.

80. Interpone tibi in omnibus rationem, pre-
valente tibi ratio, tempera animum ratione, omnem
viam reprimat tui. Lib. 1 de *Synonym.*

81. Tu es dux vite, o ratio, tu magistra virtu-
tis, tu es que tanquam regula directum ducis, tu
es que a recto nunquam descedis, tu es que a ve-
ritate nunquam avertis. *Prose.*

82. Tuatrix honorum, magistra morum, in-
dagatrix virtutum, sine qua nihil vita hominis
necesse potest.

83. Per te cunctis vivendi regula datur, per te
de vite pravitate ad meliorem vitam hominis ad-
ducuntur.

84. Preceptis tuis formantur anime: si quid
distortum est, tu corrigis: si quid corrigendum
est, tu emendas.

85. Nihil te charius esse debet, nihil te dul-
cius. Lib. 2 de *Synonym.*, cap. 17.

86. Quidquid est, quod habet rationem, rati-
one sit ortum necesse est. De *Ira Dei*, cap. 10.

87. Pravisimum est, cum ratio corporis recia
sit, quod est temporale ipse vero animus, qui
est eternus, humilem fieri. Lib. 2 de *Divina, cont.*,
cap. 1.

88. Majoribus nulla ratione redditis, rationis
est credere. *Ibid.*, cap. 7.

89. Vera lex est recta ratio nature congruens,
diffusa in omnes, constans, sempiterna, que vocat
ad officium, jubendo, vetando. *Ibid.*, lib. 6,
cap. 8.

90. Dedit Deus rationis iudicium, ut quid pre-
stantius sit, intelligere valeamus. De *casto convivio*,
cap. 13.

91. Facilis ad exhortandum est ratio, et efficax
ad suadendum. *Serm. in Natali S. Laurentii.*

92. Quidquid ratione caret, turpe est: sicut
decorum quicquid cum ratione conjunctum. Lib.
2 *Legis alexey.*

93. Recta ratio, que legis vicem obtinet, non
est corruptibilis. De *Temulent.*

94. Sicut vir sedes, sic intellectus rationem
inhabitat, proinde nos conceptus in ratione,
tanquam in domo propria dispositos ostendit.
De *migrat. Abrahami.*

95. Recta ratio perennis virtutum fons est.
Lib. de *Plant. Noe.*

96. Sicut vir sedes, sic intellectus rationem in-
habitat. De *migrat. Abrahami.*

97. Est vera lex recta ratio, non hujus aut
illius mortalis institutum in tabulis cartilagine
scriptum inanitis: sed immortalis ipse style no-

tury sempiternae in mente immortalis exarata.
Lib. *Quod probus liber sit.*

98. Omnia ea turpia sunt, que rationem com-
mitem non habent: quemadmodum contra, ea
que cum ratione conjuncta sunt, honesta ac
laudanda. Habet apud *Joannem Damascenum*,
lib. 1 *Parall.*, cap. 68.

99. Ratio est acies mentis. Lib. 3 de *Vita con-*
templat., cap. 27.

100. Lux rationis etiam luceat in tenebris, id
est, in conscientia illorum, qui male agendo te-
nebre facti sunt. Lib. 1 *Et lux in tenebris luceat.*

101. Proprium est rationalis, ut rationi sub-
datur. *Heatonod.* 2, sent. 5.

102. Seipsum falsis rationibus palpanis, seip-
sum seducit. *Ibid.*, sent. 86.

103. Qui rationis honore sunt precliti, eos
ratione oportet uti ad id quod convenit. Super *IV*
Reg., quest. 28.

104. Ratio lux est, que ducit hominem ad ea
que sunt facienda. Super *Joan.*, cap. 1 in illud:
Et vita erat lux hominum.

105. Bonum hominis, est secundum rationem
esse et malum hominis, est preter rationem
esse. 1, 2, quest. 71, art. 2.

106. Ratio in homine habet locum dominantis,
et non subiecti dominio. Part. 1, quest. 96, art. 2.

107. Rationis regula est radix boni honesti,
quam transcendit immoderata tristitia. 1, 2,
quest. 39, art. 2.

108. Omnium humanorum operum princeps
ratio est: et quocumque alia principia hu-
manorum operum inveniantur, quodam modo
rationi obediunt. 1, 2, quest. 58, art. 2.

109. Ratio est regula humanorum actuum, et
totius vite lumen. *Serm. 4 post Pascha.*

110. Homo mente, magna ex parte vitat, et
ratione. *Sect. 80 Problema.*, quest. 11.

111. Homo solus rationem habet. Lib. 7 *Polit.*,
cap. 13.

112. Non sinamus hominem dominari, sed ratio-
nem: qui id facit, fit tyrannus. Lib. 5 *Ethic.* ad
Nicomach. cap. 6.

113. Ratio est non parere rationi. Lib. 4
Tusc. quest., num. 39.

114. Ratione nihil potest esse prestantius.
Lib. 2 de *Natura deorum*, num. 16.

115. A Deo rationem habemus: bonam au-
tem rationem, aut non bonam, a nobis habemus.
Ibid., lib. 3, num. 71.

116. Efficiendum est ut appetitus obediatur
rationi: eamque neque precurrant propter teme-
ritatem, nec propter pigritiam aut ignaviam de-
serant. Lib. *Offic.* 1.

S. PROSPER.

RUPERT.
AND.

THALAS.

S. THEOPH.

THEOPH.
LACTUS.S. THOMAS
AQUINAS.S. THOMAS
A VILLA-
NOVA.

SENTENTIE PAGANORUM.

ARISTOTEL.

CICERO.

R.

147. Illud præstantissimum est, appetitum obtemperare rationi. *Ibid.*

148. Minus animi est, ratione bene uti : et sapientis animus ita semper affectus est, ut ratione optime utatur. Lib. 3 *Tuscul. quest.*

149. Adhibita ratio, cequit quid optimum sit : neglecta, multis implicatur erroribus. *Ibid.*, lib. 4.

PLATO.

150. Strenuo te rationi, veluti medico, curandum præbe. *Sisygia 3 de Rhctor.*

SENECA.

151. Ratio ipsa, cui freni traduntur tandem potens est, quamvis diducta est ab affectibus. Lib. 4 *de Ira*, cap. 7.

152. Nihil rationis est, ubi semel affectus, inductus est. *Ibid.*, cap. 8.

153. Tanta animorum imbecillitas est, ubi ratio discessit. *De Constantia sapient.*, cap. 17.

154. Si vis tibi omnia subicere, te subijce rationi : multos reges, si ratio te rexerit. *Epist.* 37.

155. Sola recta ratio immutabilis, et iudicij tenax est : non enim soverti, sed impetari sensibus. *Epist.* 66.

156. Ama rationem : hujus te amor contra durissima armabit : qua valentius nihil est, casum doleremque et injuriam subigit. *Epist.* 74.

157. Ratio perfecta, propriam hominis hominem est. *Epist.* 76.

158. Nunquam immoedia durarunt, nisi illa moderatrix ratio comperuerit. *Epist.* 74.

159. Quid stultius turpissime, quam hominum rationalis animi ex irrationabilibus necesse ? *Epist.* 92.

160. Nisi ubi rationi locus est, horum non est. *Epist.* 124.

161. Cætero quidem in sua natura perfecta sunt, non tamen vere perfecta, a quibus absent ratio. *Ibid.*

162. Mira ratio est, que non vult prædicari, quod gaudet intelligi. *De Mortuis.*

HEIUS

PHILOSOPH.

163. Non verbum, sed ratio præcedat actus tuos. *Sent.* 66.

164. Ratio, que in te est, vite tue lux est. *Ibid.*, sent. 115.

Vide etiam tit. *Auctoritas*, sent. 45, 46, 47, 48, 49; *Delectatio*, sent. 86; *Homo*, sent. 47, 61, 66; *Juventus*, sent. 29; *Libertatem arbitrium*, sent. 102; *Tractio*, sent. 14.

RATIONEM REDDERE.

Vide REDDERE RATIONEM.

RECIDIVATIO.

SENTENTIA PATRUM.

S. AMBROS.

1. Non fiat voluntas tua recidiva infirmis. Non ullus intercursus criminum. Lib. 3, epist. 11, ad *Joan. ev.*

2. Semel culpa remissa, recidivo dolore iterum ad animum revocari non debet. Part. 4, tit. 5, *de Justitiis*, cap. 13, § 3.

3. Nullum scelus coram Deo tam abominabile sit, quam præterita peccata uniceque nostrum reminiscendo gaudere, et inde exultare. *De Sacerdot. docum.*, cap. 11.

4. Nemo retro respiciat, nemo pristinis suis delectetur. *Super Psalm.* LXXIII.

5. Noli retro redire, retro redit qui ad ea revolvitur unde jam abcesserat. *De Verbis Apostoli*, serm. 15.

6. Multi post juramentum sanctæ professionis, revertuntur ad venenum prave consuetudinis. *Prosev.*

7. Quibus melius fuisset veritatem non agnovisse, quam post agnitionem retrorsum abire.

8. In hoc uno prudentiam imitari debemus serpentis, quia venenum deponit, sed non qua iterum venenum resumit. *Serm.* 4 *ad Fratres in cœno.*

9. Vulnus iteratum sanatur tardius : frequentate peccatis et lugens, vix veniam mereatur. *Prosev.*

10. Nihil præsumt lamenta, si replicentur peccata.

11. Nihil valet veniam a malis poscere, et deum herere. *Lib.* in *Dever.*, *Græciam*, part. 2 *de Pœnit.*, dial. 3, can. *Inanis*.

12. Heus iniquitas concessam misericordiam exannavit. *Lib.* *Meditationum*, cap. 3.

13. Respicere quam incidere deterius est. *Serm.* 54, *super Cant.*

14. Vido ne patiaris recidivum, quia pro certo non tam facile deo poterit inveniri remedium. *Epist.* 131, *ad Melitonenens.*

15. Si ad priora dellexeris, extra ne quesieris ultorem, tu te ipse in deteriora detrasisti. *Lib.* 4, *de Caroli. philos.*, prosa 4.

16. Ubi non est spes penitentie, que animam claudit contra recidivum, facile dimittitur possessio virtutum. *Titul.* 2 *Diact.*, cap. 1.

17. Si in te redierit gratia, multo amplius timendum est, ne forte contingat pati recidivum : recidivare enim, quam cadere pejus est. *Tit.* 6 *Diact.*

18. Gravi damnatione iteratur criminata, postquam Christi sanguine sunt redempta. *Homil.* 4.

19. Si peccatores postquam redimere peccata ceperint, iterum ad crimum voluntaria redierint : efficiuntur eorum posteriora peiora prioribus. *Hamil.* 16.

20. Sicut canis quando revertitur ad vomitum suum, odibilis fit : ita et peccator, quando revertitur ad peccatum suum. *Ibid.*, homil. 35.

S. ANTON.

S. AEGIDI.

S. CYTHIAN.

S. CYTHILLIS

ALEX.

NONESTUS

GABRIELUS.

S. DOROTH.

S. BERNARD.

S. BENEDICTUS

EMPSIENSIS.

FRANCISCU

TIELHMAN.

S. BONAV.

S. GREGORI.

MAGNUS.

HAYMO.

S. HERON.

THO. CARO.

21. Omnia crimina vel peccata cito ad nos revertuntur, si non quotidie bonis operibus expungantur. *Ibid.*, *Epistola ad quosdam.*

22. Nullum malum difficilius extinguitur, quam quod faciles reditus habet. *De Spectaculis*, cap. 1.

23. Turpissimum est ac perverissimum, ad priorem stultitiam reverti, atque ad impieclatis morbum iterum redire, postquam spiritalem valentiam firmitate adepti sumus. *Homil.* 42 *de Feste Paschal.*

24. Peccata, que recidivando et post recidivum committuntur, enormiora sunt peccatis ante recidivum commissis. *Prosev.*

25. Non vulnera repetita sunt magis periculosa : et recidivatio propter ingrattitudinem sibi annexam, qua vis de priore remissione, illuminatione, et gratis Deo ingratus est, valde auget et gravat peccata sequentia. *Super Epist.* II *Petri*, cap. II, art. 2.

26. Sicut id quod per vomitum est ejectione removers, est valde abominabile, fetens ac turpe : sic peccata vomitando dolere restant. *Prosev.*

27. Dum post penitentiam quis recidivare, quod salubriter evomuit, damnabiliter repetit. *Ibid.*

28. Sicut ex lotione in volubro efficitur porcus sordidior, quam fuerat ante : ita ex recidivo gravis homo inquinatur. *Ibid.*

29. Nisi peccata radicibus quis avulserit, sed summitatem tantum abraserit, demo pailulabunt. *Doctrina* 12.

30. Nihil in te diligas, quod pristinum hominem redoleat. *Ibid.*, doctrina 24.

31. Quamvis nova delecta adiciuntur, vetera non emuntur. *Serm. contra Vicia.*

32. De præterito quod jam dimissum confidimus, cogitando nobis est, nihilominus ut a recidivo caventes, non iterum in illud ipsum incidamus, vel in aliud sive simile, sivo majus. *In Annot. super Psalm.* LXXIII, vers. 19.

33. Frontem cordis in impudentiam alicui culpa frequens, ut quo crebrius committitur, eo de illa committentis animus minus verecundetur. *Hamil.* 10 *super Ezech.*

34. Leviter veniens recidiva febris, occidit. *Hamil.* 35 *super Evangelio.*

35. Ipsa districti iudicis ira agitur, ut qui peccatum commissum manu penitentia cito non tergunt, in aliud commissum cadant. *Super Apocalypsin.*, cap. 16.

36. Qui post fidem Christi revertuntur ad vomitum peccatorum, cables sunt. *Lib.* 1 *super Math.*, cap. 7, can. 40, num. 52, super illud : *Nolite sanctum dare canibus.*

37. Recidivantes in peccatum, contradicunt ti-

tulo crucis Christi ad similitudinem Hebræorum. *Prosev.*

38. Recidivantes in peccatum negant Christum passum fuisse. *Super Psalm.* LV.

39. In peccata ante facta recidivantes, peiores quam ante fiunt. *Super Hierem.*, cap. VII.

40. Qui post penitentiam, quam fecerunt, iterum relabuntur, tales tardius et difficiliora revertuntur. *Ibid.*, cap. 46.

41. Satis miserum est, ut cum deobis ad perfectionem tendere, incipias ad inferiora recidere. *Lib.* 4 *de Canon. inst.*, cap. 69.

42. Tandem sibi patiens quis videtur et humilius, donec nullius hominis commisceatur consortio : ad naturam pristinam mox revertitur, cum interpellaverit eum ejuslibet commotionis occasio. *Ibid.*, lib. 8, cap. 17.

43. Iterum in eadem peccata recidere, hominis plurimum mox est. *Homil.* 18 *super Gen.*

44. Cogita, o homo, graviorem culpam esse post veniam, novatum vulnus pejos dolere post curam, molestius hominem sordidari post gratiam. *Prosev.*

45. Indulgentia ingratus est, qui post veniam peccat : sanitate indignus est, qui post curam semelipsum vulnerat : nec mundari mereatur, qui seipsum post gratiam sordidat. *Homil.* 2 *de Lique pœnit. hominis.*

46. Non repetas factum : quia cum repetis, ad peccatum redis. *Homil.* super *Psalm.* LXXIII.

47. Peccato si accesserit impudentia et temeritas, in illud deo descenditur accessit. *Homil.* 31 *super Epist.* ad *Hebr.*

48. Peccatorum consuetudo lapsam in pejus trahit. *Homil.* 22 *ad Populum Antioch.*

49. Quod quispiam post actam penitentiam, eodem cursum secutus admittit, argumentum est priusquam illius peccati causam minime repurgatam esse. *Lib.* 1 *Parviti.*, cap. 14.

50. Qui in Dei amore imperfecti sunt, sepe se a vilis separare disponunt, sed pondere vitiorum gravati, rursus ad ea vitia, que optant relinquere, revertuntur. *Lib.* 2 *de Sum. sent.*, cap. 3, sent. 9.

51. Doroteo peccati gravissima est : sicut est, si morbus super morbum veniat, sicut si imber super imbre occurrit : mora peccandi, immunitatem facit scelere. *Ibid.*, cap. 25, sent. 41.

52. Labor sine fructu est, et spes vanissima valde : sic peccata plangere, ut non desinat peccare : quasi quis instructa destruat, diruta reformet, si quod lavat hodie, pollutat et solidat cras : sic non lotus habetur, sed semper immundus. *In Exhort.* ad *Pœnit.*

53. Semper ad id quod reliquit consuetudo re-

JOAN. CALY.

S. JOANNES

DAMASCEN.

S. JOANNES

DAMASCEN.

S. HERON.

HISTALLEN.



JUSTIN. soletur : more quidem fluminis defluentis in alvenam haec repeti, et quamdam necessitatis legem redempti ad pristina suo imponit possessori. De Cesto convulso, cap. 7.

54. Quanto gravius est delictum, et crebrius recidivatio, tanto amplius assiduis sit confessio. Ibid., cap. 42.

55. Spei contrarius est frequens castus, et poenitenti recidivatio. De Ligno vite, tract. 8, de Spe, cap. 4.

S. LEO I. 56. Agnosce, o christiane, dignitatem tuam, et divinus consors factus nature, non in veterem vitiositatem degeneri conversatione redire. Serm. 4 de Nativitate.

57. Qui scribit, non ad id respicit, quod reliquit : nemo in se recidat, unde surrexit. Serm. 1 de Resurr. Dom.

NEPT. ELES. 58. Erat tolerabilior, quam non arripuisse propositum poenitentiam, quam post poenitentiam retroire. Epist. 124, ad Quendam priorem.

S. PAVLUS CORYCOP. 59. Nemo sic de aegritudine gratuletur, ut velit in vulnere permanere. Prose.

60. Ingratus medico, inimicus est curae; qui semper curari restat, nec unquam desiderat sanari.

61. Et haec Dei gratiam suis cupit erubescere peccatis, ut sibi cupiat peccata cumulari.

62. Fugienda est dementia ista, fugienda : quam etiam post curam captiva tenetur amore morborum; rediviva enim lethalis saepius aegritudo. Serm. 443.

S. THOMAS A VILLANOVA. 63. Illic vitia redire nequeunt, ubi Christus cum suis virtutibus commemoratur. Ibid., serm. 71.

64. Recidivum peccati peius est propter tria : propter ingratitude, propter consuetudinem, propter diaboli dominium. Serm. fer. 6, post Doct. 4, Quadrag.

IN VIT. FAT. 65. Omnia causam, quam non abscedit a se homo, iterum in ipsa implicatur. In Sententiis in fine positus, sent. 67.

SENTENTIA PAGANORUM.

SENECA. 66. Inconstans non perseverat in eo quod proposuit, sed transit; et in ea que deservit se damnavit, redit et revolvitur. Epist. 20.

S. IUSTINUS EPILOSCOP. 67. Fideiis volens esse, precipue quidem hoc niteat, ne peccet : quod etiam forte acciderit, saltem cave ne iteretur id ipsum. Sent. 238.

Vide etiam tit. Confessio, sent. 69; Peccatorum remissio, sent. 82; Penitentia, sent. 51, 101, 192, 193, 194, 195, 196; Satisfactio, sent. 18.

RECONCILIATIO.

SENTENTIA PATRUM.

S. AUGUST. 1. Si in veritate vis ut vincatur diabolus inimi-

cus tuus, cito tibi reconcilietur proximus tuus. Serm. 1 Vigil. Ascen.

2. Non alia salus anime est, quam reconciliatio auctori suo. De Quantitate anime, cap. 3.

3. Nemo reconciliatur, nisi ex inimicitis. Tract. 41 super Joan.

4. Non reconciliatur, nisi allato quod in medio est. Prose.

5. Non reconciliatur Deo, nisi solvatur quod inter nos et ipsum separat. Ibid.

6. Grande offensum, nolle placere quem offenderis. In suis Prov., verbo Grandis.

7. Sola virtus humilitatis est lesa reparatio charitatis. Serm. 2 de Nat. Dom.

8. Reconciliati nobis, reconciliati etiam proximo, iudicialiter per munditiam cordis reconciliamur Deo. Serm. 1 Orationum Sanctorum.

9. Reconciliatio cordis parum valet sine satisfactionis operis. Serm. 2 Dom. 12, post Pent.

10. Ille cui injuria facta est, non debet reconciliationem querere ex debito necessitatis : sed si facit, complet debitum perfectionis. Lib. 5 Compend. theol. verit., cap. 32.

11. Qui peccando factus est Deo inimicus, nisi satisfaciendo non potest reconciliari, ut fiat amicus. Prose.

12. Reconciliatio namque eorum est, qui ante a inimici fuerunt : et conciliantur amici, reconciliantur inimici. Homil. 4.

13. Si quis contristatus noluerit reconciliari fratri suo, satisfaciendo eo, qui contristavit, acerrimis maceretur inedia, usque dum gratam animo satisfactionem recipiat. Hab. in Decret. Gratiani, part. 4, dist. 90, can. Si quis.

14. Quid est reconciliatio, nisi iterata amorum dissidentium conciliatio? Serm. 32 super Cant. apud D. Bernard.

15. Debemus ad proximum quamvis longe positum, longeq; disjunctum, saltem mente ire, eique animum subdere, humilitate illum, benevolentia, ac reconciliatione placare. Lib. 4 Dialogi, cap. 60.

16. Ille recte sui delicti veniam postulat, qui prius hoc quod in ipso delinquitur, relaxat. Ibid.

17. Periturus ipse homo qui irascitur, discordanti sibi reconciliari appetit, sed ire ad satisfaciendum prior erubescit. Homil. 32 super Ezeam.

18. Difficilis est reconciliatio criminis eorum. Lib. 3 in I Reg., cap. 4, super illud I Reg. : Facies similitudines.

19. Quid ageremus nos in die iudicii, super quorum iram, non unius diei, sed tantorum annorum sol testis occubuit? Epist. 36, ad Casterinam, super illud : Sol non occidat super vacuum et terram.

20. Ante tribunal Dei reconciliato, sen scissa concordia, sui premium recuperabit, aut penam. Ibid.

21. Qua conscientia ad Eucharistiam Christi accedam, et respondeo Amen, cum de charitate dubitem porrigens, scilicet non reconciliati? Epist. 16, ad Theophil., super illud : Si offeris munus tuum ad altare.

22. Grande offensum est, nolle placere offensum. In Regula, cap. 21, de Patientia.

23. Grande offensum est, nolle placere quem offenderis. Lib. 1 super Hierem., cap. 11, super illud : Vultete verbum Domini.

24. Pacem labii promittis, et corde venenum tenes. Super Psalm. cxlii, vers. ultimo.

25. Appropinquo ad osculum pacis, qui prius reconciliatus accessere debuisset ad osculum fratris. Lib. 2 de Civitate anime, cap. 23.

26. Sicut ex injustitia, pax et concordia ementorum solvitur : ita per iustitiam universa reconciliantur. Lib. 4 Miscellan., codic. 4, tit. 2.

27. Ante omnia reconciliari cum eis qui non injuria affecerunt, peccatorum nostrorum assumptio quodam est. Prose.

28. Tam officiosus in eos sumus, qui nos offenderunt, quam sumus in eos qui vere nobis benefecerunt. Homil. 27 super Gen.

29. Cum adhuc tempus est, si quis ex vobis est, qui inimico in quamvis sit animo, operam det ut officiose reconcilietur. Ibid.

30. Officiorum assiduitate inimici conciliandi sunt. Ibid., homil. 58.

31. Sacrificium Deo gratum est fratrum reconciliatio. Homil. 16 super Matth. Oper. perf.

32. Reconciliatio post inimicitias, vim morbi jam oblitentis et medio tollit. Ibid.

33. Si injuriatus cupiamus esse, satisfacere abunde, reconcilia te illi : et ne magis oratione tua Deus irascitur, delegero linguam oraturus. Ibid., homil. 52, in illud Math. xv : Omne quod intrat in os.

34. Si rogatus reconciliaberis, non mandato Dei, sed studio illius ledentis reconciliatus sis, breviter illi relinquit. Ibid., homil. 80.

35. Nescimus insani, nascimus quanta in reconciliatione voluptas sit : quam in ipsis inimicitis intelligere non possumus. Ibid.

36. Quanto suavis sit amare injuriam, quam odioso, post depositas inimicitias optime percipies. Ibid.

37. Qualis processit offensio, talis debet sequi reconciliatio. Prose.

38. Si cogitatu offenderis, cogitatu reconciliare : si verbis offenderis, verbis reconciliare : factis lesisti, facile reconciliare : alioquin nisi quem factis

S. BERNARD.

S. AUG. A. S. VICTORIS.

S. BONAV.

S. FELIX.

S. PAVLANUS PAPA.

S. ANSELM.

S. GREGOR. MAGNUS.

S. GREGOR.

lesisti, facile placaveris, sine causa oras ad Deum. Homil. 44 super Matth. Oper. imperf.

39. Si is qui reconciliat, filius Dei dicitur, quo nomine appellandus est, qui eos, qui reconciliantur, amicos facit? Homil. 37 super Acta Apost.

40. Non irascendos tantum et multum memores puniit Deus, sed et eos qui irascentes aut offensus fratres placare negligunt et continent. Lib. 1 de Compunct. cordis.

41. Reconciliationem dissimulari ac differri non patitur Deus. Ibid.

42. Ingruente vespera reconciliato proximo, malum adhuc recens extinguit. Prose.

43. Etenim si nox illud deprehenderit, non poterit quod nocte accessit ventura dies extinguere malum.

44. Sed etiam majorem forte illius partem amputaveris, universum vero non polueris, sicut ut rursus accepto quod relictum est, vehementius incendium operetur nox altera. Serm. 14 super Epist. ad Ephes., in illud iv : Sol non occidat super vacuum et terram.

45. Qui fratrem sibi tardus reconciliat, Deum sibi tardus placat. Prose.

46. Frustra enim propitiari sibi Deum querit, qui cito placari in proximum negligit. Lib. 3 de Sum. bono, cap. 27, sent. 7.

47. Si offenderis quemquam, repropitiare cum proce : perge velociter ad reconciliationem tuam, offensiois tue cito veniam postula. Prose.

48. Non dormias, nisi prius revertaris ad pacem : non requiescas, nisi reconciliatus fueris fratri. Lib. de Synonym., cap. 7.

49. Antequam sol in occasum vergat, naturam agnoscite, furorem extinguite, arrogantiam comprimitis, cogitationem ac propinquitatem, quem etiam foris dominatur, complectimini, ne nox interjecta morbum irremediabilem efficiat. Lib. 2, epist. 189, ad Annonium.

50. Propere, ut cum ipso quamprimum reconciliatus in gratiam redies, ne precepto charitatis excedas. Cantar. 4, de Charit., cap. 19.

51. Nil placitum sine pace Deo, non unius ad iram. Cum cupias offerre probat, si turbida fratrem Mens impacati sub pectoris oderit antro.

In Psalmo. de Concord. et discord. pugna, vers. 103.

52. Non inflata tumet, non invidet amula fratri, Nunquam lesa dolet, cuncta offensamta donat; Occasum lucis venia praecurrere gestit Anxia, ne stabitem linguat sol concius iram.

Ibid., vers. 110.

53. Culpa est Monachi, si lesus a fratribus, primus in charitate purgato corde non occurrat. Lib. 7, cap. 37, num. 4.

S. ISIDORUS HISPALENS.

S. ISIDORUS PELLUS.

S. MATHEUS MART.

S. IUSTINUS EPILOSCOP.

POEYA.

IN VITIS FAT.

SENTENTIA PAGANORUM.

CICERO. 54. Inimicis te placabilem, amicis implacabilem pones. Lib. 4, de Orator. ad Herenn.
55. Reconciliatio tua et facilis sit et certa. Epist. 105.
56. Dissensio ab alio incipit, a te autem reconciliatio. De Moribus.

RECREATIO.

Vide admissio ANIMI.

RECTITUDO.

S. BONAV. Definitio. Rectum est, cuius medium non exit ab extremis. Super 2, Sent. in Proemio.
CICERO. Rectum est, quod cum virtute et officio sit. Lib. 8, de Arte rethor. ad Herennium.
SENeca. Recte factum est, quod iratum nulla vis efficit. Lib. 1, de Benefic. cap. 5.
S. AUGUST. Divisio. Tres sunt species rectitudinis: aliud est regi, aliud dirigi, aliud corrigi, res inanimata proprie dicitur regi: res sensata per rationem dirigitur: res rationalis corrigitur. Serm. 55, ad Fratres in ceno.
Tres sunt species rectitudinis: reddere tibi quod tuum est; reddere proximo quod proximi; reddere Deo quod Dei est. Super Psalm. LXXVIIII.

SENTENTIA PATRUM.

S. AUGUST. 1. Quando meus sibi recti est conscius, gratulatur, vel infusione quadam spiritali repletur animus gaudio. Lib. 2, de Cura et Abol. cap. 6.
2. Nihil liberius recta voluntate, cui nulla vis aliena potest suam auferre rectitudinem. In Dialogo de lib. arb., cap. 9.
S. AUGUST. 3. Pravitatis nostra a rectitudine Dei longe sumus: unde rectum amando corrigimur, ut recto recti adhaerere possimus. Epist. 52, ad Macceonium.
4. Non est amicus recti, quando malit, si fieri posset, id quod rectum est, non juberi. Super Psalm. LXXV, vers. 14.
5. Male erigitur, quod non primo corrigitur. Super Psalm. CXXV, vers. 3.
6. Vere novit recte vivere, qui recte novit orare. Homil. 4, et LXXIIII.
7. Rectus Deus pro inverso non placet: vis ut placeat tibi rectus? ideo rectus, noli tibi placere. Serm. 2, Dom. 19, post Trinit.
8. Ubi virtus nulla est, nihil rectum est. Epist. 29.
9. Sic factus est homo rectus, ut et manero in ea rectitudine posses, non sine adiutorio divino. In Enchirid., cap. 107.
10. Recte vivit, qui obtemperat precipienti Deo. Lib. 17, de Civitate Dei, cap. 4.
11. Omne factum, si recte factum non est, peccatum est. De Utilitate credendi, cap. 12.

12. Recte factum est, quod a recta ratione proficiscitur. Ibid.
13. Totum recte fit, quando fit propter Deum. Lib. 5, contra Julian., cap. 3.
14. Homo ex rectitudine, in qua cum Deo primitus fecit, sua mala voluntate decidens, pravus effectus est. De Corrupt. et gratia, cap. 6.
15. Amas quod dulcis est Deus, time quod rectus est. Tract. 33, super Joam.
16. Quomodo rectus est, cuius fides mortua, cujus opus mors, cuius nulla dilectio, amaritudo nulla? Serm. 29, super Cantica.
17. Nihil recipias, nihil retineas, nihil pronunties nisi rectum. Expos. 2, super Psalm. CXXV, cap. 5, vers. 5, art. 3.

18. Servus Dei est rectus, in declinatione criminis; rector, in operatione virtutis; rectissimus, in intentione amoris. Serm. 1, Dom. 17, post Pent.
19. Nihil continuatur recto, nisi rectum: cum ergo virtus nostra summe potestati continuatur, absque dubio rectificatur, et ex hoc homo non solum rectus, sed etiam rector et rex efficitur. Super lib. 2, Sent.

20. Trias una, quae recte hominem deducunt: mansuetudo cordis, varitas oris, et justitia operis. Tit. 7, Diatol. cap. 2.
21. Si rectam vivendi rationem expetis, te in humilitate exerceo; sine qua recta vite ratio consistere nequit. De recta vivendi ratione, cap. 1.
22. Ea ipsa, quae recte nos agere credimus, an in districti iudicis examina recta sint, ignoramus. Lib. 5, Moral., cap. 4, super illud: Viro, cujus abscondita est.

23. Male se rectum putat, qui regulam summae rectitudinis ignorat. Ibid., lib. 5, cap. 26, super illud: Aut factore tuo quator. erit vir.
24. Rectitudo accedens increpat, quod oculis deceptus approbat. Ibid.

25. Nequaquam veraciter rectus est, qui adhuc a pravitatis desiderio liber non est. Ibid., lib. 9, cap. 32, super illud: Loquor et non timebo erum.
26. Nemo rectitudinem suam, nisi cum rectus esse coeperit, deprehendit. Ibid., lib. 24, cap. 6.
27. Reprubi recta quidem deliberando appetunt, sed ad consuetam semper mala recurrunt. Ibid., lib. 7, cap. 12.

28. Pravi nil rectum, nisi quod ipsi senserint, putant. Ibid., lib. 10, cap. 2.
29. Recta stat anima, cum superna desiderat, et usquequam flebitur ad ima. Homil. 21, super Evang.
30. Mentis iudicium rectitudinem conspiciet, sed ad hanc operis fortitudo succumbit. Ibid.

RECTITUDO CORDIS. Vide CORAM RECTITUDO.

31. Terram semper intuetur, qui curvus est. Ibid.
32. Cor hominis dirigitur, quando humana voluntas, divina voluntati conformatur. Super Psalm. CXXV, cap. 71.
33. Non est aliquis rectus, si recte non dividat. Prose.
34. Non est rectus, qui linguam Deo, animam offerri diabolo.
35. Non est rectus, quem avaritia contrahit, quem forquet ambigio, quem voluptas incurvat.
36. Rectus est, cujus melior est vox operis, quam vox oris: qui bene loquitur, sed melius agit. Super Job, cap. 4.
37. Necessae est rectum fieri, quidquid applicatur ad sanam regulam. De Gigant.

SENTENTIA PAGANORUM.
38. Qui parum a recto exorbitat, non carpitur, sive ad defectum, sive ad exuperationem se fiat: qui vero multum, viberitatur; non enim latet egressus, facile autem non est exasperatione, quosquam et quantum a recto quispiam egressus, carpendus est. Lib. 2, Ethic. ad Nicomach., cap. 9.
39. Id quod recte scire habet, a virtute emergit. Ibid., lib. 4, cap. 2.

40. Voluntas ipsa rectum petens, laudanda est. Lib. 5, de Benefic., cap. 2.
41. Ex rectis actionibus, verum bonum oritur. Epist. 23.
42. Beata vita constat ex actionibus rectis, ad actiones rectas praecepta perducent: plurimi etiam recte faciunt, nesciunt facere se recte. Epist. 95.

43. Actio recta non erit, nisi recta fuerit voluntas: voluntas non erit recta, nisi habitus animi rectus fuerit. Ibid.
44. Sapiens stat rectus sub quolibet ponderis. Epist. 71.

45. Multi quid rectum ait, sciunt: sed id facere negligunt. Lib. 4, Diatol. memorabilibus, cap. 5.
Vide etiam tit. Cordis rectitudo, per totum; Dillectio Dei, sent. 100; Iudicium corruptio, sent. 20.

RECTITUDO CORDIS. Vide CORAM RECTITUDO.

REDDERE IN GENERE.
Etyologia. Reddere: est quasi rem pro re dare. Lib. 6, de Benefic., cap. 5.
Definitio. Reddere est, id quod debeas, ei cuius est volenti dare. Ibid., lib. 7, cap. 19.

SENTENTIA PATRUM.
S. ANSELM. 1. Si homo dicitur iniustus, qui homini non reddid quod debet: multo magis iniustus est, qui Deo quod debet, non reddid. Lib. 1, Cur Deus, cap. 24.

2. Redditte quod novitis, quia vos ipsi estis, et ei vos redditis a quo esis. Prose.
3. Reddit, obsecro; neque enim quod redditis, reddendo minuetur, sed potius servabitur, et augetur.
4. Benignus enim exactor est, non egrotus, et qui non crescit ex redditis, sed in se crescere faciat redditores.

5. Huic ergo quod non redditur, perditur: quod autem redditur, reddendo additur: imo vero cui redditur, ipse reddens servatur: id ipsum quippe erit redditum et redditor, quia id ipsum erat debitum et debitor. Epist. 45, ad Armentaricum.
6. Deo seipsum debet homo, eique reddendus est, ut beatus sit, a quo accepit ut sit. Prose.
7. Ad compellendum non potest esse molestus exactor, quando ad reddendum devotus est debitor. De quatuor haeres., cap. 1.

8. Vellum ut nihil aliud agerem, quam reddere me tibi, cui me maxime debeo. De Quantitate animae, cap. 23.
9. Quae redduntur translegando, ei redduntur, qui translegaverat: et quod crediturum iustus successibus redditor, ipsis utique redditor, quibus isti iure succedunt. Aliter non redditis sed cessio vel admissio, vel si quid aliud huiusmodi nominanda est. Lib. 3, de Lib. arbit., cap. 15.

10. Anima aut reddid bene utendo quod accepit, aut reddid amittendo quod bene uti voluit: itaque si non reddid faciendo iustitiam, reddet patienti miseriam. Ibid.
11. Anima si non reddid faciendo quod debet, reddet patienti quod debet. Ibid.

12. Si res aliena propter quam peccatum est, cum reddi possit, non redditur, non agitur punitentia, sed fingitur. Epist. 54.
13. Redditur christis, cum impenditur, nec cum redditur, amittitur, sed potius reddendo multiplicatur. Epist. 62.

14. Reddere mala christianis non debet pro malis. Enchirid., cap. 72.
15. Malum malo non male redditur, et ei cui redditur, malum est, quia supplicium est: vel vero a quo redditur, bonum est, quia recte factum eius est. Lib. 2 ad Bonifos, cap. 7.

16. Reddet Deus et mala pro malis, quoniam iustus est; et bona pro malis, quoniam bonus est: et bona pro bonis, quoniam bonus et iustus est: tantummodo mala pro bonis non reddet, quoniam iniustus non est. De Grat. et lib. arb., cap. 23.
17. Quae redduntur, data dici possunt. Lib. Locut., locut. 4.

18. Da mihi pro malis bona reddere. Lib. Medit., cap. 1.

19. Deus te divitem fecit, ideo reddo illi quod sumum est. *Rom. 47 ex Liu. Homil.*

V. REDA. 20. Bis gratum tribuit, qui quod debet, cito reddidit. In suis *Proverbiis*, verbo *Bis*.

H. GERON. MAGNUS. 21. Qui reddidit mala pro malis, bonus non est: qui non reddidit bona pro bonis, ingratus est: qui autem reddidit mala pro bonis, iniquus est. Super *vir Psalm. Penit.*, super *Psalm. in. vera. 1.*

HUGO CARD. 22. Injustus nec Deo, nec sibi, nec proximo, nec carni, nec mundo, nec diabolo reddidit quod suum est. Super *Psalm. xxxi.*

S. JOHANNES CHRYSOST. 23. Cum quis debitum justitiae suae reddiderit, Deo nihil praestat, sed sibi lucrum salutis acquirit. *Rom. 3 super Math. Oper. imperf.*

SIXTUS PHILOSOPH. SENTENTIA FAGANORUM. 24. Quae mundi sunt, mundo: et quae Dei sunt, reddantur Deo. *Sent. 17.*

REDDERE RATIONEM. SENTENTIA PATRUM. 1. Grave malum, ut aliquis ore suo condemnatur: etenim si pro otioso verbo reddat unusquisque rationem, quanto magis pro verbo impuritatibus et turpitudinis? *Prose.*

2. Si pro otioso verbo ratio possit, quanto magis pro sermone impietatis? *Lib. 1 Offic., cap. 2.*

3. Si pro otioso verbo reddemus rationem, videamus ne reddamus et pro otioso silentio. *Ibid., cap. 3.*

4. Ampliores penas luit, cui numerosior reogrediorum populorum fuerit cura commissis. *De dignit. Sacra., cap. 3.*

5. Mili credite, ita viramus in hoc saeculo, ut corpore moriamur: ita moriamur, ut rationi reddenda vivamus. *Serm. 3.*

S. ANTON. 6. Omne tempus tibi impensum a te exigitur, qualiter fuerit expensum: et sicut capillus a capite non perit, ita nec momentum a tempore, de quo non exigitur ratio. *Part. 2, lit. 9, de Actio., cap. 14, § 1.*

S. ANTONIUS ABBAS. 7. Nullus recipit memoriam Dei, nec quismquam se rationem redditorum Deo post mortem estimet. *Serm. de Vanitate mundi.*

S. AUGUST. 8. Pro omnibus tibi subiectis, qui in domo tua sunt, rationem Domino reddes. *De Salutar. doctrina., cap. 29.*

9. Nos excepto quod christiani sumus, unde rationem reddamus Deo de vita nostra: sumus etiam pastores, unde rationem reddamus Deo de dispensatione nostra. *De Pastorib., cap. 1.*

10. Irremediabile periculum est, etiam aliquem vilis et cupiditatis frenum laxare, ut se rationem Deo non meminere redditorum. *Serm. 1, Fer. 3, post Dom. Palmar.*

11. Quanto pro alio major dignitas in honore est, tanto major difficultas in reddenda ratione. *Serm. 39 ad Fratres in oratio.*

12. Non cogito in ecclesiasticis honoribus tempora ventosa transire, sed cogito me principi pastorum omnium rationem de commissis redditorum. *Epist. 203.*

13. Non solum quomodo ipse accepisti, sed etiam quomodo a te exigitur quod accepisti, cogita. Super *Psalm. xiv, cone. 4, vers. 6.*

14. Pro certo habe, accuratum corum, quia quisque in vita pesserit, examen fore. Apud *D. Joannem Damascenum*, *lib. 1 Parali., cap. 15.*

15. Si de omni, vel otioso verbo Deo redditori sunt homines, rationem, quanto districtius de verbo mendaci, mordaci, et injurioso, de alato vel lascivo, de adulatorio aut detractorio? *Rom. de Triplici custodia linguae.*

16. Cum scienter et ex deliberatione in verba otiosa lingua laxatur, contra regulam usurpat veritatis: unde ratio reddenda est in futuro iudicio, iudice ipso terrifico admodum comminatio. *De Precepto videtur.*

S. ROSA. 17. Nihil debemus loqui vel agere, de quo non possumus reddere rationem. *Serm. 3 in Hieron.*

18. De tribus reddenda est ratio: de malorum admissione; de honorum omissione; de subditorum commissione. *Serm. 2 Dom. 8, post Post.*

19. Oportet nos reddere rationem de omnibus in corpore factis. *Cateches. 48.*

20. Majora recipienti, ratio major reddenda crescit. *Prose.*

21. Quot ovium Christi, vel negligentia episcopi, vel exemplo in peccata deviant, de tot tenetur Domino reddere rationem. *Epist. ad Augustin. de Miraculis D. Hieron.*

22. Quo religiosus plura et aptiora habet media proficiendi in omni gratia et virtute, eo coram iudice summo culpabilior ac damnabilior invenitur. *Prose.*

23. Quo etiam plura et quae majora omnipotenti promissit, et ad sublimitate sua professione se obligavit, eo major ratio a summo iudice requiritur. *De Profetu. monast., art. 7.*

24. Qui scit et solum fecit, et alios non docet, tenebitur Domino reddere rationem. *Epist. ad Democenum Papam de morte D. Hieron.*

25. Exigere habet ab homine rationem, qui seipsum pro homine dedit, et confusus clavie legem mortis fixit. *Rom. 8 Epiph.*

26. Ille pro commissa nobis salute rationem exacturus est, qui pro nostra redemptione damnatus est. *Rom. 4 de Symbolo.*

27. Rectitudinis pavore concutitur, qui se red-

ditis rationibus conspicit non esse idoneum, si districto iudicetur. Super *Job*, cap. xxiii.

28. Quanto usius est se alienum, tanto major timor, scilicet de reddenda ratione. Super *Psalm. xxviii.*

29. Si pro otioso sermone redditorum est unusquisque rationem, quanto magis verba sacrilega gravibus suppliciis expiabit? Super *Malach., cap. 3.*

30. Pensei qui regendis hominibus praefertur, quia ad satisfaciendum districto iudici de sua tantummodo anima fortasse vix sufficit: et quot regendis subditis praestit, reddendus apud eum rationis tempore, ut ita dicam, tot solus animas habet, quae nimirum cogitatio si assidue mentem excoquit, omnem superbia tumorem premit. *Lib. 24 Moral., cap. 15, num. 39.*

31. Cum augetur dona, rationes etiam crescant donorum. *Prose.*

32. Tanto ergo esse humilior, atque ad servandam Deo praemiorum quisque debet ex munere, quanto se obligatorem esse conspicit in reddendis ratione. *Serm. 9 super Evang.*

33. Qui nostrorum operum rationem reddere vehementer expavescimus, de eo quod aliis prosumus etiam Deo reddere rationem debemus. *Lib. 5 in 1 Reg., cap. ii.*

34. Perclarum est, ut non modo sermonis et actionis, sed etiam omnis temporis, atque adeo momentanae ac tenuissimae partis horae, rationem nobis reddendam existimemus. *Hab. apud D. Joann. Damasc., lib. 4, Parali., cap. 45.*

35. Mens Christo doctis, aequae in majoribus, et in minoribus intenta est, sciens etiam pro otioso verbo reddendam esse rationem. *Epist. 3, ad Hecolor.*

HUGO S. VICTOR. 36. Praelatus non timeat de dignitate, sed timeat de reddenda ratione. *In Annot. super Ep. ad Rom., in illud: Qui praest.*

HUGO CARD. 37. Non illa scrupulosi erant antiqui, nec suspiciosi, quin omnia sua fidei servorum committerent: sed modo prelati volent audire etiam de minimis rationem. Super *Gen., cap. xxiv.*

38. Dum vivis, cogita qualiter debeas operari et regere gregem tuum: alioquin in die iudicii oportet te reddere computum et rationem vite, et administrationis tuae. Super *Luc., cap. xvi, in illud: Redde rationem villicationis tuae.*

39. Unusquisque christianus, pro suo peccato reddat rationem: sacerdotes autem non tantum pro suis, sed et pro omnium subditorum peccatis *Ibid., cap. xix.*

S. JOHANNES CHRYSOST. 40. Malus est propter misericordiam Deo rationem reddere, quam propter severitatem. *Rom. 43 super Math. Oper. imperf.*

41. Non solum dives, verum etiam pauperum paupertatis Deo rationem redditurus est. *Prose.*

42. Sicut a divite beneficentis, sic a paupere tolerantis ratio repositur. *Rom. 20 ex Divers. in Matth.*

43. Magistratus et iudices rigide in iudicio Dei examinantur, si iustitiam non corruptant, si neque in odium, neque in gratiam litigantium sententiam tulerunt, si non obsequis delinidi, praeter jus et equum suffragati sunt, si non private injuriae memores, ponas sumpturim de insensibus. *Ibid.*

44. Cui episcopatus obligit, quanto altius dignitatis fastigium ascendit, tanto gravior ab eo ratio repositur. *Ibid.*

45. Non operum tantummodo, sed etiam verborum: nec difformium tantum, sed et auditorum ratio reddenda est. *Ibid.*

46. Unusquisque nostrum de seipso reddat rationem, quam ut iustum et probabilem afferamus nostram formosam vitam: scientes hanc solam nobis parari posse excusationem, si nos recte fecisse ostenderimus. *Rom. 21 super 1 Cor.*

47. Considera quantum periculi sit, pro singulis subditorum discuti, rationemque pro omnibus reddere, quantumvis illi honoris impendens, quantumlibet obsequii deferas, nihil his periculis referre par poteris. *Rom. 2 super II Tim., in illud: Quasi rationem redditori.*

48. Omnium quos regis, mulierum, puerorum, atque virorum, tu rationem redditorum es: tanto igni tuum subiectis caput: miror si potest salvari aliquis rectorum, post tantam comminationem. *Rom. 34, super Epist. ad Hebr., in illud: Ipe enim vigilat.*

49. Horrendum illam ac tremendum diem memoria tenende, in quo omnes ad Christi tribunal sistentur, ut eorum quae in vita gesserint, rationem reddant. *Prose.*

50. Quomodo nos a famulis nostris non modo exitus, sed etiam introitus rationem exposcimus, eodem quoque modo Deus a nobis, non modo impensa, sed etiam adoptivis rationem exacturus est. *Lib. 4 Paveili., cap. 15.*

51. Omnium periculorum maximum est, cum separata per mortem a corpore anima summo pastori Deo, pastor terrenus ad rationem ponendam fuerit presentandus. *De Inst. vita sacerdot., cap. 6.*

52. Sciant presules, quod de veritate sint redditori rationem, pro eo quod commiserunt de plebilis sibi commissis. *Lib. 3 de Sum. bono., cap. 45, sent. 3.*

53. Cui plus committitur, plus ab eo exigitur, etiam cum usura ponatur. *Ibid., cap. 50, sent. 5.*

1801 SEP 10 10 30 AM '11

LACT. PIRX.

54. Nullus est homo absque peccato, nec quisque potest de Dei securis esse iudicio, cum etiam et de otiosis verbis reddenda sit ratio. Ibid., cap. 62, sent. 10.

ORIGENES.

55. Semper ita vivamus, ut rationem nobis reddendam arbitramur. Lib. 6 de Divin. inst., cap. 24.

PETRUS BLESSENSIS.

56. Paterius momenta omnibus nos desoper spectari ab eis, qui et iudex et testis ipse futurus est, cui rationem vite repositi actus nostros indicari non licet. Ibid.

S. PETERUS DAMIANUS.

57. Principes non solum pro suis propriis arguantur delictis: sed et pro populi peccatis coguntur reddere rationem. Hom. 20 in cap. xxx Nama., super illud: Et tractus est furere Dominus.

58. Salvo animarum, quarum custodiam suscepisti, de tuis manibus in districto et summo examine requiretur. Epist. 157. ad Vicarium suum.

59. Quot graduum culmen ascenderit, tot rationum vinentis esse allegati. Ibid., serm. 40.

60. Adest jam iudex, positum est tribunal, circumstant senatores, proferunt ligatas, percurant allegationes; Servus, dicit, age, redde rationem. De Partibus, cap. 15.

S. PETERUS MAURITIUS ANG. CILIX.

61. Viliens quanto in commissa largiori possessione beator, tanto est in reddenda ratione miserior: tantum debet plura cum rediit, quanto gloriatur amplius cum accipit. Opusc. 13, cap. 13.

62. In illo tremendi iudicii examine uniuscuiusque testimonium vix sibi sufficit, quanto magis sibi et proximo? Prose.

63. Quid dicit homo dormiens, cum ratio erit reddenda? quid homo negligens, homo nec sibi nec suis providens? Lib. 1, epist. 24 ad Guizon. prior. Carthusie.

S. REMIGIUS.

64. Unusquisque pro se rationem est redditurus, non solum operum et sermonum, sed etiam cogitationum. Super Epist. ad Rom., cap. 14, can. 12.

ROBERTUS A SORBONA.

65. Si de verbis otiosis oportet reddere rationem, quid de verbis bixuriosis, et de perjuriis, et de blasphemis, et de omnibus malis? Lib. de Conscientia.

66. Sicut de omni verbo otioso oportet reddere rationem, ita de omni silentio. Ibid.

TRALASSIUS MONACH.

67. Verborum et operum ac cogitationum, rationem reddituri sumus in die iudicii. Heautont. 3, sent. 2.

S. THOMAS AQUINAS.

68. Hoc est maximum periculum hominem de factis alienis rationem reddere, qui pro suis non sufficit. Super Epist. ad Hebr., cap. 13, lect. 1.

THOMAS A KEMPIS.

69. Curte adventante die iudicii, non queritur a nobis quid legitimus, sed quid fecimus; nec

quam bene diximus, sed quam religiose vivimus. Lib. 1 de Init. Chr., cap. 3; sect. 5.

70. Felices, qui solum de sospis in die iudicii reddituri sunt rationem. Serm. Dom. 3, Adest.

71. Non est unde rationem in posterum prætet, qui de die in diem Domino honorum operum fructus iustus justo labore obtulerit. Hom. 4 de Promiss.

72. Coram cœli et terræ Domino rationem totius vite nostræ reddituri sumus, et tu ridet? Lib. 5, libel. 3, num. 23.

73. Genus insanis est, cura rationem secreti naturæ disquirere, qui vite sue non possit rationem reddere. Serm. 2 de Genesi.

SENTENTIE PAGANORUM.

74. Nihil est minus ferendum, quam rationem ab altero vite repositere eum, qui non possit eam reddere. Orat. 1 pro Cæcilio.

75. Multi legam sibi ipsi indicant innocentie, continentie, virtutumque omnium, qui ab altero rationem vite repositant. Orat. 8 in Verrem, lib. 3, act. 4.

76. Costissimum est nunquamque nostrum, animam immortalam habere, cumque ad Deum proficisci oportere, rationemque vite redditurum. Scrygia 4, lib. 12 de Legib.

Vide etiam tit. Abba., sent. 6; Dignitas, sent. 76; Etemosyna, sent. 75; Exemptian, sent. 10, 79; Imperator, sent. 64; Justitia Dei, sent. 17; Judicium extrem., sent. 425; Judicium corruptio, sent. 62; Manus, sent. 15; Pastor, sent. 135, 140; Princeps, sent. 69; Resurrectio humana, sent. 84; Sacerdotis dignitas, sent. 65.

REDEMPTIO CAPTIVORUM.

SENTENTIE PATRUM.

1. Summa liberalitas captivos redimere, eripere ex hostium manibus, subtrahere neci homines, et maxime feminas turpitudini, reddere parentibus liberos, parentes liberis, cives patrie restituere. Lib. 2 Offic., cap. 16.

2. Precipuus est liberalitas, redimere captivos, et maxime ab hoste barbaro, qui nihil defert humanitatis ad misericordiam, nisi quod avaritia reservaverit ad redemptionem. Ibid.

3. Aurum sacramenta non querunt, neque auro placent, que auro non emuntur: ornatus sacramentorum, redemptio captivorum est. Prose.

4. Tunc vas Domitici sanguinis agnosco, cum in utroque videro redemptionem, ut calix ab hoste redimat, quos sanguis a peccato redemit. Lib. 2 Offic., cap. 28.

5. Eos, qui detinentur in carceribus pro debitis redimere, pro eis solvendo creditoribus, magna elemosyna est. Part. 2, tit. 1, cap. 24, § 2.

S. AUGUST.

6. Ubi redemptio sonat, intelligitur et pretium. Lib. 3, contra Iulianum, cap. 3.

LACT. PIRX.

7. Proprium iustorum opus est, alere pauperes ac redimere captivos. Lib. 6 de Divin. inst., cap. 12.

8. Que in supercuncta impensurus es, ad meliora converteris: unde bestias emis, hinc captivos redimo: unde feras pascis, hinc pauperes ala. Ibid.

9. Redimere ab hoste captivos, magnanimit opus est. In Epitome, cap. Dix.

S. LEO I.

10. Quicquid in pretia captivorum impenditur, non annuitur, sed augetur. Serm. 1 de Sejfun. Pentec.

SENTENTIE PAGANORUM.

ARISTOTEL.

11. Redemptum a predonibus eum, qui ipse redemit, redimere vicissim oportet, quicumque is sit. Lib. 9 Ethic. ad Nicomach., cap. 2.

12. Redimere patrem potius, quam se etiam redimere, illium oportet. Ibid.

REDEMPTIO HUMANA.

SENTENTIE PATRUM.

S. AMBROS.

1. Vilesceret redemptio sanguinis Christi, si iustificatio que fit per gratiam, meritis precedentibus deberetur, ut non minus largientis, sed meritis esset operantis. Lib. 1 de Vocat. gentium, cap. 5.

2. Christus carne suscepta maluit in hunc mundum redemptor venire, quam iudex. De obitu Theodosii imperat.

3. Liber est, qui sapiens est, pretio emphus oraculorum celestium, illo auro, illo argento, pretioque emptus sanguinis et gratia Christi. Lib. 2, epist. 7, ad Simplicianum.

4. Qui fideliter et scienter intelligunt, quo pretio sint redempti, nolunt de mundi huius aspectibus, nolunt esse de fortibus. Lib. 10, epist. 84, ad Demetriadem.

5. Passio Christi nostra redemptio est. Serm. 56 de Cruce Christi.

6. Pretio sanguinis Christi redempta est Ecclesia. Lib. 2 de Abritham, cap. 14.

7. Credit ad laborem sumus, redempti ad quietem. Super Psalm. cxviii, vers. 14, vers. 3.

8. Plus me redimendo mihi Christus contulit, quam creando: tunc enim sine sensu natus sum, hinc vero cum voluntate servatus. Ibid., serm. 16, vers. 7.

9. Plus, Domine Jesu, injuriis tuis debeo, quod redemptus sum, quam operibus, quod creatus sum: non prodesse nasci, nisi redimi profuisset. Lib. 2 super Luc., cap. 11, in illud: Impleti sunt dies ut pareret.

10. Bonum aurum sanguis est Christi, dives ad Tom. IV.

pretium, prolixius ad lavandum omne peccatum. Super Psalm. xxxv.

11. Non erit nos Christus, quia per naturam ipsius semper fueramus: sed redemit, quis captivi peccato tenemur. Prose.

12. Qui enim aliquam redimit, suum docet fuisse quem redimit: ita Christus nos redemit, quia ejus eramus. Super Epist. ad Rom., cap. 3, in illud: Per redemptionem, que est in Christo.

13. Miser ego! quantum debetam diligere Deum meum, qui me redemit cum peccator! Prose.

14. Perieram, et ad mortalitatem descendit, mortalitatem suscepit, passionem sustinuit, mortem vixit, et sic me restitavit.

15. Perieram, et abieram, quoniam in peccatis meis eram venundatus; venit ille post me, ut redimeret me, et tantum dilexit me, ut sanguinis sui pretium appenderet pro me, talique pacto redemit me de exilio, et redemit de servitio. De Spiritu et anima, cap. 17.

16. Magna est miseria, superbus homo; sed major misericordia, humilis Deus. De Catechis. rudib., cap. 4.

17. Item in divinitate auctor est rerum, qui in carne redemptor est hominum. Contra Felicianum, cap. 10.

18. Fusus est sanguis medici, factus est medicamentum preteritici. De quibusque heres., cap. 7.

19. Per passionem Filii omnes gentes redemptus sunt ad salutem. Super Psalm. xciii, vers. ult.

20. Qui non estis redempti pretio mat sanguinis, non estis mei: discidite a me in ignem eternum. Prose.

21. Festinet unusquisque cum vivit, ut vivat: currat ut ejus pretioso sanguine redimatur: ne cum non fuerit inventus in numero redemptorum, in numero maneat perditorum. Lib. 2 de Symbolo, cap. 8.

22. Copiosa redemptio nobis data est in vulneribus Jesu Christi, magna multitudo dilectionis, plenitudo gratie, et perfectio virtutum. In Menniti, cap. 11.

23. Agnoscat homo quantum ab illo expectat Deus et quom tanta dignatione habuit charum, quam velit esse in conversatione pretiosum. Prose.

24. Agnoscat homo quantum valeat, et quantum debeat; et dum pretium suum cogitat, vili sibi esse desinat.

25. Custodiamus ergo sollicite quod tanti sui carnis commercio Christus redemit.

26. Nus erit non parvi pretii, sed sanguinis Christi, qui violat et maculat animam Christi sanguine et passione mundatam.

S. ANSELM.

S. AUGUST.



27. Reus erit aeterno mortis, qui vilem in se habuerit sanguinem Redemptoris. *Serm. 1 Fer. 3, post Dominum Palmaram.*
28. Pretium redemptionis nostrae sanguis est Christi. *Epist. 57, in solut., quest. 6.*
29. Passio Domini pretium est orbis terrarum: passus enim totum orbem redemit. *Epist. 471.*
30. Christi redemptio multa deficiat dissolvit, quae peccato originali abundantia provariatricis iniquitatis adhaeret. *Epist. 89, quest. 3.*
31. Si origo animae laevis, dum tamen redemptio careat, periculum non est. *Epist. 157.*
32. Natura humana post peccatum redemptore indiget. *Epist. 95.*
33. Omnis qui Christi sanguine redemptus est, homo est; non tamen omnis qui homo est, etiam sanguine Christi redemptus est. *Lib. 1 de Conjug. nihil., cap. 15.*
34. Pretium mortui non aurum, sed sanguis Christi est. *De quinque haereticis, cap. 7.*
35. Condidit Ecclesiam, qui fratres humiliter redemit occisis. *Lib. 2 contra Crecon., cap. 13.*
36. Christus mortuus est potestate, et hoc est pretium nostrum, quo nos a morte redimeret. *De Nat. et grat., cap. 24.*
37. Ibi redemptio sonat, intelligitur et pretium. *Lib. 3 contra Julian., cap. 3.*
38. Omnis humana natura redimi nullo modo potest, nisi per sacramentum sanguinis Christi. *De Nat. et grat., cap. 2.*
39. Noli minorem facere Filium in eo quod fecit te, quia ideo minor factus est ut redimeret te. *De Coniug. nihil., cap. 7.*
40. Solo Agni sanguine homines redimi poterunt. *Tract. 7 super Joan.*
41. Si sanguis Christi non fundetur, mundus non redimeretur. *Ibid., tract. 37.*
42. Foras misso invasore habilet Redemptor, quia ipse redemit qui creavit. *Tract. 4 super Epist. Joan.*
43. Venales nos petamus, ut Christi sanguine redimamur. *Tract. 41 super Joan.*
44. Christus pretium dedit, non argentum, sed sanguinem suum. *Ibid.*
45. Ille emit, qui pretiosum sanguinem fudit. *Ibid., tract. 47.*
46. Non habet frater, habes tu: unum est pretium vestrum, ambo sanguine Christi redempti estis. *Tract. 5 super Epist. Joan.*
47. Liberat a servitute solus Dominus, qui illum non habuit. *Tract. 41 super Joan.*
48. O inestimabilis charitas! ut liberares servum, Filium tradidisti. *Lib. Meditativum, cap. 15.*
49. Cum iustitia te iudicabit, qui cum misericordia te redemit. *Hom. 36 ex 111 Homil.*

50. Nemo liberat venudolatos sub peccato a vinculis captivantis, nisi gratia redimentis. *Epist. 105.*
51. Christus apparuit nobis, non in forma Dei, ne id quod debile est consterneret; sed in forma servi, ut id quod in servitute redemptum erat, liberaret. *Conc. 24 de Nat. Christi.*
52. O intolerabilia mala! quos in libertatem errat asseruerat, diabolus iterum rapit: quos Christus sanguine liberavit, captivos iterum tyrannus ostendit. *Orat. 27.*
53. Vehementissimo tui amore inflammata divina majestas redemit te. *Prose.*
54. Triginta et tribus annis operatus est salutem tuam in medio terrae, afflitus cruci, addictus morti, hollis deputatus: quid ultra debuit facere, et non fecit? cuius vel saxum peccus laeta et talis a tanto et tali collata beneficentia multitudo non emoluit?
55. Quidquid igitur es, quidquid potes, debes creanti, redimenti, vocanti. *Serm. 2, Non est regnum Dei caeca et patet.*
56. O duri, et indurati et obdurati filii Adam! quos non emoluit tanta benignitas, tanta flamma, tam ingens ardor amaris, tam vehementes amatores, qui pro vilibus sarcinis tam pretiosas merces expendit. *Prose.*
57. Non enim corruptibilibus auro vel argento redemit nos, sed pretioso sanguine suo, quem effudit abunde, quia largiter: quid ultra debuit fieri, et non fecit? *Serm. 2 Pentec.*
58. Quidquid es, quidquid potes, debes creanti, redimenti te. *Serm. 2 de Verbis Apostoli.*
59. Mors a morte redemptio, mors Christi a morte, vita ab errore, peccato gratia liberavit. *Serm. ad Milites templi, cap. 14.*
60. Hoc est quod me plus movet, plus urget, plus accendit, quod super omnia te mihi reddit amabilem, Jesu bone, calix quem bibisti, opes nostrae redemptionis. *Prose.*
61. Hoc est quod nostram devotionem et blandus allicit, et iustus excigit, et arctius stringit, et afficit vehemens. *Serm. 29 super Cant.*
62. Clamat clavus, clamat vulnus, quod vere Deus sit in Christo, mundum reconcilians sibi. *Ibid., serm. 61.*
63. Magna res anima, quae Christi sanguine redempta est: gravis anima casus, quam nomen Christi cruce potuit reparari. *Epist. 54 ad Hieronymum Romanus Sedis cancellarium.*
64. De malo conditionis Iudae fecit Deus bonum redemptionis nostrae. *Serm. 2 in Catha Domini.*
65. O inestimabilis dilectio charitatis, ut servum redimeres, Filium tradidisti! *Super Sap., cap. xv.*
66. Sufficisset ad redemptionem humani gene-

S. BASILIUS
MAGNICUS.S. BASILIUS
SELEUC.

S. BERNARD.

S. BERNARD.

S. BERNARD.

S. BERNARD.

S. CYPRIANUS
ALEX.S. CYPRIANUS
ALEX.S. CYPRIANUS
ALEX.

- ris minima gutta sanguinis Jesu Christi: sed data est copia ut ex inundatione beneficium virtus innotesceret diligentis. *Serm. 6 Dom. 1, Advent.*
67. Magna liberatoris potestas, et beneficia liberationis pietas, et ingenua liberatorum nobilitas. *Collat. 18 in cap. vir Joan.*
68. Ipse fideles redimit, qui suum Filium pro humano genere inestimabile pretium dedit. *Super Psalm. vii, vers. 2: Dum non est qui redimat.*
69. Christus non aurum desit, ut nos liberaret: sed sanguinem suum pretiosum, nullis divitiis, nullis opibus conferentium. *Super Psalm. xxxi, vers. 9.*
70. Nihil ablato, nulla placatio potest compensare, quod nos divinitas est dignata redimere. *Psalm. xxvii, vers. 7.*
71. Quae maior misericordia, quam propter nos creati Creatorem, servitute Dominatorem, vendi Redemptorem, humiliari Exaltatorem, occidi Vivificantem? *Super Psalm. i, vers. 4.*
72. O inestimabile pretium, quod redemit genus humanum! quamvis multorum martyrum in conspectu Domini pretiosa mors fuerit, nullius tamen insensu occisio fuit redemptio peccatorum. *Super Psalm. lvi.*
73. Salsus humani generis, qui in Adam perierat, redintegrata est per Dominum Christum. *Super Psalm. lxi, vers. 6.*
74. Si multitudinis misericordia non fuisset, nequaquam redimi poteramus obnoxii. *Super Psalm. lxxvii, vers. 47.*
75. Dominus Salvator peccatores obnoxios pretioso sanguine suo a diaboli redemit imperio. *Super Psalm. cv, vers. 2: Et redemit eos.*
76. Redemit nos Christus diversis injuriis, et passionibus suis, alapis casus, flagellis verberatus est: redemit nos ubique sanguine suo pretioso: hoc enim fuit pretium, quod pretium non haberet. *Super Psalm. cxxxv, vers. 24: Et redemit nos.*
77. Quoniam pretio empti sumus, nec sumus nostri, servimus Emptori pro viribus, carnis rebelles notus edomando. *Homil. 47 De Festis Paschali.*
78. Nimum ingratus est Liberator, qui in patria degens, loquitur dolore captivi. *Homil. in Litanis.*
79. Qui se caelesti pretio vident redemptos, ad caelestia non dubitant preparatos. *Homil. 2 de Pascha.*
80. Qui militiam Christianae manipatus, dicere se presunt ingenium, pene est ut neget se Christi sanguine comparatum. *Prose.*
81. Quid aliud est dicere, Liber sum, quam ipsi Domino clamare, Nihil tibi debeo? Non bene in-

genium comprobatur, qui misera viliorum servitute deprimitur. *Homil. 3 ad Monachos.*

S. GREGORIUS
MAGNUS.

82. Tanto Deus ab hominibus dignus honorandus est, quanto pro hominibus indignus suscepit. *Homil. 6 super Evang.*

83. Ille omnes redemit, qui omnibus excolit. *Lib. 1 in 1 Reg., cap. 11, super illud: Non est sanctus, ut est Dominus.*

84. Quo pretio sit redemptus non meminit, qui ima querit. *Homil. 31 super Evang.*

85. Terram semper intinetur, qui curvus est: et quo pretio sit redemptus non meminit, qui ima querit. *Ibid.*

HAYMO.

86. Qui se caelesti pretio vident redemptos, ad caelestia non dubitant preparatos. *Serm. 1 fer. 4, Pent.*

S. HIERONIMUS.

87. Mysterium est quod passio Christi redemptio est salutis humanae. *Super 1 ad Timoth., cap. iii, in illud: Habentes mysterium fidei.*

RUGOSI.

88. Mysterium humanae liberalitatis ignotum est. *Super Epist. ad Romanos, cap. 1.*

S. INNOCENTIUS.

89. Disponit caelestis altitudo consilii, ut per mortem suam genus humanum Christus redimeret: quatenus inimicos ad charitatem accorderet, superbos ad humilitatem reduceret. *Serm. 1 Dom. 4, Advent.*

90. Redemptio proprie dicitur, liberatio quae sit dato pretio: homo namque seipsum vendere potuit in servitute diaboli, sed redimere non potuit seipsum a servitute diaboli: unde ad redemptionem ipsius necessaria fuit misericordia Domini copiosa. *Super Psalm. cxxxv, vers. 7.*

S. JOHANNES
CHRYSOSTOMUS.

91. Mors per Adam, vita per Christum: per Christum redimitur quod per Adam fuerat captivatum. *Serm. de Genesi.*

92. Non Iudae tradidit, sed sapientia Christi, atque potentia saltem peperit universis. *Homil. 82 super Math. Oper. perf.*

93. Ultimo amemus est, quae Christo pretiosissima simul, et talis ut eorum gratia mortem obire non recusaverit, ita despiciatissimi arbitrari. *Homil. 20 super 1 Cor.*

94. Redemptio nostra non est nummi, sed gratia: non est corporis, sed animae. *Homil. super Psalm. xxv.*

S. JOHANNES
CHRYSOSTOMUS.

95. Cogita quantum illum esse necessarium sit, quem tantus Christus ita appreciatas est, ut nec sanguini suo peperit. *Homil. de Profeta Evangelici.*

96. Filium suum unigenitum, non servum, non angelicum, non archangelum: nemo unquam pro filio tantam pro se fuit charitatem, quantum pro servis, et ingratis servis, Deus. *Homil. 26 super Joan., super illud: Ut Filium suum unigenitum daret.*

JOAN. TERTI.

97. Qui dedit semetipsum pro te, nihil aliud proderet tibi quam quærere a te. In cap. h. Regul. S. Basilii, verbo *Quadrata*.

SABREUS.

98. Memor esto, dilectissime, quoniam carne Domini redemptus es, et sanguine ejus. Lib. 5 *advers. Hæres.*, cap. *Tractatus*.

S. LEO I.

99. Causa peccationis nostræ non est, nisi misericordia Dei. Serm. 1 de *Jejunio decimi mensis*.
100. Sicut nullum hominum a reatu liberum reperit, ita pro liberandis omnibus venit. Serm. 1 de *Nativitate*.

101. Effuso pro injustis sanguinis Juris, tam potens fuit ad privilegium, tam dives ad pretium, ut si universitas captivorum in Redemptorem suum crederet, nullum tyrannica vincula detineret. Serm. 12 de *Pasce*.

S. MACRIN. AEGYPT. BEAT.

102. Perpende dignitatem tuam, quam sic pretiosus: nam angelis te fecit Deus pretiosorem, cum ille ipse redemptionem tuam subit in terra. Homil. 15.

S. PROSER.

103. Immortalis anima creata nisi sanguine redemptionis fuerit, cum in aeternam penam cum carne victuram, evangelica lites amittunt. De *Proteris*, part. 1.

S. DEMIO.

104. Eius voluntati obedire debemus, cujus sanguine redempti sumus. Super I *Cor.*, cap. vi, cant. 19.

RICHARD. A S. VICTORIS.

105. Misericordia nostræ redemptionis in hoc innamatur, Christus sola charitate, nostræ misericordie compositione, Patri obediens mortem pertulit, et in hoc ipso apud Deum Patrem meritum meruit, quæque meriti simul suis membris concessit: et sic in passione sui cum, qui nos habebat imperium, destruxit, et hominis reatum expavit, et peccatorem Deo Patri reconciliavit. Part. 1, serm. in die *Pasche*.

S. SYNERUS EPISCOPUS.

106. Magni est homo pretii animal, magni, inquam, pretii: cum pro eo sit Christus in cruce suspensus. Epist. 57 *adversus Antonianum*.

THOMAS A LEMPIS.

107. Felix anima, que sacramenta nostræ redemptionis studioso recollit, affectuose diligit, dignè veneratur., In *Schol. animæ*, cap. 25, sect. 9.

108. O felix et beata hora! qua homo redemptus est ab æterna morte. De *tribus taleraculis*, cap. 31, sect. 7.

S. VINCENT. FERRAR.

109. Noli te servituti diaboli subijcere, que pretium tuum sanguis Christi est, qui misericordiam te redemit. *Proter*.

110. Ergo ex quo pretium nostræ redemptionis est tam magnum, et tanti valoris, cavemus ne vendamus nos iterum diabolo modico pretio. Serm. de *Circumcisione*.

111. Lapis pretiosus seu margarita est anima nostra, que plus valet, quam aliquid corporale

que est emptæ pretioso sanguine Jesu Christi. *Ibid.*

112. Si pro redemptione unius animæ non sufficit totus mundus, quanto magis pro omnibus animabus: ideo nullum erit pretium sufficiens, nisi sanguis Christi infiniti valoris. *Proter*.

113. Unde si in statera divina justitie in una parte essent omnes animæ, et in alia minutissima gutta sanguinis Christi, plusquam omnes animæ ex conjunctione divinitatis. Serm. 1 post *Pascha*.

SENTENTIE PAGANORUM.

114. Volo inlaeri pretia sanguinis animarum vestrarum. Lib. 7 de *Beneficiis*, cap. 9.

115. Perierat totus orbis nisi iram finisset misericordia. Lib. 1 *Controvers.* 1.

Vide etiam tit. *Domestici*, sent. 15; *Debitum*, sent. 7; *Poenæ*, sent. 67; *Recidivus*, sent. 18; *Reddere rationem*, sent. 26; *Servitius*, sent. 28.

REGIMEN.

Definitio. Gubernare, est rem ad debitum finem convenienter perducere. Part. 1 *Summe*, quest. 103, art. 1.

SENTENTIE PATRUM.

1. Stultus regere se non potest, et nisi moderatorem habeat, precipitatur propriis voluntatibus. Lib. 2, epist. 7, ad *Simplicianum*.

2. Stultus et imperare servitus est, et quod pejus est, cum paucioribus præsit, pluribus dominis et gravioribus servit. *Ibid.*

3. Difficilius quisquam se, quam alterum regit. *Proter*.

4. Animum regendo vincere, iracundiam, cohibere, compugnantesque leges carnis et mentis in unum cogere, immortalis ejusdem est viri, quem inferni porta non suscepit. Lib. 1 de *Calis et Abel*, cap. 6.

5. Græve est præsertim insipientibus, non habere rectorem. *Ibid.*, lib. 2, cap. 9.

6. Mens nihil sibi arrogat, quia se regere non potest, nisi divino favore suffulsa. Lib. 2 de *Abraham*, cap. 8.

7. Ampliores poenas luit, cui numerosior regendorum populorum fuerit cura commissa. De *Dignit. sacerdot.*, cap. 3.

8. Tanta debet esse præcellentia vitæ rectoris ad vitam subditorum, quantum pastor excellit conditionem suarum ovium. Part. 1, titul. 3, cap. 7, § 1.

9. Quænammodum corpora crassiora et inferiora per subtiliora et potentiora quodam ordine reguntur: ita omnia corpora reguntur per spiritum vitæ, et spiritus vitæ irrationalis per spiritum

SENECA.

S. THOMAS AQUINAS.

S. AMBROS.

S. ANTONIS.

S. ANTOINE.

vite rationalem, et spiritus vitæ rationalis deservit atque pascitor, per spiritum vitæ rationalem, pium et justum, et ille per ipsum Deum. Lib. 3 de *Trinitate*, cap. 4.

10. Ipsa est optima gubernatio, ut omnia suis temporibus distributa ex ordine generentur, ne animarum humanarum turbulentis implicationibus involuta peribant. De *Opere monachorum*, cap. 13.

11. Plerumque dum nimium servatur humilitas, regendi fraugitur auctoritas. In regula 3, ad *Clericos*.

12. In domo justis viventis ex fide, qui imperant serviant eis, quibus videntur imperare. Lib. 19, de *Civitate Dei*, cap. 14.

13. Fastus regis non disciplina putata est regentis, vel benevolentia consentiens, sed superbia dominantis. *Ibid.*, lib. 5, cap. 12.

14. Locus superior, sine quo regi populus non potest, etsi ita tenetur aliquo administraret, ut decet, tamen indecenter appetitur. *Ibid.*, lib. 19, cap. 19.

15. Spiritus regit, caro regitur: ille imperare debet, ista servire. Nam ubi caro imperat et spiritus servit, perversa domus est. *Proter*.

16. Recta domus est ubi vir imperat, fomina obtemperat: rectus ipse homo, ubi spiritus imperat, caro servit. Tract. 2, super cap. 1, *Evangel. Joann.*

17. Regat te præpositus, ut possit a te regi subiectus. De *utilitate jejunii*.

18. Debes regi, ut possis regere. De *verbis Domini*, sum. 43.

19. Mens regit, caro regitur: et magis sum ego in eo quod rego, quam in eo quod regor. De *Verbis Apost.*, sum. 5.

20. Necesso est ut talis sit rex, qualis sit et rex. Serm. 42, ad *Fratres in cramo*.

21. Quod totum potest regere: etiam partem regit. Lib. 3, de *Libero arbitrio*, cap. 12.

22. Aliud est quod regit, aliud quod regitur: animus rationalis regit, irrationalis cupiditas regitur. Lib. 11, de *Civitate Dei*, cap. 22.

23. Intellectus animam regit. Tract. 16, super *Joann.*

24. Vir non bene regit famulam suam, nisi cum a superiore regitur. *Ibid.*

25. Qualis rector est civitatis, tales inhabitantes. In suis *Proteris*, verbo *Qualis*.

26. Bene non regis, si bene non regeris. Epist. 239, ad *Regimen Hierosol.*

27. Ad hoc pessimum invigilare debet sollicita cura rectoris, ut in commisso græge meritum vitulius accrescat, elaudatur via vitis, et detur moribus disciplina. Epist. ad *Quendam provinciatem*.

28. Qui seipsum rexit, alterum etiam reget:

et qui alterum, etiam domum, et civitatem: qui civitatem, etiam nationem reget. Epist. ad *Demophilum monach.*

29. Nihil est miserabilius, nil quod citius expugnari queat his, qui nullos duces, nullos rectores habent ad viam Dei. *Doctrina* 5.

30. Beata navis, que a peritis gubernatur: vos autem navi, que ab imperitis regitur; nam navis confregit propter imperitiam gubernatorum. De *Virtute*, cap. 1.

31. Magna insolentia; remigare enim antequam sciamus, gubernare tentamus. De *timore Dei*.

32. Imperio animæ, carnis conditio obsecro, ne effrenata licentia, ancilla ejiciat domum suam. Tract. de *Machab.*

33. Nullus potest esse bonus rex in regimine sui et aliorum, nisi abijciat a se superbia vitium. Super I *Reg.* xv.

34. In-tum est, ut qui non novit modernam vitam suæ tenere, non subito fiat rector alienæ. Super *Judit.*, cap. 10.

35. Quanto reges plurimum regum regimen habuerint, tanto majoribus supplicis succumbent. Super *Psalm.* xxviii.

36. Moderatori viri carnem regunt, et spiritui subdunt. Super *Psalm.* cxxxvii.

37. Non regunt, sed regere videntur, qui male present. Super *David.*, cap. 43.

38. Unusquisque superbus rector, toties ut culpam apotaxia dilabitur, quoties præses hominibus delectatus, honoris sui singularitate letatur. Lib. 24 *Moral.*, cap. 44, num. 39.

39. Non impietatis dux, per offitium pietatis existat: non enim debet hominum ductum suscipere, qui necit homines bene vivendo prætere, neque ad loca eligatur, ut aliorum culpas corrigat, qui quod reserare debuit, ipso committat. *Ibid.*, cap. 15, num. 30.

40. Unusquisque rector quoties extollitur in eo quod cæteros regit, toties per lapsum superbia a summi rectoris servitio separatur. *Ibid.*, cap. 14, num. 29.

41. Rectori provide cogitatione sollicita potestas, que accepta est, non honor, sed omnia estimatur. *Ibid.*, cap. 10, num. 30.

42. Potestas regiminis ministrari non potest sine studio curæ temporalis: idcirco omnipotens Deus omnes regimines, duris ac laboriosis cordibus injungit. *Ibid.*, lib. 25, cap. 16, num. 22.

43. Locus regiminis enim regendus offertur, in se prius necessos est ut quisque disculiat, si loco via congrua, si ab honore actio non dissecit. *Ibid.*, num. 23.

44. Qui summa regit, etiam extrema non deserit: quia sic impenditur maximis, ut laudem hære

A. B. P. P. P.

S. DOROT.

S. EPIPHAN.

S. CALIST.

GLEZES. CIC.

GLEZES. VIC.

S. GREGOR. MAG.



JOAN. TELLE. 97. Qui dedit semetipsum pro te, nihil aliud proderet tibi quam quærere a te. In cap. h. Regul. S. Basilii, verbo *Quadrata*.

SABREUS. 98. Memor esto, dilectissime, quoniam carne Domini redemptus es, et sanguine ejus. Lib. 5 *advers. Hæres.*, cap. *Tractatus*.

S. LEO I. 99. Causa peccationis nostræ non est, nisi misericordia Dei. Serm. 1 de *Jejunio decimi mensis*.
100. Sicut nullum hominum a reatu liberum reperit, ita pro liberandis omnibus venit. Serm. 1 de *Nativitate*.
101. Effuso pro injustis sanguine Juris, tam potens fuit ad privilegium, tam dives ad pretium, ut si universitas captivorum in Redemptorem suum crederet, nullum tyrannica vincula detineret. Serm. 12 de *Pascha*.
102. Perpende dignitatem tuam, quam sic pretiosus: nam angelis te fecit Deus pretiosorem, cum ille ipse redemptionem tuam subit in terra. Homil. 15.
103. Immortalis anima creata nisi sanguine redemptionis fuerit, cum in aeternam penam cum carne victuram, evangelica lites ammittit. De *Prophetis*, part. 1.
104. Eius voluntati obedire debemus, cujus sanguine redempti sumus. Super I *Cor.*, cap. vi, cant. 19.
105. Misericordia nostræ redemptionis in hoc innamatur, Christus sola charitate, nostræ misericordie compositione, Patri obedientiam mortem pertulit, et in hoc ipso apud Deum Patrem meritum meruit, quæque meriti simul suis membris concessit: et sic in passione sui cum, qui noscitur habebat imperium, destruxit, et hominis reatum expavit, et peccatorem Deo Patri reconciliavit. Part. 1, serm. in *die Pasche*.

S. SYNERUS EPISCOPUS. 106. Magni est homo pretii animal, magni, inquam, pretii: cum pro eo sit Christus in cruce suspensus. Epist. 57 *adversus Antrochicum*.

THOMAS A. LEMPIS. 107. Felix anima, que sacramenta nostræ redemptionis studioso recollit, affectuose diligit, dignæ veneratur., in *Schol. anime*, cap. 25, sect. 9.
108. O felix et beata hora! qua homo redemptus est ab æterna morte. De *tribus taleraculis*, cap. 31, sect. 7.

S. VINCENT. FERRAR. 109. Noli te servituti diaboli subijcere, que pretium tuum sanguis Christi est, qui misericordiam te redemit. *Prose*.
110. Ergo ex quo pretium nostræ redemptionis est tam magnum, et tanti valoris, cavemus ne vendamus nos iterum diabolo modico pretio. Serm. de *Circumcisione*.
111. Lapis pretiosus seu margarita est anima nostra, que plus valet, quam aliquid corporale

que est emptæ pretioso sanguine Jesu Christi. *Ibid.*
112. Si pro redemptione unius animæ non sufficit totus mundus, quanto magis pro omnibus animabus: ideo nullum erit pretium sufficiens, nisi sanguis Christi infiniti valoris. *Prose*.
113. Unde si in statera divina justitie in una parte essent omnes anime, et in alia minutissima gutta sanguinis Christi, plusquam omnes anime ex conjunctione divinitatis. Serm. 1 post *Pascha*.

SENTENTIE PAGANORUM.

114. Volo inlaeri pretia sanguinis animarum vestrarum. Lib. 7 de *Beneficiis*, cap. 9.
115. Perierat totus orbis nisi iram finisset misericordia. Lib. 1 *Controvers.* 1.
Vide etiam tit. *Donatio*, sent. 15; *Debitum*, sent. 7; *Poenæ*, sent. 67; *Recidivus*, sent. 18; *Reddere rationem*, sent. 26; *Servitius*, sent. 28.

REGIMEN.

Definitio. Gubernare, est rem ad debitum finem convenienter perducere. Part. 1 *Summe*, quest. 103, art. 1.

SENTENTIE PATRUM.

1. Stultus regere se non potest, et nisi moderatorem habeat, precipitatur propriis voluntatibus. Lib. 2, epist. 7, ad *Simplicianum*.
2. Stultus et imperare servitus est, et quod pejus est, cum paucioribus præsit, pluribus dominis et gravioribus servit. *Ibid.*
3. Difficilius quisquam se, quam alterum regit. *Prose*.
4. Animum regendo vincere, iracundiam, cohibere, compugnantesque leges carnis et mentis in unum cogere, immortalis ejusdem est viri, quem inferni porta non suscepit. Lib. 1 de *Calis et Abel*, cap. 6.
5. Græve est præsertim insipientibus, non habere rectorem. *Ibid.*, lib. 2, cap. 9.
6. Mens nihil sibi arrogat, quia se regere non potest, nisi divino favore suffulsa. Lib. 2 de *Abraham*, cap. 8.
3. Homo tunc minor est, cum se rei, et non rem sibi opponit. Serm. Dom. infra Octav. Nativit.

S. ANTONIO.

4. Res magnas et apprehensu difficiles, non nisi fide consequi datur. De Incarnat. Verbi.

S. ANTONIO.

5. Omnis res vel substantia, vel essentia, vel natura, vel si quo alio verbo melius enuntiatur, simul haec tria habet, ut et unum aliquid sit, et specie propria discernatur a ceteris, et rerum ordinem non excedat. De vera Relig., cap. 7.

S. ANTONIO.

6. Homo, qui prosperis rebus prodicit, asperis quid profecerit, dicit. Ibid., cap. 47.

S. ANTONIO.

7. Res prospera donum est consolantis, res autem adversa donum est admonentis Dei. Epist. 87, ad Felicit.

S. ANTONIO.

8. Cuiuscunque rei adipiscendam spem quisque non gerit, aut tepide amat, aut omnino non amat, quanvis quam pulchra sit videat. Lib. 10 de Trinit., cap. 1.

S. ANTONIO.

9. Mensura omni rei modum praefigit, et numerus omni rei speciem praebet, et pondus omnem rem ad quietem ac stabilitatem trahit. Lib. 4 Genesi ad lit., cap. 3.

S. ANTONIO.

10. Similitudo rerum, quae ad oculos pertinet, mater est falsitatis. Lib. 2 Soliloq., cap. 1.

S. ANTONIO.

11. Signa rebus illustrantur. De Magistro, cap. 10.

S. ANTONIO.

12. Non vocabulorum opificem, sed rerum inquisitionem deest esse sapientem. Lib. 2 contra Academicos, cap. 11.

S. ANTONIO.

13. Moneo ut semper rerum curam magis quam verborum te habere debeatis. De Quietis amore, cap. 6.

S. ANTONIO.

14. Nulla res formare seipsam potest, quia nulla res potest dare sibi quod non habet. Lib. 1 de Lib. arb., cap. 17.

S. ANTONIO.

15. Omnium rerum ubi mensuram et numerum et ordinem vitalis, deo artificio tribuere ne cunctis. Ibid., cap. 20.

S. ANTONIO.

16. Non prodest bona res non bene utenti. Lib. 4 Confess., cap. 16.

S. ANTONIO.

17. Anima amplius delectatur inventis rebus

quas diligit, quam si eas semper habuisset. Ibid., lib. 8, cap. 5.

18. Rebus cognitis, verborum quibus cognitio perficitur; verbis vero auditis, nec verba discuntur. De Magistro, cap. 11.

19. Aliquando res quae significat, nomen ejus rei quae significat, accipit. Epist. 102.

20. Nihil est contentiosius, quam ubi de re constat, certare de nomine. Epist. 174.

21. Omnis res qua dando non deficit, dum habetur et non datur, nondum habetur quomodo habenda est. Lib. 1 de Doctrina christiana, cap. 1.

22. Omnis doctrina vel rerum est, vel signorum; sed res per signa discuntur. Ibid., cap. 12.

23. Non omnis res etiam signum est. Ibid., cap. 10.

24. Deus Conditor universalis, rebus quas condidit, consulti. Ibid., cap. 10.

25. Ille justus et sancte vivit, qui rerum integer aestimator est. Ibid., cap. 27.

26. Ea est miserabilis anima servitute, signa pro rebus accipere. Ibid., lib. 3, cap. 5.

27. Lu usu rerum abesse oportet libidinem. Ibid., cap. 12.

28. Enumerari aliter non potest res, quae nomen accipit, nisi aliquo nomine. De Genesi imperf., cap. 6.

29. Res bona praeter Deum nulla est, quam ipse non fecit. Lib. 4 de Genesi ad lit., cap. 16.

30. Semper prior est res quae facit, quam illa quae fit. Lib. 7 de Civit. Dei, cap. 9.

31. Nos admonet divina providentia non res insipienter vituperare, sed utilitatem rerum diligenter inquirere. Ibid., lib. 11, cap. 22.

32. Separatis magis, res eam re configat. De Utilit. erot., cap. 1.

33. Fit homo iniquus cum propter seipsas diligit res propter aliud assumendas; et propter aliud appetit res propter seipsas diligendas. Lib. 22 contra Faust., cap. 78.

34. Crude rebus, non verbis manibus. Lib. 2 contra Crescon., cap. 9.

35. In interitus hominis, animus res est. De Perfect. just., cap. 2.

36. Una res nullas similitudines habere potest. De Utilit. sejan., cap. 10.

37. Res quilibet proprus qualimque excellentia, si inordinabilis est, non vero est. Tract. 28 super Joan.

38. Non prodest nomen, ubi res non est. Tract. 4 super Epist. Joan.

39. Res quae nunquam debet de corde discedere, nec ab ore discedat. Ibid., tract. 7.

1. GRANARD. 39. Res pauperum non pauperibus dare, par sacrilegi crimen esse dignoscitur. In *Declamati.*
41. Fuge rem, et tene nomen. De *Duodecim Grad. humilit.*, grad. 4.
- CAESIODOR. 42. Res salutaris quotiescumque repetitur, necessaria semper inde sumuntur. Super *Psal.*, lxxx.
- N. EPHEM. 43. Res nullius momenti saepe magnorum malorum causa efficitur. De *Perfect. monach.*
- S. CUSINIUS EMBSEN. 44. De rebus ad presentia subsilia concessis, detrimenta vite eterne nequitia mortalis operatur. Homil. 4 *Epiphani.*
- FRANCOEUR THELEM. 45. Nimis est recors et cecors, nisi inconsideratus et insipiens, qui suam sufficientissimum negligens, rebus caducis, animam humanam experta nequam sufficientibus, cor apponit. In *Ethica*, super cap. viii *Job.*
- GLOSS. ORD. 46. Res divine non ostentationi, sed audientium videntiumque inseruiunt saluti. Super *Joan.*, cap. iv.
- GLOSS. INT. 47. Non res ac sensus propter litteras, sed littere ob manifestationem rerum reperiuntur. Super *IV Reg.*, xxv.
48. Res privata superbus facit. Super *Psal.*, cxxx.
- GLOSS. ORD. 49. Res absconsa avidius quaeritur, celata venerabilis conspiciatur, diu quaesita charius tenetur. Super *Matth.*, cap. vii.
- S. GREGOR. MARIUS. 50. Rem quamlibet sicut ab oculis nostris in futuro subtrahunt tempora, ita ab oculis nostris in presenti subtrahit causa. Homil. 4 super *Esch.*
51. Fiti aliquando causa periculi res salutis Lib. 7 in *Regist.*, indict. 2, cap. 110, epist. 110, ad *Spargian.*, epist.
- S. GREGOR. NYS. 52. Indita est natura rerum divina quaedam ars ac facultas, que res conditas quasi nexu quodam stabilitas perpetuaret, duplifice vi cuncta moderaretur. De *Hum. officio*, cap. 1.
- S. GREGOR. TRACMAT. 53. Res humanas cum aliis oriri videntur, jam finis arripit. Super *Ecclesiast.*, cap. ii.
54. Res macule omnis experies, impura manu contrectata, nefarium et execrabile est. *Ibid.*, cap. 7.
- S. MICHON. 55. Pars sacrilegi est rem pauperum dare non pauperibus. Epist. 26, ad *Pammach.*
56. Ceterum habitus res finem, sine fine quaeruntur. Epist. 4 ad *Demetrium*.
- REGO A S. VICTORE. 57. Diu rem pertractare antequam iudico, discuss. Lib. 3 *Didac.*, cap. 11.
- REGO CLAUD. 58. Res quib. habetur in simi, secura est. Super *Luc.*, cap. vi.
59. Res diligentius, quanto est sollicitius quaesita, servatur, cum ipsius utilitas cognoscitur. Super *I Joan.*, cap. 1.

60. impossibile est, ut rem fortem, et egregiam quis unquam faciat, nisi antea adversus omnia, qua obistere possunt, se armat et instruat. Homil. 31 super *Gen.*
61. Omnium tibi rerum Deum exempla prebuit ut terminos conserves, et constitutas regulas non transgrediaris. Homil. 79 super *Matth. Oper. post.*
62. Omnis res mala tamdiu stare videtur, quamdiu bonae rei potest nocere: cum vero manifestata fuerit, jam non potest nocere et facit mortua, et sic similis est rei, quam non est. Homil. 26 super *Matth. Oper. imperf.*
63. Perfectum odium, et perfectus amor iudicium rerum non cognoscunt. *Ibid.*, homil. 42.
64. Prudens non sciens, et doctus, sed sensatus est, qui potest rerum ponderare naturas, et omnia regere. *Ibid.*, homil. 51.
65. Qui presentibus rebus, et praecipue magnis inhiat, in vilis est, et abjecti animi. Homil. 70 super *Joan.*
66. Res nostrae profecto riso, confusione, accensione, supplicio, poena, extremisque malis et gehenna, nullaque venia dignae sunt. Homil. 41 super *Acta Apostolorum.*
67. Res humane nihil meliores sunt puerilibus ludis, vel etiam viliores: quae hodie existunt, cras nunquam apparent. Homil. 1 super *I Cor.*
68. Magis res nulla possunt ratione manifestari. *Ibid.*, homil. 4.
69. Satis ipsa rerum experientia, nemine loquente docet quanta sit presentium rerum vilitas, quanta miseria. *Ibid.*, homil. 8.
70. Carnalis homo rebus presentibus adductus est, atque in his perpetuo versatur. Homil. 3 super *II ad Cor.*
71. Nihil esse detestari potest, quam velle divinas res humana ratione discernere atque metiri. Homil. 2 super *II ad Timoth.*
72. Rerum humanarum natura, fumo in aerem evanescente fugacior est, et umbra praetercurrente inanius. Homil. de *Avaritia.*
73. Nihil est humanis rebus inferius: quae propter quocumque nomine earum vilitatem significaveris, minus quam pro rei veritate diveris, et usque adeo sunt fragiles, ut magis nihil sint, quam nihil ipsum, et in praecipiti stent. Serm. in *Eutropium*.
74. Res pretiosa vili pretio non comparatur. Homil. 35 super *Matth. Oper. imperf.*
75. Quid sunt res humanae? cinis, et pulvis, et fumus, et umbra, et flos cadentis, et flos, et somnium, et narratio, et fabula, et ventus, et aer, et penna mobilis, et unda decurrens. Homil. 9 super *Epist. ad Hebr.*

S. JOHANNES CRYSTOSTOMUS.

76. Omnes huius saeculi miratur, coelestes contemnit. *Ibid.*, homil. 25.
77. Omnes res terrene fumes sunt, et implicamenta, quibus ligantur terreni. *Ibid.*, homil. 25.
78. Res illos, quae ad Deum pertinent, clare sunt: res vero humanae, umbrae sunt. *Ibid.*, homil. 28.
79. Iterum affluentia a Deo data his, qui non opportune utuntur, magna ad damnationem accessio est. *Provec.*
80. Asperitas autem rerum et angustia bonis viris accessio coronae sunt, etiamsi interdum probabatur. Orat. 3 de *Fato.*
81. Longe prestantius est moribus splendere, quam rebus: nec rerum unquam specie illustrabitur, quem sua turpitudinis macula dehonestat. Lib. 5 de *Nupt. carnal.*, cap. 17.
82. Res quae minus per se advertuntur, per comparationem rerum facile capiuntur. Lib. 3 de *Simois bono*, cap. 14, sect. 3.
83. Res, non verba quaeruntur. Lib. 3 de *Divina. inst.*, cap. 13.
84. Unaquaque res potius ex estimationis consuetudine, quam ex sui natura cognoscitur. Serm. de *Nativitat.*
85. Rerum usum tribuit Deus, sed privatam damnat affectum. Serm. de *Ranis salvat.*
86. Rei, ex qua conflictus oboritur, melius est gratiam ignominiam possidere, quam de comparandasperam oblivione colligere. Lib. 7, epist. 18, ad *Guillelm. comitis.*
87. Quelibet res perficitur, per hoc quod subditur suo superiori. 2, 2, quest. 81, art. 7.
88. Res in sacra Scriptura dicitur fieri, quando innovat. Super 3 *Sent.*, dist. 18, art. 4, ad. 3.
89. Res monachorum saecularibus data, ignis est; et ubique ingreditur, consumit. Lib. 5, libel. 13, num. 13.
- SENTENTIA PAGANORUM.
- ARISTOTEL. 90. Veritas rei est ipsamet res. Lib. 8 *Theolog.*, cap. 6.
91. Fieri non potest, aut non facile fit, ut is res agat preclaras, cui facultates desunt. Lib. 1 *Ethic. ad Nicomach.*, cap. 8.
92. Res in causa procul dubio est nobilior et insignior, quam in seipsa causata. Lib. 12 *Theolog.*, cap. 21.
93. In rebus sereris non est jocandi locus. Lib. 2 de *Divinat.*, num. 25.
94. Rem epinor spectari oportere, non verba. Lib. 5 *Tusc. quest.*
95. Qui res suas ignorat, eadem sane ratione, res aliarum ignorabit. Strygia 4, in *Dialog. 1 Alabandis.*

96. Leve momentum in adventitius rebus est. De *Consolat. ad Helvium*, cap. 5.
97. Res loquuntur, nobis tacentibus. Lib. 2 de *Benefic.*, cap. 14.
98. Non potest res magna sine adminiculo Numinis stare. Epist. 41.
99. Laxum spatium res magna desiderat. Epist. 88.
100. Si tibi res exiguae sunt, non tamen sint angustae. De *quatuor virtut.*
101. Magnarum rerum, etiamsi successus non fuerit, honestus est ipse conatus. De *Moribus.*
102. Rebus mundanis in causis tantum necessarius utere. *Sent.* 16.
- Vide etiam tit. *Displicere*, sent. 32; *Esse*, sent. 76; *Falsitudo*, sent. 13; *Finitis*, sent. 132; *Intentio*, sent. 19; *Nomen*, sent. 63; *Uti*, sent. 56.

SENeca.

SIXTUS PALL.

RESPUBLICA.

- Etymologia.* Republica graeco *politikos* et *politeia* COLLECTOR. rempublicam genere dicitur.
- Definitio.* Republica est res populi. Lib. de *Civitat.* S. AUGUST. *Dei*, cap. 21.
- Republica est paucorum potestas, in qua census ARISTOTEL. magistratus declaratur. Lib. 1 *Rhetor.*
- Majestas respública est, in qua continetur dignitas, et amplitudo civitatis. Lib. 4 de *Arte rhetor. ad Heronem*, num. 35.
- Republica est quoddam corpus compaginatum ex membris quod divini muneris beneficio amittitur, et summe aequalitatis agitur nutu, et regitur quodam lumine rationis. In *Inst. Trojani.* CICERO.
- SENTENTIA PATRUM.
1. Omnium christianorum una republica est. S. AUGUST. De *Opere monachorum*, cap. 25.
2. Nihil tam inimicum est civitati, quam injuria: nec omnino, nisi magna justitia geratur, stare potest republica. Lib. 2 de *Civitat. Dei*, cap. 21.
3. Nostra aetas cum rempublicam sicut picturam accepisset, egregium, sed evanescente vetustate, non modo eam coloribus lisdem, quibus fuerat ornata, renovare neglexit; sed ne id quidem curavit, ut formam saltem ejus, et extrema tanquam lineamenta servaret. *Ibid.*
4. Vera justitia non est, nisi in ea republica, cuius conditor rectorque Christus est. *Ibid.*
5. Hominum multitudo populum facit, cuius res dicitur esse republica. *Ibid.*, lib. 19, cap. 21.
6. Rempublicam genere, non criminosis est; sed ideo agere rempublicam, ut rem familiarum potius augeas, videtur esse damnable. De *verb. Dom.*, serm. 19.
7. Sine obedientia respública stare non potest. Serm. 3 ad *Frates in eremo.*

8. Multi putant christianam doctrinam utilitati non convenire republicam, quia nolunt stare republicam firmitate virtutum, sed inopinate virtutum. Epist. 3.

9. Quid est republica, nisi res populi? Res ergo communis, res utriusque civitatis. Epist. 5.

10. Felix non est republica stantibus moribus, roentibus moribus. Lib. 1 de Civil. Dei, cap. 38.

S. GREGOR. MAGNUS.

11. Quidquid utile republicam judicaveritis, peragat: neque aliquid quod utilitas republice exigit, negligatur. Lib. 12 in Registro, ind. 7, cap. 23, capit. 23, ad Mauritianum.

JOAN. TRITH.

12. Nulla potestatem, et aliud non erit republica quam plena seditionis confusio. De Raina monast. ord., cap. 7.

SALVIANUS.

13. Prima in omni republica desolationis vis, est inobediencia subditorum. Ibid., cap. 7.

14. Olim pauperes magistratus opulentiam republicanam habebant: nunc autem dives potestas pauperem facit esse republicanam. Lib. 4 de Gubern. Dei.

SENTENTIA PAGANORUM.

ARISTOTEL.

15. In antiquis republica tantum amicitia constat esse, quantum et justitia. Lib. 8 Ethic. ad Nicomach., cap. 11.

16. Ibi non maxime honoratur virtus, ibi non est possibile firmum optimumque esse in republica statum. Lib. 2 Polit., cap. 9.

17. Ubi leges non prevalet, non est republica. Ibid., lib. 4, cap. 4.

18. Non simul ad rempublicam gubernandam recipiantur filius et pater, frater senior, ne junior. Ibid., lib. 5, cap. 6.

19. Maximum omnium ad rempublicam stabilitatem, est id quod nunc paraficiunt omnes, erudiri ad rempublice disciplinam. Ibid., cap. 9.

20. Semper melior mos causa est melioris republice. Ibid., lib. 8, cap. 1.

CICERO.

21. Ubi nunc est republica, ibi simul potius, quam dum veterem respicimus, simul in nulla. Lib. 9, epist. 9.

22. Te non horror solum, sed plane etiam oro, ut tota mente, omnique animi impetu in rempublicam incutbas: nihil est quod tibi majore fructu, gloriose esse possit. Prose.

23. Nec quidquam ex omnibus rebus humanis est preclarior, aut prestantior, quam de republica bene mereri. Lib. 19, epist. 5, ad Plancium.

24. Caremus ne quid detrimenti republica capiat. Lib. 16, epist. 11, ad Terentium.

25. Ars est difficilis, recte ut docet, rempublicam gerere. Lib. 27, epist. 24 ad Atticum.

26. Republica duabus rebus continetur, premio ellicet et pona. Epist. 15, ad Brutum.

27. Maximus in republica modus est, inopia vel pecuniaria. Epist. 18 ad Brutum.

28. Nulla re conciliare facilis benevolentiam multitudinis possunt, hi qui rempublicam presunt, quam abstinentia et continentia. Lib. 2 de Offic.

29. Habere quæstui rempublicam, non modo turpe est, sed et sceleratum, et notorium. Ibid.

30. Tunc peritura est republica, cum ferrum vel eas magistratus auctoritatem obtinuit. Sisygia 4, lib. 5 de Reppub.

31. Republica bene processit negotiis laude dignissimum est. Lib. 7, epist. 15, ad Sateruin.

32. Republica quasi quædam civitas, et domus est. Lib. 8, epist. 16, ad Paternum.

33. Si rempublicam ex utilitate omnium rearis; certus sis te bene rempublicam gerere. In Poesopri. de Trojano Augusto.

Vide etiam tit. Princeps, sent. 90, 91, 93; Progricetia, sent. 103.

RESTITUTIO.

Definitio. Restitutio est in pristinum statum repositio.

Restitutio est iustitia inclinans satisfacere proximo, ratione damnificationis illata sibi. In Descrip. terrina., cap. Justitia.

Restituere nihil aliud esse videtur, quam iterato aliquem statueri in possessionem, vel dominium rei sue. 2, 2, quest. 62, art. 1.

Comparatio. Sicut restitutio facienda non est, nisi ejus rei que injuste possessa est: sic nec aliquid restituenda, nisi illi qui in injusto destitutus est. Opac., cap. 15.

Sicut non saluti Deo de injuria sibi illata, nisi per poenitentiam: ita nec proximo de re injuste spoliata, nisi per justam restitutionem. Ibid., cap. 17.

SENTENTIA PATRUM.

1. Non sufficit solummodo reddere quod ablatum est: sed pro contumelia illata, plus debet reddere quam abtulit. Lib. 4 Cor. Deus, cap. 11.

2. Sicut qui ledit salutem alterius, non sufficit si salutem restituit, nisi pro illata doloris injuria recompenset aliquid: ita qui honorem alienus violat, non sufficit honorem reddere, si non secundum exhortationis factam molestiam aliquid quod placeat illi, quem exonoravit, restituit. Ibid.

3. Qui detinet alienum contra voluntatem, moratur in peccato, et sic semper auget peccatum: et quoties menti occurrit se detinere alienum, et proponit retinere, et non reddere, toties de novo peccat mortaliter. Part. 4, tit. 43, cap. 1, § 12.

4. Nullum peccatum periculosius est furto: nam de cetero homo dolendo et confitendo salvatur,

sed de isto oportet ut etiam satisfaciatur de alieno ablati, alioqui nil valet poenitentia. Ibid.

6. Nimis difficile videtur hominibus exorsare poenitentiam, et restituere: et facilius inducuntur ad dandum elemosinas, vel faciendum ecclesias, et hospitalia, quam ad restituendum, quod non sufficit. Ibid.

6. Testificando falsum adveniens, tenetur ad restitutionem omnium que exinde proximus amisit propter ejus testimonium. Part. 2, tit. 4, cap. 19, § 7.

7. Nimis durum sibi videtur, ut quis reddat, que cum tanto labore acquisivit. Ibid., cap. 6, § 3.

8. Quod injuriose quisque abtulit, reddat, si tamen habet quod abtulit, vel aliud unde illud restituit. Epist. 59, ad Macedoniam.

9. Qui contra jus societatis humane, furis, rapinis, edumnis, invasionibus aliquid abtulit, reddenda potius quam domanda censemus, Zachari publicani evangelico exemplo. Epist. 53, ad Macedoniam.

10. Quis advocatus cum ex advocato ita vir optimus facile reperitur, qui suscepto suo, dicat, Recipe quod mihi, cum tibi male adessem, doctissimi, et reddo adversario tuo quod me agente inique abtulisti. Epist. 54, ad Macedoniam.

11. Si res aliena propter quam peccatum est, cum reddi possit non redditur, non agitur poenitentia, sed fingitur. Prose.

12. Si autem variciter agitur, non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Epist. 54, ad Macedoniam.

13. Plerumque qui auferit res alienas, amittit: sive alios patiendo, sive ipse male vivendo: in aliud habet unde restituat: huic certe non possumus dicere, Redde quod abtulisti. Ibid.

14. Peccat, qui pecuniâ debita, cum habeat unde reddat, recusat reddere. Lib. 2 de Serm. Dom. in monte, cap. 5.

15. Qui ad pauperalem respicit, desperat de restitutione: si vero de restituendo desperas, nullum malo curas. Super Psal. xiv, conc. 4, vers. 6.

16. Nulla illi poenitentia remittitur peccatum, si cum possit non restituit ablatum. Epist. 77, ad Hugonem de S. Victor.

17. Avarus sicut canis devorata evomit, dum injusta restituit. Serm. 4 Dom. 6, post Pent.

18. Tenetur detractor ad restitutionem bonam famam quam abtulit: majus enim bonum auferit detractor quam raptor. In Confessio., part. 3, sect. 13.

19. In quantum teneor alteri restituere, in tantum meum non sunt mea, sed illius cui teneor. Lib. 2 de Profectu relig., cap. 45.

20. Si in bonis proximam damnificasti, age poenitentiam, et labora ad restitutionem. De Perfect. charit., art. 9.

21. Quidquid violentè cuilibet ablatum fuerit, ipsi restituatur, cui ablatum est. Lib. 1 in Registro, indict. 9, cap. 42, epist. 42, ad Petrum vicediaco.

22. Qui bona alterius injuste detinet, agnoscat se veram poenitentiam non posse peragere, per quam ad eternam vitam pervenire valeat, nisi bona que injuste abtulit, restituat. Habetur in Decret. Gratiani, part. 2, de Penit., dist. 6, can. Falax.

23. Nemo qui rapit, moriens si habet unde reddat, salvabitur: si eos quorum fuit, invenire non poterit, Ecclesie vel pauperibus tribuat. Habetur in Decret. Gratiani, part. 2, causa 14, quest. 5, can. Nemo.

24. Difficillimum est, famam semel laesam restituere. Super Proverbia, cap. 25.

25. Si fur tenetur ad restitutionem rei furte, quanto magis sanctorum ad restitutionem famæ damnate. Super Ecclesiasticum, cap. v.

26. Fur potest restituere quod abtulit, scilicet pecuniam: mendax autem testis non potest restituere quod retulit, pacem scilicet cordis sui, et famam proximi. Ibid., cap. 20.

27. Redde ablati, sic et teipsum a criminibus liberabis. Homil. 33 super Gen.

28. Si rapisti, acerrime teipsum accusa, et restituere. Homil. 52 super Matth. Oper. perf.

29. Cum fure multo peior rapax sit, multo plus restituere debet. Ibid., homil. 53.

30. Si alicujus pecuniam fraude abtulisti, aut rem aliquam per violentiam rapisti, redde ei qua abtulisti. Prose.

31. Abstrahat rei peccatum, verum compensationem dissolvit. Homil. 41 Oper. imperf. super Matth.

32. Etsi alio sapiente rapis fueris, et si injuria affectos nosti, eis redde, et Zachariam imitare, cum restitutionis incremento. Homil. 45 super I Cor.

33. Homo, qui hominis alterius bona sine voluntate ipsius possidet, ad restitutionem tenetur. De Raina monast. ord., cap. 4.

34. Alienam restitutioni censetur omnium. Ibid., cap. 6.

35. Non solum te sufficit admoneri, ut alieni non rapias: sed ut queque cooperaris precepta, restituas. Lib. 7, epist. 48, ad Gallium cum militibus.

36. Bigamum est, ut quidquid per injustitiam partum, quidquid aliis violentè ablatum, domui cui nunc press, adjacere cognoveris: in

BONIFATIUS CARTUS.

S. GREGOR. MAGNUS.

S. BERNARD.

REGO CARD.

S. JOHANNES CHRYSOST.

JOAN. TRITH.

S. PETERS DAMIAN.

quantum tibi possibile est, reddere non moreris. *Ibid.*

37. Non modo qui aliena rapuerunt, sed qui etiam iniuste acceptiones aliquo modo causa fuerunt, restituere tenentur. 2, 2, quest. 62, art. 7.

38. Id restituere quod iniuste ablatum est, est de necessitate salutis. *Ibid.*, art. 2.

39. Non tantum sunt restituenda ablata, vel iniuste accepta; sed etiam omnis proventus, et omnia luca ex his provenientia, sunt restituenda. *De Usuris*, cap. 20.

40. Illud est restituendum, quod nullo iure sit suum. *Ibid.*

SENTENTIA PAGANORUM.

41. Ad his incipe, ut non auferas, sed aliis ablata restituas. *De quatuor virt.*

42. Quae mundi sunt, mundo: et quae Dei sunt, reddantur Deo. *Sent.* 47.
Vide etiam tit. *Acquiescere*, sent. 410; *Pano*, sent. 32, 71; *Paenitentia*, sent. 5, 6, 7, 8, 17, 20, 21, 22, 24; *Usura*, sent. 45.

RESURRECTIO CHRISTI.

SENTENTIA PATRUM.

1. Vidit Maria resurrectionem Domini, et prima vidit, et credidit: vidit et Maria Magdalena, quamvis adhuc mutaret. *Lib. 3 de Virginitas.*

2. Resurrectio Christi defunctis est vita, peccatoribus venia, sanctis gloria. *Serm. 52, in die Pasche.*

3. Primum maximum fidei fundamentum est, in resurrectionem Christi credere: erexit enim quod ipse non moriatur, si credat quisque in resurrectionis auctorem. *De Josepho*, cap. 13.

4. Resurrectio Christi, vita est universorum. *Super Psalm. XXXI.*

5. Resurrexit Dominus tertia die mortuis spoliato inferno, calcato inimico, abolita morte, fractis quibus tenebatur vinculis peccatorum. *Serm. super illud: Invenit eam pallam.*

6. Clarificata carne Christus resurrexit, sed non fuit in ea clarificatione discipulis suis apparere, qui non potuissent oculis suis talem claritatem perspicere. *In Dialogo 65 quest. ad Oratorium*, quest. 14.

7. Non mortuum est Verbum, et resurrexit: sed in Verbo caro mortua est et resurrexit. *Prosee.*

8. Ibi mortuus est Christus, ubi es mortuus: et ibi resurrexit Christus, ubi tu es resurrecturus. *Super Psalm. LXXIX*, vers. 23: *De aliquis terra redursum me.*

9. Securus mortuus est pastor pro ove, qui re-

surgens possidet ovem. *Super Psalm. xcix*, vers. 3: *Et spes parva ejus.*

10. Unus resurrexit jam mortuus. Resurrexit Lazarus, sed mortuus; resurrexit filia archipiscopi, sed mortua; resurrexit Christus, non mortuus. *Super Psalm. cxvi*, vers. 4.

11. Dies resurrectionis Christi, defunctis vita, peccatoribus venia, sanctis est gloria. *Serm. 7, Dom. in Oct. Pasche.*

12. Pascha Christi est regnum caeli, salus mundi, vita credentium, accessus inferni, gloria supernorum, resurrectio mortuorum, testimonium resurrectionis divinae, profum redemptiois humanae, cognitio mortis abolita. *Ibid.*

13. Resurrectio Christi operatione virtutis homines elevat de imis, suscitavit de terrenis, collocat in excelsis, consummat justos, firmat dubios, dampnat incredulos.

14. Resurrectio Domini, spes nostra est: ascensio Domini, glorificatio nostra est. *Serm. 2 de Ascens.*

15. Nos Christi mors vivificavit, nos resurrectio erexit, nos ascensio consecravit. *Ibid.*, serm. 3.

16. Ideo Christus mortuus est et resurrexit, ut et vivorum et mortuorum dominetur. *In Enchiridion*, cap. 120.

17. Resurrectionem Christi non sicut nostram in loquum dilige oportebat, ut in exemplo carnis ejus disceremus, quid in nostra sperare deberemus. *Epist. 120*, cap. 9.

18. Christus resurrexit nunquam mortuus, ne ab illo quisquam sic diseret mortem contemnere quasi nunquam victurus. *De Catechis. rudib.*, cap. 22.

19. Directus est justus, quando Christus resurrexit a mortuis, et ad colorum regna descendit. *Super Psalm. vii*, vers. 19: *Et diriges iustum.*

20. Tanta celeritas, Dominice resurrectionis fuit, ut dormisse potius, quam mortuus ostenderet: resurgens fortissimus, qui ut imbecillus occubuit. *Super Psalm. xlii*, vers. 9: *Non adjuvat ut resurgat.*

21. Resurrexit Christus, ut ad resurrectionem quoque ipsis spes se nostrae infirmitatis extendat. *Super Psalm. lvi*, vers. 4.

22. Resurgit Christus, ut nos erigat. *Ibid.*

23. Surrexit post justa facta Jesus. *Lib. 1 Paedagog.*, cap. 5.

24. Honorificatus est Christus resurgens a mortuis, victor mortis, spoliatus inferno, et captivos promittens ad superiores. *De Resurrect. Christi*, cap. 3.

25. Resurrectionis gloria in Christo, omne quod

infirmum et fragile videbatur, clarificavit, absolut. *Exposit. super Symbol. Apost.*, cap. 17.

26. Cum Christus vita esset ex sui natura, tertia die resurrexit spoliatus inferno, portusque paupetto clausus is, qui infra debebant, reseravit. *Rom. 6 de Feste paschal.*

27. Qui descenderat ad inferos, rursus ascendit et qui sepultus erat Jesus, tertia die vere surrexit. *Catechis. 4 de Resur.*

28. Nos Christi mors vivificavit, nos resurrectio erexit, nos ascensio consecravit. *Homil. 2 de Ascens.*

29. Si ea die qua Christus mortuus est, vel nocte qua consensuta est, statim resurrexisset, vix eum aliquid vere defunctum crederent. *Prosee.*

30. Confirmatio autem mortis, est dilatio resurrectionis: et e contrario mortis veritas, resurrectionis auctoritas est. *Homil. 2 de Symbolo.*

31. Resurrectio Christi est defunctis vita, peccatoribus venia, sanctis gloria. *Homil. 4, Pasche.*

32. Radix amara crucis evanuit, illos vero cum fructibus occupat: qui jacuit in morte, surrexit in gloria. *Super illud Marci xvi: Surrexit, non est hic.*

33. Caro Domini eo ex passione sua robustior extitit, quo per infirmitatem moriens, a morte sine infirmitate resurrexit. *Lib. 3 Moral.*, cap. 11 *super illud Job. ii: Egressus igitur Satan.*

34. Redemptor noster ostendit resurrectionem, ut nos resurgere posse confidamus. *Ibid.*, lib. 12, cap. 27.

35. Virtus Christi est gloria resurrectionis ejus. *Super septima Psalm. Psent.*, *Super Psalm. v*, vers. 24.

36. Non debet homo jam de resurrectionis veritate ambigere, cum sciat verum hominem Christum a mortuis resurrexisse. *Ibid.*, *super Psalm. vi*, vers. 6.

37. Redemptor noster moriendo mortem superavit, nunquam resurgendo consumpsit, et resurrectionis suae gloriam ascendendo declaravit. *Homil. 29 super Evangel.*

38. Non indigni in resurrectione Christus auxilio angelorum, qui propria virtute claustra dissipavit inferorum. *Serm. in die Pasche.*

39. Domini resurrectio festivitas angelorum fuit et nostra: angelorum quantitas numerus eorum qui retrogressi sunt per ipostatam angelum immortuus fuerat, ex ambobus fidelium adimpletur: nostra festivitas est quia de perditione nos liberans, ad societatem angelorum revocavit. *Ibid.*

40. Surrexit per humanitatem, qui nullum Tom. IV.

casum in divinitate habuit: et ideo resurgere voluit, qui nunquam occidit, ut ille erigeretur, qui stare noluisset. *Ibid.*

41. Cerne manus, Judae, quas fixeras: curte latus, Romane, quod foderas: videto corpus aut idem sit, quod diebus clam nocte sustulisse discipulis. *Epist. 1, ad Heliodor.*

42. Resurrectionis gloria in Christo clarificavit omne quod prius infirmum et fragile videbatur. *Epist. 18, ad Rufin. de Symbolo*, super illud: *Tertia die resurrexit a mortuis.*

43. Pietas est non ambigere, et iustitia est credere, et salus Christi confiteri resurrectionem. *Lib. 10 de Trinit.*

44. Ideo angelus prior resurrectionis est index, ut quodam famulatu patrone voluntatis resurrectione montaretur. *Super Math.*, can. ultimum.

45. Samson fractis seris, subtractisque portis, securus evadit: Christus ruptis inferni sedis obicibus, apertoque sepulcro, recepto corpore, a morte liber egreditur. *Rom. 4 ex Divers.* in *Math.*

46. Nolle mori, est timoris humani: mori et resurgere, est solius Deitatis insignis. *Serm. 5 fer. 5, Passion.*

47. Post custodias sevas, et vincula dura, post illusiones et verbera, post aeti et fallis poena mixta, post supplicia crucis et vulnera, post ipsam mortem, surrexit de suo facere Christus. *Serm. 3 de Resur.*

48. Rediit ab occidua orbe latens vita, et in monte calvus servata resurgit, pulchrior nitentia caro post fatuus. *Ibid.*

49. Surrexit de suo fumera caro nova, reditiva phoenix, quam ultimus sol, et cinnamna coxerant pietatis. *Ibid.*

50. Resurrectio Christi secundum carnem, fide cognoscenda est. *Serm. 11 super Epist. ad Philipp.*

51. Resurrectio Christi natalivitate est inferior: quoniam illius multa saepe facta sunt exempla, hujus vero nunquam. *Ibid.*

52. In resurrectione Christi verus confessor et capitor est, qui et de passione ejus non confunditur, et de corpora natalivitate non fallitur. *Serm. 8 Quadrag.*

53. Resurrectio Salvatoris nec animam in inferno, nec carnem dia morari passus est in sepulchro, et tam rorax incoarupte carnis vivificatio fuit, ut major illi esset saporis similitudo, quam mortis. *Serm. 1 de Resur.*

54. Resurrectio Domini non finis carnis, sed commutatio fuit: nec virtutis augmento consumpta substantia est. *Prosee.*

55. Qualitas transiens, non natura deficit: et

S. HILAR.

S. JOHANNES CHRYSOST.

S. LEO I.

factum est corpus impassibile quod potuit crucifigi; factum est immortalis, quod potuit occidi: factum est incorruptibile, quod potuit vulnerari. *Ibid.*

DICHAND. A
S. VICTORE.

56. Una resurrectio Domini secundum carnem, geminam nostram resurrectionem efficit, et animarum in presenti, et corporum in futuro. Part. 1. serm. in die Pasche.

S. THOMAS
ALIC.

57. Salvator noster, pignus salutis, nostris corporibus in resurrectione sui corporis tribuens, non potest credi ultra moriturus. Epist. Paschali. 2.

S. THOMAS
AQUINAS.

58. Christus in juvenili etate resurgere voluit, ut futuram resurgentium qualitatem in seipso premonstraret. Part. 3. quest. 65, art. 9.

59. Necessarium fuit Christum ex mortuis resurgere, non modo ad divinae justitiae commendationem; ad fidei nostrae instructionem, et spei erectionem; verum etiam ad vite fidelium informationem, et salutis nostrae consummationem. *Ibid.*, quest. 53, art. 4.

60. Christus post-tanta resurrectione omnium primus resurrexit a mortuis, cum non amplius ut ceteri, mortuus resurrexit. *Ibid.*, art. 3.

61. Cum Christus per humilitatem passionis, resurrectionem mereretur, ipsiusque resurrectionis causa et exemplar fuerit, corpus Christi gloriosum resurgere debuit. *Ibid.*, quest. 56, art. 3.

62. Non debuit Christus postquam surrexit a mortuis, diu cum discipulis suis conversari, ne ad vitam rediisse mortalem putaretur; sed aliquanto tempore, ut se vere resurrexisse ostenderet. *Ibid.*, quest. 55, art. 3.

63. Frequens Christi apparitio sufficiebat ad certificandum discipulos de veritate resurrectionis. *Ibid.*

64. Resurrectio Christi est exemplar nostra resurrectionis. *Ibid.*, in Supplemento, part. 3, quest. 77, art. 3.

65. Sicut Samson abstulit media nocte portas Gaza, et exiit; ita Christus media nocte autem portas inferni, resurrexit. *Ibid.*, quest. 41, art. 4, argum. 2.

66. Quia resurrectio facta est in Dominica, ideo celebramus illum diem, sicut Judaei sabbatum propter primam creationem. Opusc. 9, de Decem preceptis, precept. 3, verbo *Memento*.

67. Christi resurrectio non debuit usque ad finem mundi differri, nee etiam nimis accelerari, ut virtus divinitatis ostenderetur, et veritas mortis inter fideles approbaretur. *De Resur. Christ.*

THOMAS A
KEMPIS.

68. Quis est, qui digne Pascha in spiritu celebrat, qui de vitis ad virtutes transigrat, qui de

veteri vita et mala consuetudine in novae devotionis statum surgit? Medit. 32, de Christi resurrectione, cap. 4.

69. Christus in sua resurrectione primo apparuit virgini Mariae matri suae. Serm. 1 Pascha.

S. VICENTII
FERRARIENSIS.

RESURRECTIO HUMANA.

Definitio. Resurrectio est naturae nostrae in antiquum statum restitutio. De Anima et resur.

S. GREGORII
NYSS.

SENTENTIAE PATRUM.

1. Cum venerit iudicii dies, reddet terra defunctorum corpora, et pulvis restituet eas, quae in tumulis requiescent reliquias mortuorum. De Bono mortis, cap. 10.

S. AUGUSTINI.

2. Jesus Christus Dei virtus, vita, lux, resurrectio mortuorum; virtus erigit jaculentem, vitam gressum effert, lux fugat tenebras, reparat oblitum, resurrectio vivendi gratiam reformat. Orat. de Fide veteri.

3. Qui virtuti moriturus, qui moriturus resurgens. Prose.

4. Propior est saluti, qui moritur ut resurgat, quam ille qui vivit ut moriatur. Super Psalm. xxxvii.

5. In ipso rapto mors proveniet, et quasi per soporem, ut egressa anima in momento reddatur. Super II Thessal. iv, in illis: Cum illo requiescat in nubibus.

S. ANTONII
AURELI.

6. Erit resurrectio post mortem, et iudicandi erimus a Deo, qui redditurus est unicuique secundum opera sua. Serm. de Vanitate mundi.

S. AUGUSTINI.

7. Resurgat plus populus, ut veteris hominis sui reliquias transformet in novum. Prose.

8. Resurgat autem sapius populus, qui ab initio usque ad finem veterum hominem gesserit, ut in secundam mortem praecipitur. De Vera relig., cap. 27.

9. In resurrectione mortuorum, distabit gloria meritum. Epist. 149, ad Consentium.

10. Resurgat corpus secundum christianam fidem, quae fallere non potest: quod cui videtur incredibile, qualis nunc ait caro attendi, qualis autem futura sit non considerat; quia ille tempore immutationis angelicam non jam caro erit et sanguis, sed tantum corpus. De Fide et Symbolo, cap. 10.

11. Philosophi quorum argumentis semper resurrectioni carnis resistitur, quibus asserunt nullum posse esse terrenum corpus in caelo, quod libet corpus in omne corpus converti et mutari posse concedunt. *Ibid.*

12. Resurgunt sanctorum corpora sine ullo vitio, sine ulla deformitate, sicut sine ulla cor-

ruptione, onere, difficultate, in quibus tanta facilitate resurgunt, quanta felicitas erit. In Enchirid., cap. 91.

13. Eadem caro corruptibilis quam cadit tam iustorum, quam iniustorum, incorruptibilis resurgit; quam vel poenae sullenre possit pro peccatis, vel in gloria aeterna manere pro meritis. De Ecclesiasticis dogmatibus, cap. 6.

14. Sicut corpus in resurrectione eam vitam et sensum recipiet, sic anima in resurrectione suam vitam et sensum recipiet; scilicet cognitionem et amorem Dei. De Spiritu et animis, cap. 36.

15. Resat ut suam recipiat in resurrectione quiesque mensuram, quam vel habuit in juventute, etiam si senex est mortuus, vel fuerat habiturus, si ante est defunctus. Prose.

16. Nec ultra, nec infra juvenilon formam resurgunt mortuorum corpora, sed in ea etate et robore, usque ad quam Christum hic pervenisse cognovimus, circa quippe triginta annos definitur esse, etiam saeculi hujus doctissimi homines, juvenulum. Lib. 22 de Civitate Dei, cap. 15.

17. Resurgunt omnes tam magni corpore, quam vel erant, vel futuri erant in juvenili etate, quamvis nihil obesset, etiam si infantilis, vel senilis corporis forma. *Ibid.*, cap. 16.

18. A corporibus electorum amovebitur in resurrectione omnis deformitas, omnis infirmitas, omnis tarditas, omnisque corruptio. *Ibid.*, cap. 20.

19. Quid mirabilis inter Dei mirabilia, quam mortuos suscitare? Super Psalm. lxx, vers. 18.

20. Plus est homines creare, quam resuscitare: dignatus est tamen Christus et creare et resuscitare; creare omnes, resuscitare quosdam. Prose.

21. Resuscitavit Christus filiam archisynagogi, adhuc in domo jacentem; resuscitavit juvenem filium viduae, extra portam civitatis elatum; resuscitavit Lazarum sepulchrum quadragesimum; sunt tria genera peccatorum, quos hodie suscitavit Christus, delectationis, operis, consuetudinis. Tract. 49 super Evang. Joan., cap. xi.

22. Animas suscitavit Deus per Christum Filium Dei, corpora suscitavit Deus per eundem Christum, Filium hominis. *Ibid.*, tract. 49, cap. 6.

23. Animae resurgunt per potentiam Dei, corpora per dispensationem humanam. Resurgit anima ab iniquitate, per id quod Deus est: resurgit corpus a corruptione, per id quod homo est. *Ibid.*, tract. 23, cap. 5.

24. Amplius est resuscitare semper victurum, quam suscitare iterum mortuorum. De Verbo Domini, serm. 44.

25. Nemo tam facile dormientem excitat in lecto, quam facile Christus in sepulchro. *Ibid.*

26. Morere ut vivas, sepelire ut resurgas. De Verbo apostoli, serm. 15.

27. In resurrectione mortuorum, christianorum spes tota consistit. *Ibid.*, serm. 24.

28. Ipsam resurrectionem carnis, quae partem tardius, partim omnino non creditur, ita certam sententiam, ut certis nobis non sit solum, cum occiderit oriturum. De Quantitate animis, cap. 35.

29. Sicut ad mortis, sic nec ad resurrectionis differentiam valet diversa nativitas. Prose.

30. Non est absurdum ut similiter resurgant corpora, quae dissimiliter orta sunt. Epist. 49, quest. 1.

31. Non ad hoc resurgat corpus iustorum, ad quod resurgat corpus impiorum. De Agone christi, cap. 7.

32. Hoc erit post resurrectionem, ut corpus omnino eum quiete summa spiritali subditum immortaliter vigeat. Lib. 1 de Doctrina christiana, cap. 24.

33. Resurrecturam carnem omnium quicumque nati sunt hominum atque nascentur, et mortui sunt atque moriturus, nullo modo debet dubitare christianus. In Enchirid., cap. 82.

34. Qui trident resurrectionem, putantes quod caro ista, quia potest, resurgere non potest, ad poenae in ea resurrecturi sunt, et ostendet eis Deus, quia qui potuit haec corpora facere antequam essent, potest ea in momento restituisse sicut erant. De Cathecis. rud., cap. 27.

35. Omnes fideles regnaturi cum Christo, ita resurgunt in eodem corpore, ut etiam commutari mercantur ad incorruptionem angelicam. *Ibid.*

36. Phoenix de sua morte renascens, resurrectionis corporum tyrum gerit, si tamen, ut creditur, de sua morte renascitur. De Anima et orig., cap. 20.

37. In resurrectione mortuorum, quod vivet non morietur; tunc quod sanabitur, non aegrotabit; tunc quod sanabitur non esuriet, neque sitiet; tunc quod renovabitur non veterascet. Tract. 47 super Joan.

38. Nulla in operibus Christi videtur esse major, quam suscitatio mortuorum. *Ibid.*, tract. 91.

39. Resurgat justus ut judicet, peccator ut iudicetur, impius ut sine iudicio puniatur. Super Psalm. 1, vers. 6.

40. Radix totius bonae operationis, est spes resurrectionis: expectatio enim retributionis animam erigit in spem. Colocet. 48.

41. Omnis anima credens in resurrectionem, merito sibi parat: non evadens autem resurrectioni, exposta fit perditioni. Prose.

CASATI
BIBLIOTHECA

S. CYRILLI
BIBLIOTHECA

FRANCISCUS
TITUL.

MATHO.

S. HIERON.

S. HILARIUS

S. IOHANNES
CHRYSOST.

42. Credens manere corpus in resurrectionem, parciit illi taquam vesti, et non pollut eam in iniquitatibus : qui vero non credit resurrectionem, exponit sese libidini, ac veluti alieno abutitur corpore suo. *Ibid.*

43. In novissimo magni iudicii, et generalis examinis die, non resurgent reprobi ad gloriosam illam bestorum immutationem, ad quam resurgent electi. In *Bucid.*, super *Psalm.* 1, vers. 6.

44. Sit certissima spes omnibus nobis quia vera resurrectio carnis, quae precessit in Christo, sequetur in nobis. *Prose.*

45. Caro ista omnium hominum mortuorum sive fidelium, sive infidelium resurret in fine : sed caro fidelium resurret ad gloriam, caro infidelium resurret ad penam. *Serm.* 1. in *Octava Pasche.*

46. Nemo tam facile de somno, quam mortui resurgent incorrupti. *Serm.* 2. *Dom.* 22 post *Pent.*

47. Resurrectionis virtus, angelicum hominibus condicit statum, ut qui de terra resurrexerint, non iterum in terra cum peccidibne, sed in caelo cum angelis vivant. *Ibid.*, super illud : *Carnis resurrectionem.*

48. Cum omnis caro redempta in Christo sit, ut resurgat, et omnem assistere ante tribunal eius necesse sit : non tamen omnibus gloria et honor est promiscuus resurgendi. In *Explanat. Psaltn.* 15.

49. Cum sit difficile in hoc mundo servare justitiae sanctitatem, quis contentus esset adversus seipsum / quotidie luctamina exerceat, nisi ad spem aspiceret resurrectionis ? *Prose.*

50. Totae spem resurrectionis, et soluta est, tota observantia pietatis. *Homil.* 42 super *Math.* *Oper. super.*

51. Mors vincitur, homo resuscitatur, inferorum calena franguntur : lingua movetur, manus officio preparantur, oculis visus redditur, vestigia gressibus explicantur, auribus renovatur auditus. *Homil.* de *Evanso resuscitatio.*

52. Ne sinas corpus tuum, dum hic est, vivere, ut in resurrectione universali vivat : fac ut moriatur, ne moriatur. Etenim si vivum permanserit, non vivet : si vero mortuum fuerit, tunc vivet. *Serm.* 13 super *Epist.* ad *Romanos.*

53. Resurrectio est divina virtutis opus, eo quod Deus impositae telluri ut discolat, mandabit, et nullas ministrorum hoc faciet, quemadmodum aliquando evocavit Lazarum. *Homil.* 8 super I *Theosol.*

54. Si resurrectio non est, fides omnis evanuit : si resurrectio non est, inanis est predicatio : si resurrectio non est, neque resurrexit Christus :

quod si non resurrexit neque natus est, neque in caelum ascendit. *Homil.* 5 super I *Tim.*

55. Quemadmodum caput resurrexit a mortuis, sic et reliquum corpus omnis hominis, qui invenitur in vita, impleto tempore condemnationis suae, que erit propter inobedientiam, resurret. *Lib.* 3 *advers.* *Heret.*, cap. 21.

56. Qui corpus ex nihilo effecit, multo magis effecitum ad vitam revocabit. *Lib.* 2 *Epist.* 43, ad *Basiliatum.*

57. Mortuorum resurrectio erit, et claudorum carnis erit velocis, et surdus audiet, caecividebunt, et mortui loquentur. *Lib.* 4 de *Divina. inst.*, cap. 15, verbo graeco *Nepes.*

58. Quis tam stultus aut brutus est, ut nudeat repugnare hominem a Deo, sicut primum potuisset fingi, ita posse deum reformari ? *Prose.*

59. Nihil esse post obitum, et ante ortum nihil fuisse : sicut de nihilo nasci licuit, ita de nihilo licere reparari.

60. Perro difficultus est, id non sit incipere : quom ad quoddamur liberare. In suo *Octavo.*

61. Certissima fiducia est christianorum divinitus promissa, resurrectio mortuorum. *Serm.* 5. de *Retur.*

62. Cede, homo, de morte resurgere te posse; quia antquam viveres, nil fuisse. *Prose.*

63. Quare ergo dubitas, quod resurges, cum tibi totum, quod in rebus est, quotidie sic resurgat ? *Serm.* 59.

64. Veniente Christo resurgent mortui, assistentur vivi, ut pariter causas reddant de suorum ratione factorum. *Ibid.*, *serm.* 60.

65. Resurret caro, resurret ut ipsi jam sumus, ut agnitio maneat personarum, ut et martyre de persecutoris pena letitiam sumat, et periculator sumat de martyris honore supplicium. *Ibid.*

66. Mori nolle, est timoris humani, divina virtutis est surrectio de morte. *Prose.*

67. Hic ergo non offendat mortis auditus, ubi resurrectionis gloria abscondit mortis injuriam : quia hominis quod moritur, Trinitatis est quod resurgit. *Ibid.*, *serm.* 61.

68. Resurrectionem mente, ore, oculis, spectet, eniet, cogitet christianum, ut totam, moris possit despiciere et calcare formidinem. *Ibid.*, *serm.* 118.

69. Qui nihil fueras priusquam esses, idem nihil factus es, cum esse desieris : cur non posses esse rursus de nihilo ejusdem auctoris voluntate, qui voluit esse de nihilo? quid novi tibi eveniet? qui non eras, factus es : cum iterum non eris, fiet. In *Apolog.* *advers.* *Gent.*, cap. 48.

70. Ubique resolutus fueris, quocumque

S. HIERON.

S. HIERON.
PELUS.

LACT. TIR.

MINGETI
PALII.

S. THEODOG.

THEOPHYL.

S. GREG.
ASS. GEN.

S. THOMAS
AQUINAS.

S. JERON.
CHRYS.

TERTUL.

te materia destruxerit, hauserit, aboleverit, in nihilum prodegerit, reddet te : ejus est nihilum ipsum, cujus est totum. *Ibid.*

71. Fiducia christianorum, resurrectio mortuorum est. De *Resurrectione*, cap. 1.

72. Nemo tam carnaliter vivit, quam qui negat carnis resurrectionem. *Ibid.*, cap. 11.

73. Senex, ut reddat, interepit : ut custodiat, perdit : ut integret, vitiat : ut ampliet, prius decoquit : siquidem uberiora et cultiora restituit, quam exterminavit. *Prose.*

74. Omnia in statum redeunt, cum abesse sint : omnia incipiunt, cum desierint : ideo finiuntur ut fiant, nihil deperit, nisi in salutem : totus igitur hic ordo revolvibilis rerum, testatio est : resurrectionis mortuorum. *Ibid.*, cap. 12.

75. Adhuc mortali sarcina cincti homines, spe resurrectionis animam delectando, aeternam vitam expectant. Super *Psalm.* xii, vers. 28.

76. Omnes, qui sunt pietate et vera religione illustrati, consequuntur primi resurrectionem. Super I *Theosol.*, cap. 16 in illud : *Resurgent primi.*

77. Christiani universum negotium, in resurrectionis dogmate situm est. Super I ad *Cor.*, cap. xv.

78. Fatendum est resurrectionem esse futuram, in qua anima suo corpori in perpetuum unietur. *Part.* 3. *Supplementi*, quest. 75, art. 1.

79. Cum nulla anima perpetuo possit a corpora separari : necesse est, sicut unum, ita et omnes resurgere. *Ibid.*, art. 1.

80. Et si tempus future resurrectionis determinato recognosci non possit : tamen probabiliter dicitur resurrectionem futuram in crepusculo, ut ad idem punctum redeat sol et luna, in qua creata creduntur. *Ibid.*, art. 3.

81. Necessarium est fieri omnes meritorios, et a morte resurrecturos esse. *Ibid.*, quest. 78, art. 1.

82. Hereticum est dicere eundem hominem non resurrecturum, qui mortuus est : alioquin enim homo vane factus esset, si ad finem propter quem factus est, venire non posset. *Ibid.*, quest. 79, art. 2.

83. Cum oporteat in resurrectione corpus omni ex parte respondere animae, oportet etiam ut omnia membra humani corporis in resurrectione resurgant. *Ibid.*, quest. 80, art. 1.

84. Cum resurrecturus sit homo in omni natura sua perfectione, capillos et unguis in se resurgere oportet. *Ibid.*, art. 2.

85. Cum humores in corpore humano pertinent ad perfectionem humanae naturae, eos simul resurgere cum corpore humano, necesse est. *Ibid.*, art. 3.

S. HIERON.

S. HIERON.

S. HIERON.

S. HIERON.

S. HIERON.

S. HIERON.

S. HIERON.

S. HIERON.

S. HIERON.

S. HIERON.

S. HIERON.

S. HIERON.

S. HIERON.

S. HIERON.

S. HIERON.

S. HIERON.

86. Conveniens est, ut omne id quod est de veritate humanae naturae, resurgat cum ipsa. *Ibid.*, art. 4.

87. Conveniens est ut homines resurgant in juvenili aetate, quae inter decrevum et incrementum constituitur. *Ibid.*, quest. 81, art. 1.

88. Homines ejus statura, cujus aut erant, aut futuri erant in juvenute, resurgant. *Ibid.*, art. 2.

SENTENTIA PAGANORUM.

89. In proximum alio, brevitate vite defunctos, in integrum restitui. De *Consolat.* ad *Marcium*, cap. 20.

90. Mors, quam pertimescimus ac recusamus ; intermittit vitam, non eripit : venit iterum, quae nos in lucem reponat dies. *Epist.* 36.

RESURRECTIO A PECCATO.

Definitio. Exurrectio a peccato, est in pristinum divinae servitutis alacritatem reparatio. *Secl.* 1, super *Psalm.* in, vers. 5 : *Erurret.*

Resurrectio nihil aliud est, nisi in pristinum statum restitutio. *Homil.* 1, super *Ecclesiasten.*

Resurgere dicitur, qui prius moriendo cecidit. *Epist.* 31, ad *Abnerium et Alexandrum.*

Resurrectio nihil aliud est, quam secunda ejus quod cecidit erectio. *Lib.* 3, de *Fide. orthod.*, cap. 28.

Resurrectio est ejus, quod ceciderat surrectio. Super *Marc.*, cap. xii, in illud : *Qui dicunt non esse resurrectionem.*

Resurgere a peccato, est reparari hominem ad ea quae peccando amisit. 1, 2, quest. 109, art. 7. *Divisio.* Resurgitur, ab indelitate ad fidem, a vitis ad virtutes, a desperatione ad spem, a cupiditate ad charitatem, ab activa vita ad contemplativam, a morte ad vitam, a miseria ad gloriam. Super *Psalm.* 113.

SENTENTIA PATRUM.

1. Homo per se cadere potest, per se autem nunquam resurgere potest. De *Paradiso animae*, part. 1, de *Virtut.*, cap. 24.

2. Dum in hoc corpore vivitur, nullus est desperanda reparatio. *Lib.* 2, de *Vocat. gent.*, cap. 10.

3. Cum caro subdita fuerit animae, tunc jam non quasi mortua jacet in sepulchro suo conditio humana, sed resuscitatur per gratiam Christi. *Lib.* 5, *epist.* 49, ad *Horontianum.*

4. A quibuslibet lapsibus delictorum facile surgitur, quando opem a reparatore suo possit alius. *Lib.* 10, *epist.* 83, ad *Donatridem.*

5. Pascha hebraice transitus dicitur, quia per hoc mysterium de peioribus ad meliora transitur. *Prose.*

SENECA.

FRANCISCUS
TITUL.

S. GREGOR.
NYSS.

S. HIERON.

S. JOHANNES
DAMASC.

THEOPHYL.

S. THOMAS
AQUINAS.

HIERON.

S. ALBERT.
MAGNUS.

S. AMBROS.

S. HIERON.

S. HIERON.

Sanitas corporis est integritas naturalis completionis, humorumque omnium commensuratio proportionalis. Part. 1, tract. 1, de *Statu interiori hominis*, cap. 11.

EMERITUS
VICI.

Incomunitas corporis, est salutis tuta atque integra conservatio. Lib. 2 de *Invent. rhetor.*

Diffinitio. Sanus humana est sanitas carnis, salutis divina integritas mentis: hanc homo diligit, illam Deus tribuit: hanc homo conservat, molestias fugiendo; illam Deus confirmat, molestias inferendo. Super *Psalm.* xvii, cap. 23.

HIERONYMUS
VICI.

SENTENTIA PATRUM.

1. Quod saluti salus est, delectationis parum est. Lib. 10 *Confess.*, cap. 34.

S. AUGUSTINUS.

2. Quibus vills est corporis salus, manant rescis quam saluti. De *Vera relig.*, cap. 53.

3. Nulla res oblitit integritatem naturae suae, nisi in suo genere salva sit: ab eo autem est omnis salus, a quo est omne bonum et omne bonum est ex Deo, salus igitur omnis ex Deo est. *Ibid.*, cap. 18.

4. Previdendum est quod velut puro saniorum nimum corporis cultus obrepit, ne cum tardius abstergitur, in ipsis peno visceribus hujus mundi non exhaerenda post sentina considat. *Epist.* 91.

5. Sanus si diligitur, ibi adipiscenda desideratur ubi adepta nihil timetur. *Epist.* 15, ad *Armentarium*.

6. Sanitas a morbo plurimum distat, sed medici curatio, nisi morbo congruat, non perducit ad sanitatem. Lib. 4 de *Vivis*, cap. 18.

7. Melior est animi sequitas, quam corporis sanitas. Lib. 4 de *Civitate Dei*, cap. 13.

8. Quid prodest, si quod est exterius, sanum est, et putrefacta est medulla conscientiae? Super *Psalm.* xlv, vers. 1.

9. Magna gloria medici est, quando ex desperatione convalescit infirmus. Super *Psalm.* xvii, vers. 2.

10. Nemo insanabilior eo, qui sibi sanus videtur. Super *Psalm.* lvi, conc. 2, vers. 16.

11. Ubi non est salus, stentibus infirmis. Super *Psalm.* cxviii, conc. 29.

12. Salutem corporis multi habent, qui non invocant nomen Domini. *Epist.* 89, quest. 2.

13. Sanitas perfecta corporis, illa extrema totius hominis immortalitas est. *Epist.* 56.

14. Qualitas corporis, quae sanitas dicitur, cum sanum corpus est totum, tanta est in majoribus, quanta in minoribus partibus: non enim quae minus magne sunt; ideo minus sanae sunt, aut quae ampliores, ideo saniores. *Epist.* 67.

15. Curatio via est ad sanitatem. Lib. 1 de *Doctrina christi*, cap. 14.

16. Corporibus animalium nihil est aliud morbis affici, quam sanitate privari. In *Euchirid.*, cap. 14.

17. Corpori humano quicquid impenditur, non est praesidium salutis, sed humanitatis officium. De *Cura pro mort.*, cap. 18.

18. Experti morbi molestia, evidenter fil iucunditas sanitate. Lib. 14 de *Civitate Dei*, cap. 47.

19. Bonum est ut de salute corporis non atagas, nisi ut a Deo illam petas. Tract. 7 super *Joan.*

20. Corporum salus, quae vera expectatur a Domino, erit in fine in resurrectione mortuorum. *Ibid.*, tract. 17.

21. Salus carnis et reparatur et moritur, et cum reparatur, mors dilertur, non auferitur: tamen etiam ipsa salus a Domino est, per quamlibet datur, quomodo curat, et ministrante impertitur, ab illo datur, a quo est omnis salus. *Ibid.*, tract. 30.

22. A quo salus hominis, ab illo salus et pecoris. *Ibid.*, tract. 34.

23. Salus corporis, quae morbo perimitur, agritudine desolatur. Tract. 10 super *Epistolam Joannis*.

24. Non est sanus, qui acribit. Homil. 70 ex *III Homil.*, cap. 6.

25. Quam multi egrotant in lecto innocentes, et si non fuerint procedunt ad scelera committenda! Tract. 7 super *Joan.*

26. Laboribus sanitas, et sudoribus salus comparatur. Apud D. Joan. Damasc., lib. 3 *Parvul.*, cap. 105.

27. Sanitas et commoda valetudo, quovis aere praestantior est: salus est corpore firmo ac valenti esse, quam immensas operes habere. Apud D. Joan. Damasc., lib. 3 *Parvul.*, cap. 93.

28. Frustra pro salute corporis laboratur, nisi salus animae obtineatur. In suis *Proverbiis*, verbo *Frustra*.

29. Cum dolore abscondenda sunt, quae leviter sanari non possunt. *Ibid.*, verbo *Cura*.

30. Mala est sanitas carnis, quae hominum ducit ad infirmitatem. Serm. 53 ad *Sororum*.

31. Desidera plus valere mente, quam carne: adversa carnis remedia sunt animi. *Ibid.*

32. Satis dives es, si vitam obtines. Serm. 2 de *Psalm.*

33. Homo ipse se decipit, si cum in modulis fervere sibi sentiat morbum, per superficialitatem corporis molle deducit unguentum. Homil. 10 ad *Monachos*.

34. Vere vana est salus, quae expectatur ab homine: et prorsus vanissimum est, salutem ex-

pectare ab humana potentia, cum illam Deus habeat in manu sua. In *Eulucid.*, super *Psalm.* lxx, vers. 12.

35. Multa caelestia custoditur salus corporis, quae etiam custodia amittitur, amissa cum gravi labore reparatur, et tam reparata in dubio semper est. Lib. 2 *Moral.*, cap. 26, super *Psalm.* Job. xiv: *Brevi vivens tempore*.

36. Quanto quisque de restituta proximi salute exoritur hilarescere, tanto se indicat de alio alio doluisse. *Ibid.*, lib. 35, cap. 8.

37. Salus corporis quando ad bene operandum accepta despicitur, quanti sit numerus amissa sensatur. Part. 3 *Pastor.*, cap. 1, admodum 13.

38. Molestia corporalis, salus est cordis, quae ad cognitionem sui mentem vocat, quam plerumque salus abijcit: infirmitatis memoria reformatur. *Ibid.*

39. Utilis menti fit ipsa salus sui corporis, quam transita est vulnere divini amoris. Homil. 14 super *Eccl.*

40. Boni medici officium est, non solum scilicet removere, sed etiam remanentem custodiam sodalitate servare. Super *Septem Psalm. Psalms*, super *Psalm.* 1, vers. 4: *Salvum me fac*.

41. Ubi quanta magis extenditur inaequalitas corporis, ibi tanto difficilius ostenditur efficacia curationis. *Ibid.*, super *Psalm.* iii, vers. 5.

42. Cum corpus sanum est, anima egrotat: cum vero infirmum, anima floret, et ad superna respicit: voluptates superantur, et cum corpore marescunt. Orat. 4, *Cum a patre in convalescentia assumptus*, etc.

43. Si quis bona est valetudine, sanitate ad optima utatur: admodum veritas, redarguat, fidelialiter agat, vigilat, humi dormitet, jejuna, materiam extenuet: forestria et coelestia speculetur, omni studio mortem meditetur. Orat. 25.

44. Jucundior est sanitas adversa valetudine degustata. Habet apud D. Joan. Damasc., lib. 3 *Parvul.*, cap. 93.

45. Qui egrotat, non aliter recipit sanitatem, nisi tenui cibo et castigato victu. Quibus recipitur sanitas: his et servari potest. Lib. *Adversus Jovinianum*.

46. Christiano sanitas absque virtutibus minus necessaria est. *Ibid.*

47. Preciosior salubritas est, quae post languoris recuperatur incommodum. *Epist.* 5, ad *Virginem in exilium missam*.

48. Remedius nodulifera cura perficitur, ut maroris praeco redempta sanitas, cherior habeatur et grata. *Prose.*

49. De periculis expectat auxilium, quem curat ignis et ferrum. *Epist.* 6, ad *Amicum*.

S. GREGORIUS
MAGNUS.

S. GREGORIUS
MAGNUS.

S. GREGORIUS
MAGNUS.

S. IERONIMUS.

VIUO A S. VICTORE. 50. Prius anima curetur, postea corpus sanetur : propter enim correctionem animae infirmitas est corpus : ideo ad sanitatem corporis obtinendam, prius curanda est anima : et si forte corpus ad pristinam sospitatem conualescat, nihil periculi est, si tantum anima suam sanitatem recuperit. Lib. 2 de Sacram., part. 10, cap. 3.

RUOCCARD. 51. Nihil adeo sanitatem impedit, quam remedium crebra mutatio. Super Hierem., cap. XXXVIII.

S. INNOCENTII. 52. Differitur aliquando curatio, ne egrotus putet se non medici virtute, sed natura vigore, vel medicoritate aegritudinis sanatum, et sic vilipendat medicum, et perripendat languorem. Prosee.

53. Ex difficultate curationis magis cavetur infirmitas : quia quod facile sanatur, non multum curatur : et ideo differitur curatio aegritudinis, ut diligenter sit custodita sanitas. Super Psalm. IV, vers. 3.

S. FRANCIS CRYSTOST. 54. Qui post curam curatus est, sanitatis possidet donum. Homil. 2 de Lapso primi hom.

S. NEEES. 55. Si laeger fuerit, corpus cura, ut sanitatem adipiscatur, non ut deliciis enervetur. Parvnes. 72.

S. PETRUS DAMIANUS. 56. Inoculitatem postquam semel adeptus fueris, pervigili satage solertia custodire; nam nulla peior est, quam recidiva febris. Opuse. 44, cap. 43.

PHILO IUD. 57. Nostris corporibus infectum morbus, inoculitatem affert sanitas. De Temulent.

58. Sanitas incerta est, et infirmitatibus obnoxia. De Joseph.

59. Dulcior fit salus, cum dolor exercuit : et sanitas amissa dulcedinem languoris amaritudine commendat. Lib. 2 de Vita contemplativa, cap. 19.

FRUDENT. 60. Non est amarum, quo reformatur salus. In Peristephano, de Hypono Homani mart., vers. 563.

SALVIANUS. 61. Mihi quoddam sanitatis esse videtur, hominem interitum non esse sanum. Epist. 5, ad Culturam sororem.

S. VALER. EPISCOPUS. 62. Maxima spes est recuperanda salutis, fontem nosse languoris. Homil. 20, de Avarit.

PLATO. 63. Sanitas res est majoris pretii, quam opes aegroti, et diiores sunt sani aegrotis. Prosee.

64. Nemo enim est, qui non preferat sanitatem, cum modici argenti possessione, magni Regis opibus cum aegritudine. Sisygia 6, in Dialogo de Divitiis.

SENECA. 65. Nulla dura videtur curatio, cuius salutaris effectus est. Lib. 1 de Ira, cap. 5.

66. Difficilis ad salutem recursus est. Ibid., cap. 8.

67. Nihil esse enigmatum tam pretiosum potest, quod non salute nisi consummatum velit. Lib. 1 de Clement., cap. 10.

68. Hanc sanam et sobriam formam vite teneto, ut corpori tantum indulgeas, quantum homine valetudini satis est. Epist. 8.

69. Non est bona valetudo, mediocritas morbi. Epist. 85.

Vide etiam tit. Cura, sent. 42; Dolor, sent. 46; Maledictio, sent. 31; Medicina, sent. 45, 46; Pulchritudo, sent. 65; Satus animae, sent. 32; Voluntatis Dei, sent. 2.

SANCTITAS

Ethymologia. Non est dubium a sanctiando sanctitatem vocari. De fide et symbolo, cap. 9.

Sanctus idem est quod *ἅγιος* graeco, ab *α* quod est anima, et *γι* quod est terra, id est, sine terra. Super Iai., cap. 35, super Psalm. LXX.

Sanctitas est ab omni solvere libera perfectaque; ac omni ex parte incontaminata puritas. De Divina nomina., cap. 18.

Sanctitas est, sancterrenitate et carnalitate vivere. Super Psalm. CXXVI.

Sanctitas est scientia colendorum. Lib. 1 de Natura Deorum, num. 116.

Sanctum est illud, quod Deo gratum, iucundumque est. Sisygia in Dialogo de Sancto.

Sanctimonia est evitatio peccatorum, et honoris Dei secundum naturam cultus. Sisygia 6, de Defect.

Sanctitas est cultus Dei, placens Deo. Ibid.

Divisio. Sanctum accipitur duobus modis : alligando enim est sanctum idem quod purum, aliquando sanctum res dicitur ad cultum Dei consecrata. Opuse. 9, de Decem preceptis, de Tertio precepto, verbo Memeto.

Differentia. Inter sanctitatem et immaculatam hoc interest, quod sanctus, et immaculatus quoque intelligi potest : immaculatus vero, non statim est sanctus. Lib. 1 super Epist. ad Ephes., cap. 1, in illud : *Ut essetis sancti et immaculati.*

SENTENTIAE PATRUM.

1. Sanctorum quo majora merita, eo tutiora patrocinia sunt. Lib. 10, epist. 85, ad Sororem suam.

2. Sancti in eandem quadammodo consentiant, cum eos amor divinus ad coelestia contemplanda elevat : cadunt in terram cum eos amor proximorum ad ima retrahit. Super Apocal., cap. viii, in illud : *Et cecidit de caelo illa ardens.*

3. Melius est siliere, quam gesta sanctorum mendaciter proferre. Ibid., cap. XXI.

4. Valde difficilis est intra saecularis per liberam voluntatem, quam intra claustrum monacho-

rum sub disciplina, custodire vite sanctitatem. Epist. 1 ad Helianthum invecutum suum.

S. ANTONIO. 5. Non loca, sed vita et mores sanctorum faciunt Part. 1, tit. 15, cap. 21, § 7.

6. Sanctitas loci ordinatur ad sanctitatem hominis. Part. 1, tit. 15, cap. 21, § 1.

7. Nec somnus sanctorum vacat a merito. Part. 4, tit. 9, cap. 1, § 2.

S. ANTONIUS ABBAS. 8. Non potest haereditatem capere quisquam sine sanctitate. Epist. 2, ad Fratres.

S. ANTONIUS DE PADUA. 9. In sancte vite excellentia, tria requiruntur : ut sit constans in se, contemplans ad Deum, illuminans proximum. Serm. de Transfigurata.

S. AUGUST. 10. Ille iuste et sancte vivit, qui rerum integer aestimator est. Lib. 1 de Doctr. christ., cap. 27.

11. Nullus sanctus et iustus caret peccato, nec tamen ex hoc desinit esse iustus vel sanctus, cum affectu toneat sanctitatem. De Ecclesiasticis dogmatibus, cap. 86.

12. Ista sunt quae sanctitatis causa servanda sunt, pudicitia corporis, et castitas animae, et veritas doctrine. De Mendacio, cap. 10.

13. Locus non facit sanctos, sed operatio bona locum sanctificabit et nos. Serm. 27 ad Frat. in eremo.

14. Tu os sanctus et sanctificans, non enim est sanctus propter te, qui nemo sit nisi abs te. Lib. 17 de Civit. Dei, cap. 4.

15. Deviat a via veritatis, qui negat a Christo custodiri sanctos. Contra serm. Arianos., cap. 32.

16. Non amant sancti suos doctores, si suorum sociorum eos invenierint desertores. Lib. 3 contra Falsit.

17. Omnequae in facis sanctorum elucent documenta iustitiae, nullas vel imperitorum dubitat debuisse concessi. Ibid., lib. 22, cap. 26.

18. Impugnabilia ligna sancti sunt. Tract. 6 super Iohann.

19. Dillectio sanctos discernit a mundo. Ibid., tract. 76.

S. BRIDA. 20. Duplex peccati reatus est, et non esse sanctorum quod crederis, et simulare quod sanctus sis. In suis Pron., verbo Duplicita.

S. BERNARD. 21. Tres sunt sanctorum status animatum : primus in corpore corruptibili, secundus sine corpore, tertius in beatitudine consummata. Serm. 3 Omnium Sanctorum.

22. Pretiosa est mors sanctorum, pretiosa plane, tanquam finis laborum, tanquam victoriae consummatio, tanquam vite janua et perfectae securitatis ingressus. Serm. in Trans. S. Malactae.

23. Tria sunt quae sanctum faciunt hominem : victus sobrius, actus iustus, sensus pius. Serm. 25 de Parvis serm. in principio.

S. ANSELM.

24. Tria sunt quae mortem sanctorum faciunt pretiosam : quies a labore, gaudium de novitate, securitas de sterilitate. Ibid.

25. Triformis est sanctorum dolor, quia ceciderunt de paradiso, quia tenentur in exilio, quia differuntur a regno. In suis Sententiis, verbo Triformis.

26. Si sanctus non es, esto : sanctum facit affectio sancta. Lib. 5 de Consid. ad Eugen. Pap.

27. Sanctitas facit hominem deformem. Serm. 2 in Hexamen.

28. Tria sunt quae faciunt hominem sanctum : victus sobrius, sensus pius, actus iustus. Super Psalm. CL.

29. Iste virtutes, scilicet humilitas, charitas, mansuetudo, devotio, largitas, sobrietas, castitas, sunt veram sanctum, et qui habet eas, sanctus est. Lib. 1 de Praefatu relig., cap. 6.

30. Ipsi sunt sancti, qui Deo largiente, ejus imitatores esse meruerunt. Super Psalm. CL, vers. 4.

31. Nullus velit dici sanctus, antequam sit : s. CLEMENS sed prius sit, ut verus dicatur. Epist. 1. PAPA.

32. Duo faciunt hominem sanctum, videlicet, s. EDMUND. cognitio et amor : cognitio veritatis, et amor bonitatis. In Speculo eccles., cap. 3.

33. Nemo sanctorum medicina Christi non indigni. In Respons. ad Paulum. s. GAUDENT.

34. Plus valet unus sanctus orando, quam innumerati peccatores preliando. Super Num., cap. xxxi. GLOSS. GRÆ.

35. Qui non sanctitatis habitum tenent, perfectionis meritum exequi non valent. Lib. 31 Moral., cap. 8. s. GREGORIUS MAGNUS.

36. Probatio sanctitatis non est signa facere, sed unumquemque ut se diligere, de Deo vera cognoscere, de proximo vero meliora, quam de seipso sentire. Ibid., lib. 20, cap. 9.

37. Sunt nonnulli, qui dum presentis mundi gloriam ejusdem mundi actionibus adipisci non possunt, speciem sanctitatis appetunt. Ibid., cap. 15, num. 13.

38. Pierunque quem sanctorum bonis actio ostentat, oborta terreni commotio occipit examinat. Ibid.

39. Non penam facit sanctos, sed iustitia. Super Apocal., cap. 1, in illud : *Quae dicitur Patmos.* HAYDO.

40. Sanctus securus esse non debet, quando in huius vite agone versatur. Epist. 44, ad Celsatium. s. HIERON.

41. Nihil sanctorum severitate iucundum, nihil suavitate tristius, nihil tristitia suavis. Epist. 15, ad Marcellam.

42. Sancta magis esse, quam videri, studo: quia nihil prodest estimari quod non sis, et duplicis peccati reatus est, non habere quod credatur, et quod non habeas simulare. Epist. 34, ad Maurinū filium.

43. Utinamque sanctitas est, ibi habitaculum Dei est. Super Psal. LXXI, vers. 8: Deus in loco sancto suo.

44. Sanctitas voluntate et studio comparatur. Lib. 1 super Epist. ad Ephes., cap. 1, in illud: Ut creemus sancti.

45. Nemo sine Christo sanctus est. Super Epist. ad Philipp.

46. Sanctitas mentis et corporis sine sobrietate difficile custoditur. Super 1 ad Timoth., cap. 11.

47. Non sanctorum filii sunt, qui tenent loca sanctorum, sed qui exercent opera eorum. Itab. in Decretis Gratiani, part. 4, dist. 40, can. Non est.

48. Iustum est, ubi sancti sunt, ut alios ad sanctitatem invitent, et eam precipiant. Super Levit., cap. 23.

49. Sanctum aut imitari debet quisque, si laudat: aut laudare non debet, si imitari detestatur: et qui alium laudat, se laudabilem prestat. Prose.

50. Qui sanctorum merita admiratur, mirabilis ipse vite sanctitate roddatur. Serm. super illud Sap. 11: Iustorum ovinum.

51. Medulla huius mundi sunt homines sancti sicut medulla quando in arbore fuerit sana, semper floret: sic quando sunt sancti, stat isle mundus. Homil. 4 super Math. Oper. imperf.

52. Ectellū ad fastigium sanctitatis non acquiescat, quia nemo extollit se ad sanctitatis altitudinem, nisi discente humilitate. Prose.

53. Si times ruinam de fastigio sanctitatis, fuge exaltationem cordis ad sanctitatem, et non patieris ruinam de fastigio sanctitatis. Ibid., homil. 5.

54. Sanctorum virorum est, non ibi querere mansionem, ubi clarioris sunt viri, sed ubi fideliores: nec gaudent ubi epulis largis sunt, sed ubi sanctitas floret. Ibid., homil. 38.

55. Vis appropere sanctus? circa vitam tuam celo austerus, circa alienum autem benignus: audiant homines te parva mandantem, et grandia videntem facientem. Ibid., homil. 43.

56. Que iustitia est ista, sanctos colere et contemnere sanctitatem? sine carnis iustis honorat, qui iustitiam spernit. Ibid., homil. 45.

57. Primos gradus pietatis est sanctitatem diligere, deinde sanctos: quia sancti ante sanctitatem, non fuerunt, sed sanctitas ante sanctos. Ibid.

58. Sanctus est, qui fidei consortis est, et vitam habet irreprehensibilem. Serm. 1 super Epist. ad Ephes.

59. Sanctimonia proprie excellens dicitur, mentis castitas. Homil. 4 super 1 Thes.

60. Sancti omnes sunt, qui fidem rectam sanctitali vite conjunctam habent: ista signa illi non faciunt, neque ejectione demones, sancti sunt. Homil. 11 super 1 Timoth.

61. Memoria sanctorum, animam malis oppressam excitat et recreat. Homil. 28 super Epist. ad Hebr.

62. Sicut in aeterna, cum est rotunda, nihil invanitas quod non videatur esse initium aut finis: sic inter sanctos, quantum ad tempus in illo seculo, nemo novissimus dicitur, nemo primus. Homil. 34 super Math. Oper. imperf.

63. Sanctum est quod dolo caret ac simulatione. Homil. 34 super 1 Cor.

64. Praedarum quidem est labores sanctorum admirari: imitari vero insulata, salutem prestat. Grati. 4.

65. In christiana religione ille sanctorum est, qui et humilior: et humilior, qui sanctorum. Serm. de Humilitate, consid. 4.

66. Nemo sanctus velius quis: nisi enim gratia Dei hominis obedientiam dirigit, ad sanctitatis regulam non appropinquat. Prose.

67. Grata igitur Dei bonae voluntatis assensu, perficitur sanctitatem. Lib. 3 de Vir. Ilustre. Ord. S. Benedicti, cap. 137.

68. Nisi mores sanctorum sanctos imitari stragemus, de illorum sanctitate frustra gloriamur. Ibid.

69. Frustra sibi de nomine sanctitatis blanditur, qui opera non facit sanctorum. In cap. 2 Regul. S. Benedicti.

70. Sanctitas elationem non sustinet: nec potest dici sanctus, qui de sanctitate gloriatur. Ibid., in cap. 4, verbo Debetur.

71. Insuper sanctitatis est, si in qui honore colitur, sancti Spiritus testimonio iustis comprobatur. Orat. 9 in Convectu abbat. habita.

72. Sancti in hoc mundo tabernaculum non est, quibus patria et domus in celo est. Lib. 3 de Summo bono, cap. 16, sent. 4.

73. Novem omnis sanctus, se alterius non preponere sanctitati. Ibid., cap. 19, sent. 3.

74. Nemo tam sanctus, ut non sanctorum debeat esse. Serm. 11 Quinquagesimae.

75. Nemo fidelis, sine bonis operibus, aut est, aut esse potest sanctus. In Apolog. pro Theodoro, cap. 3.

76. Si quis seipsum devoverit Deo, si nullis se negotiis secularibus implicaverit, si separatus est

et segregatus a reliquis hominum carnaliter viventibus, non querens ea quae super terram, sed quae in caelis sunt, iste merito sanctus appellatur. Prose.

77. Cum enim permixtus est turbis, et in multitudine fluctantium volatur, non vacat soli Deo, neque segregatus a vulgo est, non potest esse sanctus. Homil. 2 in cap. xx Lucei.

78. Unusquisque nostrum qui vult esse sanctus, consecrari debet Deo, et nullis postea negotiis, vel actibus, qui ad Deum minime pertinent, occupari. Ibid.

79. Qui peccat, exit de sanctis, non enim in loco sancta quaerenda sunt: sed in actibus et vita ac moribus. Prose.

80. Quae si secundum Deum sint, et secundum preceptum Dei habeantur, etiam in domo sis, etiam in foro, et quid dico in foro? etiam in theatro inveniaris verbo Dei deserviens, in sanctis te esse non dubites. Ibid., homil. 42 in cap. xxx.

81. Non est utilis sanctimonia, nisi finiatur cum vita: finis enim, non pugna, caronit. Serm. 9 de Purificat.

82. Dominum non amaro convinditur, qui sanctos eius, quae potest devotione, non venerantur: in devotio enim est capiti qui membris eius ingratis extiterit. Serm. 38, Quae Sanctorum.

83. Alios sanctitate precedas: felix illa anima, quae alius forma est sanctitatis. Tract. de Inst. episcopi.

84. Ille in oculis gerit albuginem, qui de se sanctitatis habet opinionem. Lib. 2, epist. 12, ad Denderium abbat.

85. Sanctorum omnium multitudo de Christo, quem abinet factum fundamentum, consendere salvagunt excois virtutum. Ibid.

86. Perquam accidit, ut sanctus inter peccatores laesit, et famam sancti obtineat peccator. Lib. 2 de Vita contemplativa, cap. 7.

87. Praesens vita sanctorum, quamvis gratia floreat, quamvis moribus inteat, non est in splendore, quia nondum exempta est a corruptione. Super Psal. cxx, vers. 4.

88. Quicumque sancto vivendo sanctus est, Deum portat in mentis sua, ad cuius imaginem est factus in anima. Super 1 Cor., cap. vi, can. 20.

89. Dicitur homo in qualescunque sanctitatis celsitudine sit, semper morum ruinam timere. Part. 1, lib. 2, de Erud. Aom. infar., cap. 4.

90. Sancti viri infirmiores se esse faciunt: quis si fortis fuerit, sanctus esse vix postulat. Lib. de Eubena. Dei.

91. Glorise mater est sanctitas. Super Psal. cxxix, vers. ult.

THEOPHYLACTUS.

THEODAS A. PEMPIS.

SENTENTIA PAGANORUM.

CICERO.

PLATO.

PLINIIUS II.

S. AMBROS.

S. AUGUST.

S. HIERON.

S. BOSAV.

UNIVERSITATIS SIDMONTIS

UNIVERSITATIS SIDMONTIS

PETRUS BLESENS.

S. PETRUS DAM.

S. THOMAS AQUINAS.

S. THOMAS AQUINAS.

ORIGENES.

S. JOANNES
GERSOVIC.

7. Hic sanguis effusus, omnem terrarum orbem abluat. Hic est salus animarum nostrarum, hoc abluat animas, hoc adornatur, hoc inflammatur.

8. Hic mentem nostram igne reddit splendidiorem, hic auro clariorem animam facit.

9. Hic sanguis effusus est, et eorum facit accessibile, horrenda scilicet Ecclesie mysteria, honorandum altare. Homil. 61 ad Popul. Antioch.

10. Sanguis Christi terrarum orbem est pretium: hoc Christus emit Ecclesiam, hoc eam omnem adornavit. Prover.

11. Sicut enim homines servos emenda, vitum erogat, et vitum eos ornare volens, id vitum facit: sic et Christus et sanguine nos sanat et ornavit sapientia. Ibid.

12. Sicut mulier affectionis natura cogente, genitum alere sui lacte foecunditate fecerat: sic et Christus, quos ipse regenerat, suo sanguine semper nutrit. Homil. ad Neoplytos.

S. LAURENTIUS
JUSTINUS.

13. Nullum adeo est grave peccatum, quod Christi sanguine non deleatur. Prover.

14. Si autem crucifixum velis abolevit sacrosancta Domini passio, quis dubitat quin aliorum valeat auferre delicta? De Discipul. monach. conversat., cap. 12.

S. THOMAS
AQUINAS.

15. Christus sua passione fecit balneum in sanguine suo, quo peccatores lavaret. Opusc. 6 super Symbol. Apost., art. 4.

16. Aperto latere Christi, aperta est janua paradisi: et luso sanguine ejus deleta est macula, placatus est Deus, ablata est debilitas, exorta est poena, exules revocantur ad regnum. Ibid. SENTENTIE PAGANORUM.

SENECA.

17. Volo iniuriis prelia sanguinis animarum vestrarum. Lib. 7 de Benef., cap. 9.

Vide etiam tit. Medicina, sent. 89; Relectio humana, sent. 1, 3, 6, 10, 15, 18, 20, 25, 26, 27, 32, 33, 37, 39, 40, 42, 43, 44, 45, 49, 60, 63, 66, 72, 73, 77, 95, 98, 100, 104, 106, 108, 109, 110, 111.

SAPIENTIA IN GENERE.

S. ISIDORUS
HISP.

Etymologia. Sapiens dicitur est a sapore: quia sicut gustus aptus est ad discretionem saporis ciborum; sic sapiens ad discernentiam rerum alique causarum. Lib. 10 Etymolog., verbo Sapiens.

HUGO A. S.
VICTORE.

Sapiens a sapiendo dicitur; non ille qui saporis palato oris percipit, sed ille qui veritatem iudicio mentis comprehendit. Super Psalm. xxxvii, cap. 16.

HUGO CARD.

Sapientia est quasi sapida scientia. Super Ecclesiast., cap. vi.

S. AUGUSTINUS.

Definitio. Sapientia nihil est aliud, quam modus

animi, hoc est, quo sese animus librat, ut neque infra quam plenum est, coarctetur. De Beata vita, disput. 3.

Sapientia est intelligentia vel ad hominum, rectumque faciendam: vel abstinentia ditorum, factorumque improborum. De Divin. inst., lib. 5, de Justitia, cap. 18.

Sapientia est divinarum rerum cognitio. 2, 9, quest. 45. art. 4, argum. 2.

Sapientia est rerum divinarum, et humanarum scientia. Lib. 4 Theol. quest., num. 57.

Sapientia est scientia, quae rerum causas speculatur. Strygia 6, de Definit.

Divisio. Est sapientia terrena, animalis, diabolica. In quantum est cum affluentia temporum, terrena est; in quantum est cum delectatione nefaria, animalis est; in quantum est cum anhelatione superbia, diabolica est. Serm. 2 in Anacorete.

Differentia. Aliud est communiter sapere, aliud esse perfecte: qui communiter sapit, pro temporibus sapit: qui perfecte sapit, necesse sua spectare commoda. Lib. 3 Officior., cap. 2.

Sapientia humana consistit, hoc est, addiscitur: Domini autem sapientia non assuta est, non quesita. Serm. 3.

Hæc est sapientia et scientia recta distinctio, ut ad sapientiam pertinet æternarum rerum cognitio intellectualis: ad scientiam vero temporalium rerum cognitio rationalis. Lib. 12 de Trin., cap. 15.

Multum interest inter sapientiam et philosophiam: sapientia perfectum bonum est mentis humana; philosophia sapientie amor est, et affectio. Epist. 89.

Comparatio. Sicut qui thesaurus effudit, efficit ruderem terræ, et facit in altum foream, sedulo insisit labori, donec ad thesauros quos querit attingat: sic qui thesaurus sapientie invenire desiderat, quidquid sibi terrenum inesseprehenderit, expurgat, fossam in se humilitatis faciat, nec quiescat donec inveniat. Lib. 1 Prover., cap. 2, in illud: Sicut thesaurus opulentiæ.

Sicut sol oculorum, sic sapientia lumen est cordis. De Divin. instit., lib. 2, de Origine erroris, cap. 8.

SENTENTIE PATRUM.

1. Quanto excelsior virtus est sapientia, tanto magis nitendum est nobis, ut esseque eam possimus. Lib. 1 Offic., cap. 26.

2. Omnis sapiens liber est, omnis autem insipiens servus. Lib. 2, epist. 7, ad Simplicitatem.

3. Sapiens non metu frangitur, non potestate mutatur, non attollitur prosperis, non tristibus moritur. Prover.

LACTANTIUS.

CICERO.

PLATO.

S. BONAV.

S. AMBROS.

S. AUGUSTINUS.

SENECA.

S. AMBROS.

LACTANTIUS.

S. AMBROS.

4. Ubi sapientia, ibi virtus animi, ibi constantia, ibi fortitudo.

5. Sapiens idem est animo, non minuitur, non angelus rerum mutationibus: nec ut parvulus fluctat, ut circumferatur omni vento. Ibid.

6. Sapiens defectus rerum ignorat, et varium animum nescit. Ibid.

7. Sapiens manus perfectus in Christo, fundatus charitate, radicatus fide. Ibid.

8. Quocumque accesserit sapiens, ubique civis est, ubique sua omnia intelligit: nusquam se peregrinum, nusquam se hospitem judicat. Lib. 6, epist. 42, ad Sabinum.

9. Sapiens sis tibi, et nihil deest tibi ad sapientiam: sin autem tibi non fueris, nulli eris: nam si sapiens fueris, tibi metipsi eris. Serm. 3, Dom. 3, post Pascha.

10. Beata illa domus, quam vapor sapientie afficit, in ipsa ipse sapientia requiescit. Serm. Dom. 10, post Trinit.

11. Venite mortales ad studium sapientie, magnus hic fructus est: quid enim homini sapientia charius? venite igitur, ut sapientes sitis. Lib. 3, contra Academicos, cap. 9.

12. Major et miserabilior egestas nulla est, quam egere sapientia, et qui sapientia non eget, nulla re omnino egere potest. De Beata vita, disput. 3 diei.

13. Si sapientia non totis animi viribus concupiscatur, inveniri nullo pacto potest. De Mortuis Eccles., cap. 17.

14. Nemo recte sapit, nisi acceperit spiritum sapientie. Epist. 105, ad Sertum.

15. Melius est sapientiam mercari, quam auri et argenti thesaurus: pretiosior est enim lapidibus optimis. Contra Admanium, cap. 19.

16. Aliquid aliter sapere quam se res habet, humana tentatio est: nimis autem amando sententiam suam, vel invidendo maioribus usque ad sacrilegium perentio, diabolica presumptio est: in nullo autem aliter sapere quam res se habet, angelica perfectio est. Lib. 2, de Dignitate, cap. 5.

17. Multi sunt, qui dicta sapientia studiosissima inquirunt, eamque in doctrina, non in vita volunt habere: ut non per moras, quos jubet sapientia, perveniant ad Dei lucem, quod est ipsa sapientia, sed per sermones, quos habet sapientia, perveniant ad hominum laudes, quod est vana gloria. Super Psalm. cxviii, conc. 29.

18. Non invenit locum sapientia, ubi non est patientia. De Verbis Apostoli, serm. 4.

19. Qui sine vera sapientia æstimat se sapientem fieri posse, non sapiens, sed stultus est. Hab. in Decret. Gratiani, part. 2, causa 26, quest. 2, can. Qui sine.

Tom. IV.

20. Ego similis, cum sapiens fuero. Lib. 2, contra Academicos, cap. 3.

21. Est sine dubitatione monstruosius, sapientem non approbare sapientiam, quam sapientium nescire sapientiam. Ibid., cap. 14.

22. Homo ordinatus, sapiens est. Lib. 1, de Lib. arbit., cap. 9.

23. Infans nec stultus, nec sapiens est. Ibid., lib. 3, cap. 24.

24. Sapiens peccat, si se avertit a sapientia. Ibid.

25. Sapientia est via recta, quæ ad veritatem ducit. Lib. 1, contra Academicos, cap. 5.

26. Homo intelligit sapientiam, et non est melior quam ipsa sapientia. Lib. 2 de Lib. arb., cap. 5.

27. Omne quod sapiens sit, non potest recte dici a sapientia esse separatum. Ibid., cap. 10.

28. Docti quanto remotiores sunt a labæ terrena, tanto magis sapientiam continent. Ibid., cap. 11.

29. Sapientia omnes amatores suos nullo modo sibi invidios recipit, et omnibus communis est, et singulis casta. Ibid., cap. 14.

30. Sapientia non est ab illo qui illuminat, sed ab illo qui illuminatur. Ibid., lib. 3, cap. 24.

31. Sapientia et stultitia, sunt sicut cibi utiles, et inutilis. Lib. 12, Cont., cap. 15.

32. Non injusta pena est post peccatum, inclusum esse aditum ad sapientiam. Lib. 2, de Gen. contra Manich., cap. 22.

33. Virtus ad operationem, sapientia vero ad disciplinam pertinet. De Morib. Eccles., cap. 16.

34. Sapientia si ita queratur ut dignum est, subtrahere esse, atque abscondere a suis dilectoribus non potest. Ibid., cap. 17.

35. Si duo sunt sapientes, quorum sit alter corpore grandior, neuter sapientior est. Epist. 57, quest. 1.

36. Homo sapiens esse debet, si est ut maneat, si nondum est ut fiat: Deus autem sapiens non esse debet, sed est. Epist. 101.

37. Sapientia quos primo alligaverit, colit postea; liberatque sese donat ad fruendum: et quos primo temporalibus nexibus erraverit, post æternis amplectitur alligat. Epist. 39.

38. Sapiens mens, id est, adepta sapientiam, antequam adipisceretur non erat sapiens. Lib. 1, de Doctr. christ., cap. 8.

39. Sicut nemo a seipso esse potest, ita etiam nemo a seipso sapiens esse potest, sed a Deo. In Enchirid., cap. 4.

40. Sapientia sine eloquentia parum prodest, eloquentia vero sine sapientia est. Lib. 4, de Doctr. christ., cap. 5.

41. Multi putant lumine suo fulgere animas, cum sapientes sunt. *Annot. in Job, cap. 37.*

42. Sapientia est solidus cibus post nutrimentum lactis. *Ibid., cap. 39.*

43. Deus veritas est: nec ullo pacto sapiens quisquam est, si non veritatem mente couingat. *De Trinit. coel., esp. 15.*

44. Quia bonum est sapientia, nemo dubitat quod bonum sui capacem esse sapientia. *de Nat. hom., cap. 48.*

45. Caret stultus sapientia, non igitur novit sapientiam: non enim oculis eam possit videre. *De Util. cred., cap. 13.*

46. Rationales animae de sapientia vivunt, quoniam mors est insipientia. *Lib. 1. contra Advers. levis, cap. 15.*

47. Perfecto sapiens eris, si te non esse credideris: atque ut sis, ah illo qui fecit sapientes, pio, suppliciter, instanterque poposceris. *Lib. 3. de Anima et ejus orig., cap. 1.*

48. Homines percipere possunt sapientiam, si se illius luci et calor admoverint: et amittere possunt, si inde malo affectu recesserint. *Tract. 2, super Joan.*

49. Mors nostra nisi veritatis lumine radictur, ad sapientiam non poterit venire. *Ibid., tract. 35.*

50. Si dicendo te esse sapientem, stultus factus es, de te otium, et sapiens eris: sed dic, dic, et intus dicit. *Serm. 8, de Verb. Dom. super illud: Math. xi: Et revelati es parvulis.*

51. Ut qui morbo laborant, medicinae auxilio indigent: sic stulti, sapientia opus habent. *Homil. in princ. Proverb. lib. apud D. Joan. Damasc. lib. 1 Parall., cap. 24.*

52. Quis in via mortum, seu rerum notitia errare timebit duce sapientia? *Setm ad Milites teatph., cap. 11.*

53. Quomodo dixerim in sapientia consummationem, quem video nec initiatum? *Serm. 36, de Parvis sermone.*

54. Sol non omnes, quibus lucet, etiam calefacit: sic sapientia multos quos docet quid sit facienda, non continuo etiam accendit ad faciendum. *Serm. 23, super Cant.*

55. Sapientiae otia, negotia sunt: et quo otiosior sapientia, eo exercitator in genere suo. *Ibid., serm. 85.*

56. Elsi sapiens alius sis, deest tibi sapientia, si tibi non fueris sapiens. *Lib. 2, de Consid. ad Eugen. Pap.*

57. Sapientia mundi terrena est: animalis, diabolica, inimica salutis, suffocatrix vite, mater tepiditatis, quae solet Deo vomitum provocare. *In Declamat.*

58. Nulla virtus nec angelica, nec humana

tantum fertilitat, ut sapientia. *Serm. 2, in Hexam.*

59. Sapiens ille est, qui humilis et mitis est. *S. CYPRIAN. lib. apud Bedam, in Scintillae, cap. 13.*

60. Solut sapiens liber ac princeps est, etiamsi aliqui sexcentes corporis dominos habeat. *lib. apud D. Joan. Damasc., lib. 3 Parall., cap. 73.*

61. Si quis veram sapientiam velit acquirere, seipsum stultum reputet, saltem in se, quia ex seipso non habet, nisi ignorantiae tenebras: nec eripiat in mundo sapiens reputari, sed amet ut sciri. *Super 1 ad Cor., cap. m, art. 3.*

62. Sanna sapientia est, bona opera facere bene se custodire, et iudicia Dei considerare. *In suis Opus., oraculo 25.*

63. Sapientia mundana, terrena est, animalis, et diabolica. *Super Math., cap. v.*

64. Quanto magis quis sapientiam de divina assequitur, eo magis vitis subjacere indignatur, et potius esse a virtutibus, quas requirit. *Super Ecclesiasten, cap. 1.*

65. Humana sapientia quanto contra Deum se erigit, tanto veritate superente coram omnibus erubescit. *Super Hierem., cap. xxvii.*

66. Ne sis sapiens tibi soli: proliferare debes, et alios tecum docere. *Super Daniel, cap. 2.*

67. Ad veram sapientiam venire non possunt, qui false suo sapientiae fiducia desipiunt. *Lib. 43 Moral., cap. 14.*

68. Valde difficilis est, ut is qui se sapientem aestimat, mentem ad humilitatem reducat. *Ibid., lib. 46, cap. 27, super illud Rom. xii: Non plus sapere quam oportet.*

69. Sapientia hujus mundi infidelis est, quia mensura post mortem non est. *Ibid., lib. 31, cap. 20.*

70. Nullus sapientiam plene recipit, nisi qui ab omni se abstractore actionum, carnalium fluctatione contendit. *Ibid., lib. 48, cap. 25.*

71. Qui divina sapiunt, supra homines sunt. *Ibid., cap. 28.*

72. Minor est sapientia, si intellectu caret: et valde inutilis intellectus est, si ex sapientia non subsistat. *Ibid., lib. 1, cap. 16.*

73. Sapientia ad auxiliandum, majora pericula potest in civitate, quam acies potentissimorum virorum. *Super Ecclesiasten, cap. vi.*

74. Sapientiam auxilium in civitate plus est, quam potentissimorum hominum acies. *Prose.*

75. Sapientia tanti facio atque pretio, ut parvam etiam civitatem a paucis habitantem, atque adeo a magno rege cum exercitu circumcessam, magnam et frequentem existimem, si vel pauperem unum sapientem virum civem habeat. *Super Ecclesiasten, cap. vii.*

S. CYPRIAN.

DIVVS. ALEX.

DIONYSIVS. CARTIVS.

S. FRANCIS. ASSISIENS.

GLOSS. ORD.

GLOSS. INT.

HUGO A S. VICTORIS.

S. GREGORIUS. MAGNVS.

S. GREGORIUS. NAZ.

S. GREGORIUS. THAUMAT.

76. Sapientia ferro etiam ipso fortior est. *Ibid., cap. 9.*

77. Sapientia vera non est in foliis, ac flore verborum: sed in medullis ac fructibus sensuum, quo non aurem praetervolat, sed animum reficit. *Lib. 1, super Isaiam, cap. 55, super illud: Omnes sicutentes, venite ad aquas.*

78. Nihil magis ad spem percipiendae sapientiam mentes erigit, quam cum eos in sapientia jam clare miramur, aliquando parvulos et indoctos fuisse utomimus. *Lib. 1 Proe., cap. 4.*

79. Quamlibet simplex quisque sit et rusticus, qui arcana sapientiae comprehendere nequirit, si tamen sapientium exempla imitatur, jure inter sapientes ammorabitur. *Ibid., lib. 2, cap. 13, super illud: Qui cum sapientibus graditur.*

80. Curu nulli sint, qui sapientiam repraesentant, difficile invenitur, qui discernere quae vitium sapientem ab his qui videntur esse sapientes. *Super Ecclesiasten, cap. viii, super illud: Quis ita ut sapiens?*

81. Sapientia illuminat, stultitia excecatur. *Homil. 10, super Ecclesiasten.*

82. Ubi sapientia semper est, semper lux est: et ubi sapientia non semper est, tantum lux est quantum sapientia est: et ubi sapientia nunquam est, nunquam lux est. *Ibid.*

83. Ille sapit secundum mensuram fidei, qui nil sapit, nisi quod credit esse sapiendum. *In Annot. super Epist. ad Rom. in illud: Non plus sapere.*

84. Sapientia habitare nescit, nisi in corde pacifico, et amor illi, in quibus adhuc terrena desideria perstreperant, quo sit sapientia non novetur. *Lib. 3, de Arca Noe morali, cap. 1.*

85. Si Christus est sapientia, qui sapientiam pro humana laude quaerit, similis esse convincitur proditori Judae, qui Christum vendidit. *Ibid., cap. 6.*

86. Sapientia, per timorem seminatur, per gratiam rigatur, per dolorem moeritur, per fidem radicitur, per compunctionem oritur. *Ibid.*

87. Omnium expetendorum prima est sapientia, in qua perfecti boni forma consistit. *Lib. 4 Didace., cap. 2.*

88. Summum in vita solamen, et studium sapientiae: quem qui invenit, felix est: et qui possidet, beatus. *Ibid.*

89. Amor sapientiae, etiam marcescente corpore, dilectorem sui non deserit. *Lib. 3 Didace., cap. 15.*

90. Vera sapientia semper virtutem habet comitantem, quia hoc magis appetit scire quod magis expetit esse. *Lib. 4 Miscellan., codic. 1, tit. 43.*

91. Mundana sapientia meretrix est. *Super Proe., esp. xxii.*

S. CYPRIAN.

S. HIERON.

DIVVS. ALEX.

DIONYSIVS. CARTIVS.

S. FRANCIS. ASSISIENS.

GLOSS. ORD.

GLOSS. INT.

HUGO A S. VICTORIS.

S. GREGORIUS. MAGNVS.

S. GREGORIUS. NAZ.

S. GREGORIUS. THAUMAT.

92. Nihil perniciosius, quam sapientem se reputare, hoc est motus et evectio humilitatis. *Ibid., cap. xxvi.*

93. Non est major stultitia, quam quod homo sibi sapiens esse videatur. *Ibid., cap. xxviii.*

94. Quinque modis sapientia conspicitur: quidam distunt, ut sciant, quod est curiositas; quidam, ut sciunt appereant, quod est vanitas; alii, ut vendant et lucrulentur, quod est avaritia; alii, ut alios adhaerant, quod est laudatitia; alii, ut edificentur, quod est pia humilitas. Tres superiores sine fructu in commiscendo abundant: hi colligunt manna, sed putrescit in ore eorum. Duo posteriores fructum metunt. *Lib. 4 Miscellan., codic. 2, tit. 87.*

95. Sapientia hujus mundi est animalis, terrena, diabolica: animalis in luxuriosis, terrena in avaris, diabolica in superbiis. *Super III Reg., cap. 1.*

96. Curios nimis saepe accenduntur in sapientia perscrutandi, et accidunt ut sapientia tanto altius recedat, quanto profundius inquirunt. *Super Ecclesiasten, cap. viii.*

97. Bonus incomparabiliter est sapientiae thesaurus, qui distribuitur recipit incrementum. *Super Ecclesiasten, cap. xx.*

98. Sapientia curdis os regat et docet, et eo sapientiam cordis alius manifestet et communicet. *Super Luc., cap. xvi, in illud: Ego dabo vobis os et sapientiam.*

99. Difficile sane est inter secularia veram sapientiam invenire. *Homil. 83 super Joan.*

100. Sapientia quod stultum putatur, sapit: quod triste est, placeat: quod molle est, displicet: quod fluxum est, horret. *Serm. de Penit.*

101. Nonquam ad veram sapientiam pertingit homo, vitiorum affectibus pollutus. *Orat. 1 et Conventu abbat. habitis.*

102. Omnis qui secundum Deum sapiens est, beatus est: nullus enim magis sapiens, quam quem docerit Deus. *Prose.*

103. Excelis est omnibus rebus sapientia: nec esse potest alia iustitia sine sapientia.

104. Qui vero secundum sapientiam sapiens est, secundum Deum satus est. *Lib. 2 de Sum. bono, cap. 1, sent. 1.*

105. Ille recte sapit, qui secundum Deum sapit. *Ibid., cap. 29, sent. 11.*

106. Horret sapientia spurientum verborum ambitum, ac fuso munditatis eloquentiae miltis sermouibus perornatum. *Ibid., sent. 12.*

107. Nihil sapientis melius, nihil prudentia dulcius, nihil scientia suavius. *Lib. 2 de Synon., cap. 13.*

108. Noxia non vitantur, nisi per sapientiam in-

HUGO CALD.

JANVS. TULIVS.

S. ISIDORVS. HISPAL.

S. GREGORIUS. NAZ.

S. GREGORIUS. THAUMAT.

S. GREGORIUS. THAUMAT.

asias : sapiens omnia prudenter examinat, et inter bonum et malum intelligendo dijudicat. *Ibid.*

409. Dilige sapientiam, et manifestabitur tibi : accede ad illam, et appropinquabit tibi : assiduas esto illi, et instruet te. *Ibid.*

410. Sapientiam cum ceteris impartiris, tibi magis hanc auges : sapientia dando largior fit, retinendo minoratur. *Prove.*

411. Largiendo redundantiore est sapientia, et dum plus confertur, plus abundat. *Ibid.*, cap. 4.

S. JUSTIN.
MARTY.
412. Stulto, qui de sapientia querit, sapientia tribuetur : qui autem prudens iudicio suo videtur esse et, magne ignorantie nota laudetur. *Epist. ad Zenam.*

LACT. FIRM.
413. In sapientia omnia dicta prona sunt, audita suavia, facta intellectum, honesta suscepta. *Lib. 1 de Divin. inst.*, cap. 1.

414. Non in lingua, sed in corde sapientia est. *Ibid.*, lib. 3, cap. 13.

415. In sola religione, id est, in Dei summi notionis, sapientia est. *De Ira Dei*, cap. 22.

416. Primus sapientie gradus est, falsa intelligere : secundus, vera cognoscere. *Lib. 1 de Divin. inst.*, cap. 23.

417. Qui sapientie studet, nondum sapit : sed ut sapere possit, studet. *Ibid.*, lib. 3, cap. 2.

418. Vulgus interdum plus sapit, quam sapiens, quia tantum opus est, sapit. *Ibid.*, cap. 5.

419. Nihil sapientia dignius inveniri potest. *Ibid.*, cap. 14.

420. Sapientia, nisi in aliquo actu fuerit, quo vim suam exerceat, inanis et falsa est. *Ibid.*, cap. 16.

S. LEO I.
421. Sapientia, que deorsum est, pudica est, pacifica, modesta, suadibilis, amans bonum, sine simulatione. *Adversus presumpt. Michaelis, et Leonis Acriensis episc.*, cap. 38.

422. Quid iniquius, quam iniqua sapere, et sapientioribus doctioribusque non credere. *Epist. 10, ad Flavian. Constantinop. episc.*, cap. 1.

S. PETERUS
423. Si semel suavitatem sapientie degustasset, omnia preter illam in fastidium vertentur : habet enim in se incomparabiles thesaurus deliciarum, atque omnium honorum gratiam largitur ad plenum. *Epist. 81, ad Simoa. Carnatens. cenone.*

424. Sapientia in corde viri nihil sublimius : sed si sensibus carnis obsecratur, nihil vilios. *De Patientia*, cap. 14.

PHILO THEO.
425. Quis est finis recte sapiendi? seipsum et omnem creaturam laudare stultitiæ. *De Migrant. Abraham.*

426. Est mentis lumen sapientia, sicut e diver-

so insipientia tenebrae sunt animæ. *Lib. 2 de Victimis.*

427. Quicquid est sapientia præcedit, amicum Deo, non servum est. *Lib. de Verbis Noe.*

428. Nihil sapientia tanto impedimento est, quanto natura carni. *De Gigant.*

429. Primus est sapiens in humano genere, sicut gubernator in navi, magistratus in civitate, imperator in exercitu, anima in corpore, mens in anima. *Lib. de Abraham.*

430. Acquisitio sapientie non sensu dicitur, sed mente sincerissima percipitur. *Lib. de eo : Quæ ratione divinarum heret sit.*

431. Nemo se placere Deo per mundi sapientiam patet, que tota carnalis est, et vera sapientia cum omni sua vanitate destruitur. *Epist. ad Demetriad.*

432. Apud se prudens est, et non apud Deum, qui sapientiam quam habet, non auctori omnis sapientie deputat, sed sibi suisque meritis et studiis. *Super Epist. ad Rom.*, cap. xii, can. 16.

433. Apud se sapiens et prudens est, qui cum sit stultus sapientem se putat esse; et gloriatur in se, quia sperat scire, quod nescit. *Ibid.*

434. Nihil sapientie dono possidetur utilis, nihil invenitur diffusius, etenim thesaurus absconditus. *Part. 1, tract. 1, de Statu inter. hom.*, cap. 4.

435. Quanta cautela cor custodiendum est, in quo sapientia thesaurus invenitur : quo nihil otiosius, nihil utilius possidetur. *Ibid.*

436. Nihil sapientia ardentius diligitur, nihil dulcius possidetur : hinc est enim quod sapientes omnes esse volunt, pauci tamen almodum sapientie esse possunt. *Part. 4, de Benjamin minor.*, cap. 4.

437. Si quis vult esse sapiens, sit bonus : quia nemo vere est sapiens, nisi vere bonus. *Lib. 6 de Gubern. Dei.*

438. Sapientia christiani est timor et amor Christi : initium sapientie est in timore Christi, perfectio in amore. *Lib. 4 ad Eccles. catholic.*

439. Qui summum sapientie cultum utigerit, is et hominem se esse immeminit. *In suo Dione.*

440. Cum a Deo divina sapere postulemus, tum ipsi quæcumque ratione possumus, ut adequare sapientiam comparemus. *Epist. 136, ad Hecatan.*

SENTIENTE PAGANORUM.

441. Sapiens omnia sua bona secum portat. *In Sent.*, ab initio sent. 6.

442. Utiles est sapientia, propterea quod qui sapientes sunt, pietatem colere consueverunt. *Lib. 4 de Arte rhetor.*

443. Plurimum commoda veniunt, si moderatrix

omnium rerum præsto est sapientia. *Lib. de Invent. rhetor.*

444. Sapientia totius hominis custos et procuratrix est. *Lib. 4 de Finibus*, num. 17.

445. Sepe etiam sub pallio sordido latet sapientia. *Lib. 3 Tusc. quest.*, num. 56.

446. Quisquis est, qui moderatione et constantia quietus animo est, sibi ipse placatus, ut neque tabescat molestia, neque frangatur timore, nec sitienter quid appetat, nec alacritate fastidi gestions deliquescat, is est vere sapiens. *Ibid.*, lib. 4, num. 37.

447. Nec ququam sapere sapiens potest, qui sibi ipsi prodesse nescit. *Lib. 3 de Offic.*

448. Quid est optabilius sapientia, quid præstantius, quid melius, quid homine dignius? hanc qui expetunt, philosophi nominantur. *Lib. 2 de Offic.*

449. Sicut stultitia, etsi adepta est quod concupivit, nunquam se tamen satis consecutum putat : sic sapientia semper eo contenta est, quod adest : neque eam unquam sui penitet. *Lib. 5 Tusc. quest.*

450. Sapientia est proprium, nihil quod ponere possit facere, nihil invitum : splendide, constantiter, graviter, honeste omnia. *Prove.*

451. Nihil ita expectare, quasi certo futurum : nihil cum accidit, admirari, ut inopinatum, aut novum accidisse videatur. *Ibid.*

ELVO.
452. Itumquam sapientiam haud magni, imo nihil plane aestimandum censet : solus vero Deus sapiens est. *Sisygia 1, in Apolog.*

453. Corpus impedimento est ad sapientiam ipsam comparandam. *Sisygia 1, in Dialogo Phædonis.*

454. Sapientia est ille rectus et genuinus numerus, cuius vice omnia hæc sunt commutanda, cuius gratia et cum qua omnia et vendantur et emanant. *Ibid.*

455. Omni studio curaque elaborandum est, ut virtutem sapientiamque in vita consequamur. *Ibid.*

456. Sapientes, sapientie ratione sapientes sunt. *Sisygia 2, de Scientia.*

457. Vera sapientia, felicitas est. *Sisygia 2, in Dialogo Eutydem.*

458. Omni homini est incumbendum, ut non videatur tantum sapiens, sed etiam revera existat, sive privatim, sive publice.

459. Imperitia vitium est, sapientia virtus. *Sisygia 4, lib. 1, de Regum.*

460. Sapientia forma, si tanquam facies oculis cernitur, mirabiles amores excitaret sui. *Sisygia 5, in Dialogo Phædoni.*

461. Sapiens nihil facit, quod non debet : nihil

prætermittit quod debet. *Lib. 2 de Clement. ad Nevo.*, cap. 7.

462. Parci sapiens, consulti, corrigi. *Ibid.*

463. Puto multos potuisse ad sapientiam pervenire, nisi putasset se pervenisse. *De Tranquillit. animi*, cap. 4.

464. Sapiens nihil perdere potest, omnia in se reposit : nihil fortune credit, bona sua in solido habet, contentus virtute, que fortibus non involget, ideoque nec augeri, nec minui potest. *De Constant. sapientis*, cap. 5.

465. Nunquam decet sapientem facti sui penitere, nec unquam emendare quod sapienter fecerit, nec mutare consilium. *Lib. 4 de Benef.*, cap. 34.

466. Sapiens assessor sapientie, adheret quidem in corpore suo, sed optima sui parte abest, et cogitationes suas ad sublimia intendit. *Epist. 65.*

467. Sapiens assuescit futuris malis, et que ali diu patiendæ levia facit : hic levia facit, diu cogitando. *Prove.*

468. Audimus aliquando vocem imperitorum dicentium : Nesciham hoc mihi restare : sapiens autem scit sibi omnia restare : quicquid factum est, dicit : Sciebam. *Epist. 76.*

469. Sapientia artem domini retriquire est : artes serviunt vite, sapientia imperat. *Epist. 85.*

470. Sapiens ad utrosque casus aptus est : virtutem tam in secundis, quam in prosperis exhibet : honorum rector est, malorum victor. *Ibid.*

471. Nihil aliud est sapiens, quam humani generis pedagogus. *Epist. 88.*

472. Sapiens vir, etiam si nudus sit, sapiens apud te habetur. *Sent. 181.*

473. Non eris sapiens, si te reputaveris sapientem. *Sent. 188.*

51. Honora Scripturam Dei, honora verbum Dei, etiam non apertum, differ pietate intelligentiam. Noli protrusus esse, accusare aut obscuritatem, aut quasi perversitatem Scripture: perversum hic nihil est, obscurum autem aliquid est non ut tibi negetur, sed ut exerceat accepturum. Super *Psal.* cxlvi, vers. 6.

52. Quod in sancto Evangelio breviter dicitur, non breviter oportet exponi, ut quod auditur, intelligatur, verba enim pauca Domini, sed magna sunt, non numero estimanda, sed pondere: nec ideo contentenda quia pauca, sed ideo querenda quia magna. Tract. 37, super *Evang. Joan.*, de cap. viii.

53. Divinarum Scripturarum multiplicem abundantiam latissimamque doctrinam sine ullo errore comprehendit, et sine ullo labore custodit, cujus cor plenum est charitate. *De Laudibus charit.*

54. Thesaurus magnus est divinarum Scripturarum, habens in se mirabilia precepta et multa, tanquam multas gemmas, et pretiosa monilia, et vasa ingentia, et magni metalli: sed quis potest scrutari thesaurum istum, et uti eo et pervenire ad omnia que ibi sunt? *De Disciplina christiana*, cap. 1.

55. In eo quod in Scripturis intelligis, charitas patet: in eo quod non intelligis, charitas latet. Ille tenet, et quod patet et quod latet in divinis sermonibus, qui charitatem tenet in moribus. *De Laudibus charit.*

56. Scriptura evidens est, auctoritas Scripture fundatissima est, fides in Scriptura Catholicissima est. *De Verb. Apost.*, serm. 14.

57. Sacrarum lectio Scripturarum divine est preagnitio non parva beatitudinis: in his enim quasi in quodam speculo homo seipsum considerare potest qualis sit, vel quo tendat. *Serm. 1, ser. 6, post Dom. Pass.*

58. Lectio assidua Scripturarum purificat omnia, timorem inquit gehennas, ad gaudia superca cor instigat legentis. *Ibid.*

59. Geminum confert donum lectio sanctarum scripturarum, sive qua intellectum mentis erudit, seu qua a mundi vanitatibus abstractum, hominem ad amorem Dei perducit. *Ibid.*

60. Sicut ex carnalibus cis alitur caro, ita ex divinis eloquiis interior homo nutritur et pascitur, et beatissimus est ille qui divinas Scripturas vertit in opera. *Ibid.*

61. Legite Scripturam, quia omni melle dulcior

est, omni pane enervior, omni vino hilarior, lenior oleo, sublimior auro, et argenteo purior. *Serm. 38, ad Frat. in oratio.*

62. Scriptura est omnium sapientiarum et doctrinarum magistra et domina, quae docet exterius blandos, et interiori fraudulentos cognoscere. *Prose.*

63. Haec est scientia scientiarum, angelorum foreculum, archangelorum pulmentum, apostolorum gloria, patriarcharum fiducia, prophetarum spes, martyrum corona, virginum fortitudo, monachorum reflectio, episcoporum rancio, sacerdotum cellarium, pitecorum principium, viduarum doctrina, conjugatorum pulchritudo, mortuorum resurrectio, viventium sempiterna protectio. *Ibid.*

64. Qui Scripturas non comprehendunt, amantem Deum, et simplici corde quod non intelligunt, querant: ne cum volumi variis sacrilegiis considerare veritatem, quam videre non possunt, redeat illa securus in crura. *Lib. 1, de Gen. contra Manichaeos, cap. 5.*

65. Quantum accedimus in Scripturis, et in eis assessimus, tantum nobis locutiones earum innotescunt. *Ibid., cap. 9.*

66. Obocura est Scriptura, et remota a sensibus hominum: sed quomodo se habeat, antequam intelligatur, credenda est. *Ibid., cap. 11.*

67. Quicquid divinarum Scripturarum perspicua firmat auctoritate, sine ulla dubitatione credendum est. *Epist. 112, in Prologo.*

68. In Scripturis sanctis Deus homines docet, quomodo cum hominibus agant, et ipsi Deo serviant. *De Agon. Christ., cap. 8.*

69. Scriptura divina ab una lingua profecta per varias interpretum linguas, innotuit gentibus ad salutem per orbem terrarum disseminata. *Lib. 2, de Doctr. christ., cap. 5.*

70. Spiritus sanctus ita Scripturas modificavit, ut locis apertioribus, fami occurreret, obscurioribus autem fastidia delingeret. *Lib. 2, de Doctr. christ., cap. 6.*

71. Dabit divinarum Scripturarum tractator et doctor, defensor esse recte debet, ac debellator erroris, et bonus docere, et mala deducere. *Ibid., lib. 4, cap. 4.*

72. Sapienter dicit homo, tanto magis vel minus, quanto in Scripturis magis, minusque profectus. *Ibid., cap. 5.*

73. Qui Scripturam intelligere non potest, Scriptura Dei dei honorem, sibi timorem. *Lib. 1, de Gen. ad Il., cap. 20.*

74. Quando in Scripturis sanctis legimus mala a Sanctis facta, non ideo quia facta credimus, etiam facienda credamus, ne violentiam praesepit,

sed passim sectarum exempla. *Contra Mendac., cap. 9.*

75. Auctoritatem Scripturarum religionis nobis, ceteris quibusque litteris anteponimus. *Lib. 14, de Civit. Dei, cap. 7.*

76. Multa in Scriptura umbrosa etque condensa sunt, quae mente querentis exerceant. *Ibid., lib. 18, cap. 32.*

77. Translatio Scripturae veteris Testamenti per septuaginta duos interpretes, de Hebraeo in Graecum mirabilis ac stupenda est: cum ad hoc opus separatim singuli sederint. *Ibid., cap. 42.*

78. Intelligenda sunt in Scriptura sancta, et non temere accusanda, quae imperiti videntur esse contraria. *Contra Advers., cap. 3.*

79. Sancta Scriptura non temerarios et superbos accusatores, sed diligentes et pios lectores desiderat. *Ibid.*

80. Sancta Scriptura verbis nostris loquens, etiam per haec verba demonstrat nihil digno de Deo dici posse. *Ibid., cap. 7.*

81. Nostrorum librorum auctoritas, totigentium consensione, per successiones Apostolorum, Episcoporum, conciliarumque robore, verbis adversa est. *Lib. 13, contra Faust., cap. 5.*

82. Qui Scripturam adverso animo legit, quia non ideo scrutatur ut sciat; sed quod nescit, scire se putat, hanc praesumptio tumidae arrogantiae, oculum cordis vel claudit, ut omnino non videat, vel distortet ut perverbe videat, et aliud pro alio probet aut improbet. *Ibid., lib. 16, cap. 14.*

83. Accipite integre canonice Scripturas, si integri esse desideratis. *De fide contra Manich., cap. 33.*

84. Haeretici Scripturas tenent ad speciem, non ad salutem. *Lib. 3, de Bapt. contra Donat., cap. 19.*

85. Sanctae Scripturae et docent et exhortantur. *De Gratia Christi, cap. 10.*

86. Merebitur homo Scripturam intelligere, si orando pulset, et non rixando accedat ad ostium veritatis. *Tract. 8, super Joann.,*

87. A Domino quidem est Scriptura; sed nihil sapit, si non tibi Christus intelligatur. *Ibid., tract. 9.*

88. Natae haereses non sunt nisi dum Scripturae bene intelliguntur non bene: et quod in eis non bene intelligitur, etiam temere et audacter asseritur. *Ibid., tract. 18.*

89. Pulemus Scripturam Dei tanquam agrum esse, ubi volumus aliquid edificare. Non sumus pigri nec superflicis colant, sedianus altius, donec perveniamus ad petram; petra autem erat Christus. *Ibid., Tract. 23.*

90. Scripturae nobis in huius saeculi nocte laetum lucernam accenduntur, ne in tenebris remaneamus. *Ibid., tract. 35.*

91. Haec est, quae, corda illuminat, linguam purificat, conscientiam probat, animam sanctificat, silem confortat, diabolum rejicit, Peccatum spernit, animas frigiditas calefacit, lumen scientiae ostendit, tenebras ignorantiae expellit, tristitiam saeculi extinguit, letitiam Spiritus sancti accendit, sitiienti potum tribuit, naturam frenat, prohibet levitatem, temperat dolorem, confortat spem, coronat senem, docet juvenem, mitigat indignantes, instruit errantes, sanat aegros, roborat infirmos, mentem stabilit, excitat somnolentos, otiosos increpat, pictos incitat, reges humiliat, humiles exaltat, rectas vias indicat, elemosynam imperat. *Ibid.*

92. Otiosum verbum in Scriptura esse dicere, blasphemiam ingens est. *Humil. 10, in Petrum.*

93. Scriptura facile afficit, et allicit ad legendum: ita ut quod in ea latet, delectat etiam cum labore investigare, nec fatiget inquirendi forte dilectus, ubi eloquii suavitas mulcet. *Prose.*

94. Lude constat hoc opus non humano ingenio, sed spiritus arte ite compositum, ut quamvis sit difficile intellecto, sit tamen inquisitu delectabile. *Serm. 4, super Cant.*

95. Scriptura sacra est puteus Jacob, ex quo hauriuntur aquae quae in oratione funduntur. *In Spero Monachor.*

96. In Scriptura vir sapiens, profunda fluviorum perscrutat, et abscondita producit in lucem. *De principis sacre Script.*

97. Est sacre Scripturae inattingibilis altitudo, propter auctoritatem inviolabilem; inexhaustibilis plenitudo, propter profunditatem impercrutabilem; infallibilis certitudo, propter processum irrefragabilem; impretablem validudo, propter fructum inestimabilem; incontaminabilem pulchritudo, propter puritatem impermixtibilem; inexcursabilem amplitudo, propter diffusionem irrefragabilem. *De principio sacre Script.*

98. Scriptura sacra est Pluvius voluptuosissimus, propter dulciores suavitissimarum delectationum; luminosissimus, propter fulgorem Olympissimarum speculationum; ignitissimus, propter fervores ardentissimarum inflammationum; inpotuosissimus, propter vigores sublimissimarum elevationum. *Ibid., super illud, Apoc. xxii: Ostendit mihi fontem.*

99. Scriptura sacra quiescens potio temperata est: si vjus amaritudo palatum tuum contristat, quid accedas mentium? quod non prodest tibi, prodest alteri. *Ibid.*

100. Injustis sacra Scriptura videtur injusta,

insipientibus stulta, obscenis immunda, vanis superflua: sapientibus autem videtur omnis sapientiae contentiva. *Ibid.*

101. In Scripturis sacris praeterita sine falsitate describuntur; praesentia plus quam videntur, ostenduntur; futura quasi perfecta narrantur. *Ibid.*

102. Ubique in Scripturis veritas regnat, ubique divina virtus irradiat, ubique panduntur humano generi profutura. *Ibid.*

103. Sacra Scriptura est panis: nam panis in cibano est sermo in historia abditus: in cartagine, est sermo moralis deocclus: in craticula, est sermo mysticus, et allegoricus. *Super Psalm. xi.*

104. Quinque sunt verba, quibus tota Scriptura comprehenditur: cresce, fuge, age, time, appete, crede in Deum, fuge vitium, age bonum, time supplicium, appete premium. *Serm. 3, Dom. 4, Quadr.*

105. Scripturae divinae sanctae profunditas commovet sermones habet, ut eam universi incunenter admittant: sensus autem resonat veritatis arcano, ut ipsa studiosissima vitalis sententia debeat indagari. *In Prologo, super Psalm. cap. 45.*

106. Scriptura sacra nullis modis genera suae locutionis exeret, definitionibus succincta, schematicis decora, verborum proprietate signata, syllogismorum complexionibus expedita, discipulis irrutillans. *Ibid.*

107. Scriptura sacra, schola est caelestis, eruditio vitalis, adiutorium veritatis, disciplina certissime singularis, quae discipulos occupat sensibus fructuosus, non inanium locutione verborum. *Super Psalm. xv.*

108. In scripturis divinis assidua cogitatione meditari, nullum tacitum, nulla saetia est: sed quanto quis plus hauserit, tanto amplius dulcia sensa percipit. *Super Psalm. lxxvii, vers. 12.*

109. Cur homini Christiano fideliter non liceat s. christian. spectare, quod licet divinis litteris scribere? *De Spectacul., cap. 2.*

110. In sacra Scripturis quasi speculo vides, et agnosces teipsum, et faciem cordis tui. *Prose.*

111. In imperfectum tuum clarissimum conspicias, quid agendum restat, et qualiter proficere debeas, discis. *In Exhort. ad Novit., art. 9.*

112. Ex divinis Scripturis divitias tibi congrega, et thesaurus qui nunquam eripi tibi poterit. *Illucip. in eolum promittere sataglio. De his Religio.*

113. Nihil discere est in divina Scriptura, neque opposita dictio adversum dictionem reperitur. *Haeres. 70, contra Audianos.*

S. BASILIUS
MAGNUS.
S. BERNARD.

S. DOMAY.

CASSIOPOL.

PROVVS OS
CARTIVS.

S. EPHEMUS.

S. EPHEMUS.

S. FRANCIS.
TIEHL.

144. Sancta Scriptura magis oblectat pios animos, quam aures delicatas, linguasque disertas: mentium enim, non aurium delicatas speciat. In *Annal. super Psalm. XXXII.*

S. VULGENT.

145. In Scripturis sacris studium tui cordis impende; et tibi si fueris, quisquis, quique debeas esse, cognosce. *Epist. 6, ad Theodorum, cap. 9.*

OLDS. INT.

146. Quantum quisque ex Scriptura proficit, tantum de ipsa proficit apud ipsam. *Super Eszech., cap. 1.*

S. GREGOR.
MAGNUS.

147. Scriptura sacra mentis oculis quasi quoddam speculum opponitur, ut interna nostra facies in ipsa videatur: ibi etenim facta, ibi pudica nostra cognoscimus; ibi sentimus quantum proficimus, ibi a profectu quam longe distamus. *Lib. 2. Moral., cap. 1.*

148. Sacra Scriptura omnem scientiam, atque doctrinam sine aliqua comparatione transcendit, vera prophetia, ad coelestem patriam vocat, a terrenis desideris ad superna amplectenda cor legentis immutat. *Prose.*

149. Doctis obscurioribus exarctet foras, et parvula humilium sermone blanditur: nec sine clausa est ut pavesci debeat, nec sic patet ut vilescat; quia usu fastidium tollit, et tanto amplius diligitur, quanto amplius meditatur.

150. Quo legentis enim humilibus verbis adjuvat, sublimibus sensibus levat: aliquo modo cum legentibus crescit, a rudibus lectoribus quasi recognoscitur, et amen doctis semper nova reperitur. *Ibid., lib. 20, cap. 11.*

151. Haereticis quia Scripturam sacram intelligere sua virtute multat, eam quibusdam nisibus rotunt. *Ibid., esp. 1.*

152. Non est secreta lufista in divinis paginis, vel fortia, vel raulta cognoscere, sed cognata custodiare. *Prose.*

153. Nam qui bene intelligit, quid intelligendo sperari debeat, agnoscit: quanto enim intellectu latus extenditur, tanto ad explenda opera enitius ligatur. *Ibid., lib. 22, cap. 3.*

154. Magne utilitatis est, ipsa obscuritas eloquiorum Dei, quia erroris sensum, ut fadigione dicitur, et exercitatus capiat quod capere non potest otiosus. *Homil. 6, super Eszech.*

155. Scriptura sacra staturam habet, quia mores ad standum dirigit: altitudinem habet, quia in coelesti patria aeterno vite gaudia promittit: horribilem aspectum habet, quia omnibus reprobus gehennae supplicia minatur. *Ibid., super illud: Statuta quoque erat rois.*

156. Scriptura sacra est recta in praesentis, alta in promissionibus, horribilis in minis. *Ibid.*

157. Scriptura sacra in utroque testamento, et admonendo recta est, et promittendo alta, et minando terribilis. *Ibid.*

158. Divina eloquia cum legente crescit: nam tanto illa quisque altius intelligit, quanto in eis altius intendit. *Ibid., homil. 7, super illud: Cunque ambularent, etc.*

159. Mira atque ineffabilis sacri eloqui virtus, cum superno amore legentis animus penetratur. *Ibid.*

160. Quo spiritus legentis tendit, illic divina eloquia levatur: quia si in eis altius quid videndo et sentiendo quaesieris, haec eadem sacra eloquia tecum crescent, tecum in altioribus ascendant. *Ibid., super illud: Quocumque ibat spiritalis, etc.*

161. Legentis spiritus si quid in sacris eloquiis scire morale, aut historicum quaerit, sensus lauce moralis historie sequitur: si quid typicum, mox figurata oculis agnoscitur. *Ibid.*

162. Immo tria in sacro volumine scripta sunt: Lamentationes; Carpes; Ver. Lamentationes, quia in eo scripta est penitentia peccatorum; Carpes, quia ibi promittuntur gaudia iustorum; Ver autem, quia illic expressa est damnatio reproborum. *Homil. 9, super Eszech.*

163. Scriptura sacra est aliquando cibus, aliquando potus. In locis obscurioribus, qui intelligi nequeunt, nisi exponantur, cibus est; in locis vero apertioribus, potus est. *Ibid., homil. 10.*

164. In ejus ore Scriptura sacra dulcis est, cuius vite viscera mandata Dei replentur: quia ei suavis est ad loquendum, cui interior impressa ad vivendum fuerit. *Ibid., homil. 10.*

165. Nemo in sacre Scripturae scientia ita perfectus est, ut proficere ultra non possit: quia inferior est omnis profectus hominis divinitatis altitudine eam inspirantis. *Super lib. Reg.*

166. Scriptura sacra tam mirabiliter ab omnipotente Deo condita est, ut etsi multipliciter videatur exposita, non desint tamen et secreta, quibus servet occulta. *Ibid.*

167. Sacra Scriptura, quia divinitus inspirata, tanto sublimius etiam praecelura hominum ingenia superat, quanto ipsi praecelari homines Deo inferioris sunt: et nihil in illis spiritali sublimitate conspiciunt, nisi quod ejus ipsius divina dignationis bonitate revelatur. *Ibid.*

168. Scriptura sacra suavis est in superficie littera, alior in typis allegoriae, moribus intrinsecis utilis, lucida in exemplis exhibendis, in laeis tamen singulari et historica assere, et typica proficere, et conferre moralia solet. *Ibid.*

169. Qui verbum Scripturae accipit, non in amore, sed in scientia, de plenitudine accipit, non

verbo, sed libri. *Lib. 4 in 1 Reg., cap. 4, super illud: Ascende ut comedas mecum.*

170. Civitas spiritalis Redemptoris est Scriptura sacra: haec civitas suis civibus tot defensionum munimina confert quot praepcepta, tot arma eis praebet, quot consilia salutis. *Lib. 1, in 1 Reg., cap. 1, exposit. allegorica, super illud: Et ascendeat vir, etc.*

171. Sacra eloquia visioni maris simillima narrantur: quia in eis sicut magna volumina sententiarum; et cumuli sensuum. *Homil. 6, super Eszech., super illud: Et aspectus rotarum, etc.*

172. Tanto magis debemus sacram Scripturam legere, quanto nos conspicimus sub tribulationum fasci lassari. *Lib. 2, in Registro, ind. 10, cap. 37, epist. 87, ad Nolaem episc. Salerni.*

173. Ut vilesceat Scriptura sacra nota non possit, sic mire disposita est, ut cognita mesaliur: et eo legatur gratis, quo quotidie discitur; ac dum semper roscentia intumet, suavis oblectat. *Prose.*

174. Qui nova velut nova contemnant, illa quae probant vetera, curarum secularium saturitate fastidiunt.

175. Dum quia terrenarum rerum cura immoderatus pascitur, in ea quae valde placere solet, recenti Scripturarum dulcedine non letatur. *Ibid.*

176. Dicere verbum aliquod in Scriptura redmndare, est grave nefas: quod si nihil redundat, nihil est inane, nihil supervacuum. *Orat. 4 super illud: Faciamus hominem, etc.*

177. Ama scientiam Scripturarum, et carnis vita non amabis. *Epist. 4 ad Rustic.*

178. Totum quod legitimus in divinis libris, nictet quidem et folget, etiam in cortice; sed dulcis in medulla est: qui edere vult mollem, frangat nucem. *Epist. 13 ad Paulin.*

179. Maximum ad iustitiam auxilium, est implere divinis eloquiis animam: et quod opere exequi cupias, semper corde meditari. *Epist. 14, ad Celsinum.*

180. Sicut divinae Scripturae semper in manibus suis, et iugiter mente volvantur. *Ibid.*

181. Scripturam sacram cognoscere, secumque semper revolvere, ingens ad conservandum iustitiam beneficium est. *Ibid.*

182. Ad sanctarum Scripturarum gravitatem confugiunt, ubi vera vulnerum medicina est, ubi dolorum certa remedia. *Epist. 24, ad Julian.*

183. Quod medicorum est promittunt medici, tractant fabryla fabri; et sola Scripturarum ars est, quam ceteri omnes passim vindicant: hanc garrola anus, hanc delirus senex, hanc sophista verborum; hanc universa praesumptum, lacernam, docent antequam discant. *Epist. 1, ad Paulin.*

184. Magis Scripturae auctoritate ducimur, quam cujuslibet eloquentis secularis. *In quest. super Genes.*

185. Nihil in Scriptura magis agere debes, quam animam divinis eloquiis pascere, et quantum ei per totam sufficere possit diem, hoc cum veluti cibo pinguiore satiare. *Epist. 1, ad Demetrius.*

186. Ha Scripturas sacras lege, ut semper memineris Dei illa verba esse, qui legem suam non solum sciri, sed etiam impleri jubet: nihil enim prodest facienda didicisse, et non facere. *Ibid.*

187. Debes sanctas Scripturas sine intermissione meditari, his tamen repleas mentem; et malis cogitationibus loqui aufertis, divinis animam sensibus occupare. *Ibid.*

188. Ignoratio Scripturarum, ignorantia Christi est. *Lib. 1 super Iohann.*

189. Quid loquax de physica, ethica, et logica? quidquid potest humana lingua proficere, et mortalium sensus accipere, volumus sanctorum Scripturarum continere. *Ibid.*

190. Moris est Scripturarum, obscuris manifesta subnectere: et quod prius sub enigmatibus Prophetae dixerint, aperta voce profere. *Lib. 5, super Isaiam, cap. 19, super illud: Omis Aegypti, etc.*

191. In explanatione sanctarum Scripturarum, non verba composita, et oratoris floribus adornata, sed crudeliter et simplicitas quaeritur veritatis. *Lib. 3, super Amos.*

192. Quicumque Scripturam aliter intelligit, quam sensus Spiritus sancti alligat, non conscripta est (sicut de Ecclesia non recesserit) tamen haereticis appellari potest. *Lib. 3 super Epist. ad Galat., cap. 5, in illud Rom. viii: Sapientia carnis inimica est Deo.*

193. Si quidquam est, quod in hac vita sapientem virum beneat, et inter pressuras et turbines mundi aequo animo manere persuadeat, id esse vel primum roor, meditationem Scripturarum. *Super Epist. ad Ephes.*

194. Haereticis corrupto intelligentie sensu divinatorum dictorum testimonia usurpant, et de his mentuntur. *Lib. 4 de Trinit.*

195. Haereticis dat Scripturam stylo Antichristi compositam. *Lib. contra Ariana, et Aurent.*

196. In sacra Scriptura quidquid docetur, veritas est: quidquid praecipitur, bonitas: quidquid promittitur, felicitas est. *De Scriptur. et Scriptur., cap. 1.*

197. Quisquis sacre Scripturae cibo pasci renuit, vitam animae suae perdere iam incipit. *In Prolog. 1, Allegoriae. Veteris Testam.*

198. Triplices intellectus sunt divinae Scripturae.

S. GREGOR.
NTES.

S. HEDON.

S. HILAR.

HUGO A. S.
VICTOR.

rae, quasi tres mensae. Videlicet, historialis, mysticus et moralis. *Prose.*

169. Prima simplicibus, secunda doctoribus, tertia communis utrisque.

170. In prima cibus gradior, in secunda subtilior, in tertia dulcior.

171. Prima saporem continet exemplorum, secunda vim mysteriorum, tertia dulcedinem morum.

172. In una Christus vinum ministrat, in secunda frangit panem, in tertia docet.

173. Prima pascit infantem, secunda figuris, tertia verbis: res miraculorum corroborat fidem, impletio figurarum spem, doctrina morum charitatem. *Lib. 3 de Claustris antea, cap. 8.*

174. Scriptura sacra est liber vilis, cujus origo aeterna, cujus incorruptibilis essentia, cujus cognitio vita, cujus Scriptura indelibilis, cujus inspectus desiderabilis, cujus doctrina facilis, cujus scientia dulcis, cujus profunditas imperscrutabilis, cujus verba immutabilia, et unum tamen verbum omnia. *Lib. 2 de Arc. Noe, cap. 11.*

175. Sunt nonnulli, qui divinae Scripturae scientiam quaerunt, ut vel divitias congregent, vel honores obtineant, vel famam acquirant: quorum intentio quantum perversa, tantum est miseranda. *Lib. 5 Delecto, cap. 10.*

176. Solidus est cibus iste sacrae Scripturae, et nisi masticetur, transgurgit non potest. *Prose.*

177. Talite moderamine uti oportet, ut dum inquirendo subtilis fueris, in praesumendo temerarius non inveniaris. *Ibid., lib. 6, cap. 4.*

178. Cathedra Doctoris sacra Scriptura est, in qua juxta populo praesidera debet, et per auctoritatem perceptionis, et per exemplum conversationis. *Lib. 1 Miscellanea, tit. 75.*

179. Divina Scriptura in quibusdam locis, quasi panis difficile editur, in quibusdam sicut vinum facile sorbetur, in omnibus quasi medicamentum et oleum animae, dum sumitur, medetur. *Lib. 1 Miscellanea, tit. 55.*

180. Divina Scriptura ceteris omnibus Scripturis, non solum in materia sua, sed etiam in modo tractandi, subtilitate et profunditate precellit. *Lib. 1 de Sacram., part. 1, cap. 5.*

181. Ad hoc tendit tota Scriptura, ut revocet a malo per timorem, et promoveat ad bonum per amorem. In fine *Prologi, super lib. Judice.*

182. Sacra Scriptura est vas ciborum et potum spirituum, quibus reficiuntur, et inebriantur spiritaliter animae Sanctorum. *Super Prose, x v.*

183. Sacram Scripturam, per quam cognoscitur Deus, pie legite, et perfecte intelligite: pie legite, qui cum devotione legite quae legit: et quae

non intelligit, non reprehendit, sed studiosè inquirent. *Super Sapient., cap. 1.*

184. Scriptura non solum cibus est, ubi difficultis est: sed etiam potus, ubi est facilis, vel vinum aeternae jucunditatis. *Super Isaiam, cap. 65.*

185. Quidquid laetel, quidquid patet in divinis sermonibus, et in tota sacra Scriptura, dilectio ipsa comprehendit. *Lib. 1 Contemplat. de Amore Dei, cap. 26.*

186. Festinandum tibi est, si ad veram Scripturarum scientiam vis pervenire, ut humilitatem cordis immobilis primobus consequaris: quae te non ad illam qua inflat, sed ad eam qua illuminat scientiam charitatis consummatione perducet. *Collat. 14, Abb. Nestorol., cap. 10.*

187. Nihil in divinis litteris lenere, et absque causa positum, etiam verbum quod fortuitum videri posset magnam thesaurum in se latentem continet. *Homil. 19, super Gen.*

188. In divinis litteris nihil superfluum, nec emergent, nihilque rationi contrarium continetur. *Ibid.*

189. Quanto quis Scripturis sacris est familiarior, tanto magis vilere potest latentem in ipsis thesaurum, pluresque percipere ineffabiles divitiarum fructus. *Homil. 18, super Gen.*

190. Talibus verbis Scriptura sacra utitur, ut quis arcano mysteria discere possimus. *Ibid., homil. 15.*

191. In divinis Scripturis, etiam in brevi lectione cuiusdam gravitas, et ineffabiles inveniuntur divitiae. *Ibid., homil. 16.*

192. Moe divinae Scripturae est, a rebus contingentibus nomina locis imponere, sicuti res contingant. *Ibid.*

193. Non est syllaba, vel apiculus in sacris litteris, in cujus profundo non sit grandis quispian thesaurus. *Ibid., homil. 21.*

194. Nulla est in humana natura vel corporis, vel animae passio, quae medicum ex sacra Scriptura accipere nequeat. *Prose.*

195. Ingraditur quis hinc tristitia et negotiorum sollicitudine oneratus, statim ut audivisset Prophetam dicentem: Quare tristis es anima mea? spera in Deum, omnem illam mentis tristitiam excidit.

196. Alius extrema praeiurat inopis, gravatim fert, et moeret videns alios divitiis affluere, et magno apparatu et pompa stipari: audit hic Prophetam dicentem: Facta in Dominum curam tuam, et ipse te eruet, et non timeas, cum ditatus fuerit homo, etc.

197. Alius despicitur et contemnitur, et ab amicis relinquitur, et hoc est quod mentis: quis maxime conturbat, si huc venerit, audit, dicen-

tem: Amici mei, et proximi mei adversum me stiterunt. *Ibid., homil. 29.*

198. Unus scopus divinae Scripturae est, ne quid factorem internitiat, sed veritatem homines doceat. *Ibid.*

199. Ingens bonum est divinarum Scripturarum peritia: haec enim facit animam optimis moribus proflitam, hanc in calum mentem transfert, hanc graditudinis studiosum reddit hominem. *Ibid., homil. 35.*

200. Magna divinae Scripturae virtus est, et multo in verbis latent sententiarum divitiarum. *Ibid., homil. 37.*

201. Nullam Scripturam habent rationem pulchritudinis, vel compositionis verborum, habent enim gratiam domesticam emulgentem, et pulchritudinem quae dicuntur. *Ibid.*

202. Processus non opinatur Catholicum, quod apparuerit Scripturae, sententia esse contrarium. *Homil. de Adam et Eva.*

203. Scripturae thesaurum praebent paratum illis, qui quaerunt opes in ipsis reconditas: satis est introspectisse, ut omni explorati fructu discendant, satis est tantum aperuisse, ut illico videant gemmarum splendorem. *Homil. 2 de Verbis Iui.*

204. Quidquid terribile est in Scripturis, usu vilesunt. *Homil. 30, super Matth. Oper. imperf.*

205. Quidquid quaeritur ad salutem, totum adimpletum est in Scripturis sacris. *Prose.*

206. Qui ignarus est, inveniet illi quod discat.

207. Qui contumax est et peccator, inveniet ibi futuri iudicii flagella, quae timeat.

208. Qui laborat, inveniet ibi gloriam et promissiones vitae perpetuae, quas meditando amplius ad opus.

209. Qui pusillanimis est et infirmus, inveniet ibi medicos iustitiae cibos, qui etsi plagarum animam non faciunt, tamen mori non permittunt.

210. Qui maganans est et fidelis, inveniet ibi spirituales ecclesiae continentioris vitae, quae perdurant cum fine ad Angelorum naturam.

211. Qui peccatus est a diabolo, et vulneratus est in peccatis, inveniet ibi medicamentis cibos qui eum per poenitentiam revocent ad salutem. *Ibid., homil. 41.*

212. Omnis Scripturae divina mensa est, in qua panis verbi nutritio animae positae est, supra quam omnes Christiani recumbant et epulantur in spiritu. *Ibid., homil. 33.*

213. Magnam praecipuum, profundum barathrum est, Scripturam ignoratio: et magna salus perditio, nihil de divinis legibus scire. *Conc. 3 de Lasaro.*

214. Omnium medicinarum thesaurus, divinae Scripturae sunt: sine stultitiam exuro, sine affectu sedare, sine peccatorum cupiditatem expellere, sine dolores contemnerem, sine fortium animam inducere, sine adversa spatio animo tolerare velimus, quam plurimum hinc remedia invenire possumus. *Homil. 35, super Joan.*

215. Haeretici sacras deleverunt litteras, infidelitati sunt Scripturam, omnino in illam intendere non valentes. *Serm. 11, super Epist. ad Philip.*

216. Si quis vel discere, vel ignorare opus sit, in Scriptura sacra addisces. Si arguere falsitatem, inde hauriamus: si corrigi, si castigari, ad exhortationem, ad solatium: si quid desit et oportet adipisci, ex ea discimus. *Homil. 9, super II Tim.*

217. Nihil proelatus, nihil amaranum sibi conducibilis est, quam divinae Scripturae percursori. *Lib. 4 de Fide Orthodox., cap. 18.*

218. Eiusmodi est Scripturarum gratia, ut exhausti atque constanti nequeat. *Ibid.*

219. Scias sanctam Scripturam esse linguam potentem Iacob, ex quo hauriantur aequae vitae Iacqumum, devotionis et dulcedinis. *De Spiritu sancto.*

220. Nihil in hac vita dulcius apprehenditur, nihil iocundius ac securius possidetur, nihil ita mentem a voluptatibus retrahit, sicut amor et scientia vera Scripturarum. *Lib. 3 de Vir. illust. Oct. S. Bened., cap. 445.*

221. Qui est amator sanctarum Scripturarum, sicut leo fortissimus bestiarum, ad nullus pavebit occursum. *Prose.*

222. Ipsa sacra scientia dat suo amatori in tribulatione constantiam, in adversitate tolerantiam, in humilitate victoriam.

223. Docet vita fugere, virtutes diligere, terrena despiciere, celestia quaerere, Deum super omnia amare. *Ibid.*

224. Scriptura torpentes ad devotionem excitat, mentem ad dilectionem Dei inflammant, contemptum praesentium suggerit, voluptatem carnis occidit. *Prose.*

225. Sine illa, hominis vita, aut voluptas, aut vanitas est: quia quis scientiam Scripturarum non amat, quid aliud quam vana potest diligere? *Ibid.*

226. Testimonium sacrae Scripturae est fortissimum ad arguendum, stabile ad corrigendum, efficax ad docendum, jucundum ad consolandum et validum. *Super Prolog. Regule S. Bened., cap. 2, text. 2.*

227. Nullius hominis consolatio tam efficax et sancta homini tribulato spiritus, sicut exhortatio sacrae Paginae. Quidquid quaeris, ibi invenies: quod desideras, ibi habebis. *Ibid.*

IDOLA.

JOAN. CAS.

S. JOAN. CARVOR.

S. JOAN. DAN.

JOAN. GERS.

JOAN. TITR.

®

228. Studium sacrae Scripturae manum a torpore excitat, torpentem terret, proficientem laudat, nescientem docet, doctum honorat. *Ibid.*

229. Inter omnia hujus mundi quaeque voluptuosa, jucunda, vel delectabilia, nihil me, teste Deo, plus delectat, plus satiat, plus et efficacius consolatur, quam sacra Scriptura; ibi invenio quod volo, instruo quid queram, confirmor ut sperem. *Ibid.*

230. Sancta sacrae Scripturae commendatio est, ut eam nemo explicare valeat: profunditas nimia, latitudoque maxima, quam nullus comprehendere potest. *Ibid.*

231. In sacra Scriptura animus cibus et potus est, dum juxta gratiam a Deo unicuique concessam sibi quisque quod faciat, inquirat et inveniat. *Ibid.*

232. Hic cibus sacratissimus est spiritus, hic consolatio mesiorum, confortatio debillium, liberatio captivorum, et refectio sanctorum animarum. *Ibid.*

233. Quod de sacris Scripturis auctoritatem non habet, eadem facilitate contemnitur, qua probatur. *Ibid.*

234. Quanto quisque magis in sacris eloquiis assiduis fuerit, tanto ex eis uberius intelligentiam capit: sicut terra, quo quanto amplius excolitur, tanto uberius fructificat. In cap. 6 Regut. S. Beves., verbo Sacras.

235. Tota series divinarum Scripturarum, quid continet aliud quam textum quemdam honorum ordinem, quo Deus hominibus vel jam praesentibus, vel etiam se daturum reprobis? Lib. 1, homil. 4 ad Monachos.

236. Scio vere nihil in hac vita homini salubrius posse contingere, quam si divinas cooperit Scripturas reverenter amare. *Ibid.*

237. Quanto quis in perdiscendis Scripturis fuerit studiosior, tanto minus carnalium voluptatum ardoribus inflammatur. *Ibid.*

238. Sacra Scriptura, est fons sapientiae, semita justitiae, forma disciplinae, apotheca salutis, magistra veritatis. De Laude Scriptur., cap. 2.

239. Scripturae quidem perfectae sunt, quippe a verbo Dei, et spiritu eius dictae. Lib. 1, Avers. heres., cap. 47.

240. Apponenti vel auferenti de Scriptura, potnam non modicam fore necesse est. *Ibid.*, lib. 6, cap. Venit.

241. Omnis latitudo Scripturarum in oratione Dominica, et Symboli brevitate concluditur. Lib. 1 de Sum. bono, cap. 51.

242. Quanto quisque magis ut sacris eloquiis assiduis fuerit, tanto ex eis uberius intelligentiam capit: sicut terra quo quanto amplius

excolitur, tanto uberius fructificat. *Ibid.*, lib. 3, cap. 9, sent. 2.

243. Eloquia sacra exterius incompertis verbis apparent, intrinsecus autem mysteriorum sapientia fulget. *Ibid.*, cap. 13, sent. 3.

244. Quidquid dicitur quod Catholicarum auctoritate Scripturarum non probatur, a sacra non approbatur Ecclesia. *Provec.*

245. Est quidem fundamentum solidum, super quod omnis fidei veritas, omnisque veritatis solidatur auctoritas. De Casto Convul., cap. 19.

246. Sacra Scriptura nobis est a Domino exhibitae, ut in ipsa intellectus nostri curiositas solidetur, et velut in quodam speculo, interna nostra facies videatur. *Provec.*

247. Ibi quid verum, quid falsum sit conspiciatur, ibi pulchra cognoscuntur: ibi quantum intellectus proficiat, quantum capiat, sine offuscatione aperitur. *Ibid.*

248. Sine Scripturis sanctis, nulla vere est conceptionum vis Deo digna. Centur. 4 de Viri. et virgo, cap. 82.

249. Scriptura est cithara David, per quam Saulis insana temperatur. *Provec.*

250. Scriptura est vomer Samgar aratorius, quo terra nostri cordis excolitur.

251. Haec est maxilla asini, in qua Samson sitionis relictur, et mille Allophyli occiduntur. Epist. 125 ad Gualter., episc. Rothomag.

252. Sunt quidam, qui sacram Scripturam timent, alii irident, alii destruunt, alii contemunt, alii per eam transeunt, alii habitant in ea, qui timent eam, pigri sunt: qui irident, superbi: qui destruunt, haeretici: qui contemunt, falsi fratres: qui transeunt, hospites: qui habitant, cives. *Ibid.*, serm. 12 Quadrag.

253. Cuncta divinarum Scripturarum eloquia ad nil aliud, nisi ad animarum salutem crebris sunt voluminibus exarata. Quidquid enim in his praecipitur, quidquid prohibetur, totum proculdubio ad provecum fit animarum. Lib. 5, epist. 42 ad Quemdam thesaur.

254. Sacrarum Scripturarum paginae semper versantur in manibus: in his totus celo, his immoratur, in his jugiter requiescit. Lib. 6, epist. 29 ad Stephan. monach.

255. Nihil dicendum novum, nihil docendum est, quod non constet auctoritate Scripturarum. Lib. 1, super Numer., cap. 8.

256. Divinis Scripturis suavis nihil est. Lib. 3, super Cant. in illud: Qui pacis inter illos, etc.

257. Nihil tam utile est, ut Scripturarum diligentia scrutatio. Super Luc., cap. 16, in illud: Mittis eum in domum, etc.

S. THOMAS
AQUINAS.

258. Scriptura sacra est regula fidei, cui nec addere, nec subtrahere licet. 2, 2, quest. 1, art. 9.

259. Auctor sacrae Scripturae, est Spiritus sanctus: non solum verborum, sed etiam rerum. Super 1 Sent., quest. 3 prologi, art. 5.

260. Sacra Scripturae auctoritas, superior est omni ratione. Super 1 Sent., dist. 2, art. 1.

261. Veritas est in Scripturis sanctis quaerenda, non eloquentia: omnis Scriptura sacra eo spiritu debet legi, quo facta est. *Provec.*

262. Quasere potius debemus utilitatem in Scripturis, quam subtilitatem sermonis. Lib. 4 de Unit. Chr., cap. 5.

263. Ea, quae in divinis eloquiis praecipuntur, non solum non facere, sed etiam ignorare, peccatum est. Epist. ad Monachos.

264. Sicut stellas caeli non extinguit nox, sic mentes fidelium et inherentes firmamento sancta Scriptura, non obscurat mundana iniquitas. In Decretis Gratiani, part. 1, distinct. 38, can. Sicut. Vide etiam tit. Auctoritas, sent. 17; Christianus, sent. 102, 103; Doctrina, sent. 121; Lectio, sent. 3, 9, 38, 50, 54, 59, 60, 65, 74, 76, 77, 85, 100, 102, 104, 105, 111, 112, 119; Psalmus, per totum; Res, sent. 87; Scrutari, sent. 12, 15; Studium, sent. 29, 51, 56, 57, 61; Theaurus, sent. 5.

SCRUPULOSITAS.

Definitio. Scrupulositas est vacillatio quadam consurgens cum formidine ex aliquibus conjecturis debilibus et incertis. Part. 1, tit. 3, cap. 10, § 9.

SENTENTIAE PATRUM.

1. Diabolus investigat complexiones hominum, et quos videt parvi cordis et pusillanimas et scrupulosos, ipsos aggreditur, et scrupulis occidit. Part. 1, cap. 10, § 10.

2. Mille surgunt apud aliquos scrupuli, more canum ablatantes, et haerere minantur ipsos qui valent in viam Dei, quos convincere et compescere melius quam per contemptum nequimus. *Ibid.*

3. Consilium salubre est, frequenter agere contra scrupulos leves et tepidos, vitando eos ad aliorum iudicium; quatenus ex consuetudine fiat homo robustus, solidus, et tranquillus in exercitio spirituali. *Ibid.*

4. In dubiis tutior via est eligenda, propter quod scrupulosus eligit viam rigidiorum. *Ibid.*

5. Ex scrupulo procedens tristitia, consumit vigorem et robur animi. *Ibid.*

6. Scrupulosus causatur ex complexione ad timorem idonea, ex segnitudo melancholica, et ex tentatione diabolica. *Ibid.*

S. LAURENTIUS
IUSTINI.

THOMAS
A. REMPIS.

S. VALER.
RESCOE.

S. ZEPHYR.
PAPA
ET MART.

S. MATHEUS
MARY.

S. ANTONIUS.

S. PETERUS
DAMIANUS.

S. IERONIMUS.

S. THEODOUS.

THEOPHILUS
LACTAN.

7. Ille se ad id quod credit et diligit, pertenturum esse desperat, cui male conscientia scrupulosus inest. Lib. 1, de Doctr. christ., cap. 40.

8. Deponendus sunt scrupulositates quaedam superfluae, quae conscientiam in erroris confusionem inducunt. In Speculo discipuli, part. 4, cap. 9.

9. Scrupulositas intelligentiam mysteriorum Dei superflua curiositate non invenit, sed fidem perdit, quam constat esse ducem salutis. Tract. 14.

10. Cum in dubiis constringimur, utiliter nimis subditur, ne in magnis aine venia peccamus. Lib. 32 Moral., cap. 17.

11. Scrupulum cogitationis scrupulose, aperta ratio dissolvat. Lib. 3 Dialogi., cap. 24, verbo Scrupulum.

12. Conscientia scrupulosa, omnia dubitat, et de omnibus disputat. Super Prae., cap. 19.

13. Scrupulositas, vitae aliorum est enucleator. Homil. 11, super Epist. ad Hebr.

14. Scrupulositas contra scrupulos agendum est, et ex ficto opere perdat certandum. Tract. de Praeparat. ad Missam., consid. 6.

15. Causant scrupuli inquietudinem mentis, quam fluctuare faciunt, a qua sicut muscae morientes perdunt suavitatem odoris, id est, devotiois et amoris sentimentum. Lib. 4, de Consul. Theolog.

16. Etsi turbationem aut vacillationem cor pati videtur ex scrupulosis motibus, modo per has, modo per illas passionum fluctuationes, manent tamen divinus amor firmus. *Ibid.*

17. Periculosa est scrupulositas, quae conscientiam in errorem precipitat. Lib. 4, ad Monachos, homil. 24.

18. Rejice superficuos aliquos inanes scrupulos; hi enim illuminationem internam prohibent, et conscientiam formidine, anxietate, privatione amore devenstant. In Speculo spirit., cap. 1.

19. Conscientiam scrupulosam, tanquam gravia impedimenta, Asecta semper devitet. In Iustit. spirit., cap. 8.

20. Qui scrupulositatem in anima pro parvis rebus habet, et non pro magnis, omnium quoque facit, mercedem amittit. Lib. 5, libell. 43, num. 14.

SENTENTIAE PAGANORUM.

21. Hominis conscientiam semper scrupulosus urit. Syzyg. 6, in Dialogo Aziachi.

22. Exprobandus dubia pro certis: non servamus modum rerum, statim in timorem venit scrupulosus. Epist. 13.

Vide etiam tit. Suspicio, sent. 15.

S. AUGUST.

S. BONAV.

S. GAUDENT.

S. GREGOR.
MAGNUS.

HUGO CARD.

S. JOHANNES
CHRISTOST.

JOAN. DEUS.

JOAN.
TERTI.

LUDOVICUS
BESICUS.

IN VILIS
FATE.

PLATO.

SENECA.

UNIVERSITATIS
MAGNIFICENTIA

S. IERONIMUS.

S. IERON.
NISP.

THEOPHILUS
LACTAN.

SCRUTARI.

S. BONAV. Definitio. Scrutari est inquirere, investigare, subtiliter inspicere. Super cap. 5, Joannis.

SENTENTIE PATRUM.

S. AMBROS. 1. Quid curiose queris investigare quod tibi non expedit scire, que cognoscere datur? Lib. 1, de Interpretat., cap. 9.

S. AUGUST. 2. Et consuetudine verum expertarum, inexplorata opera divina intrudere metitur humana. Epist. 146, ad Consentianum.

3. Mens humana prius hinc que facta sunt per sensus corporis experitur, eorumque notitiam pro inlimitatis humano modo caput, et deinde querit eorum causas. Lib. 4, de Genesi ad litt., cap. 32.

4. Ad celestia arcana penetranda, ratio per se non sufficit, nisi adjuva fidei. De Spiritu et anima, cap. 37.

5. Laudabilior animus est, cui nota est miseria sua, quam qui est non aspecta vias fiduciam et naturam rerum scrutatur. De Spiritu et anima, cap. 59.

6. Quanto magis inavia sunt que jubet qui jurat, tanto magis ea scrutatur animus, ut cognita faciat, et faciendo cognoscat, quia perfectius cognoscuntur cum fiunt. Super Psalm. cxviii, conc. 67.

7. Nilil est melius, nihil dulcius, quam divinum scrutari nullo strepente thesaurum; dulco est, homin est. Homil 25 ex Quinquaginta homil.

S. BERNARD. 8. Desinat anima quandiu in terra est, quia in caelis sunt, curiosos investigare, ne forte scrutatrix majestatis opprimatur a gloria. Prose.

9. Totum attende, et altiora te ne quaeraris, et fortiora te ne scrutatus fueris. Serm. 38, super Cant.

10. Formidolosa est scrutatio majestatis; at voluntatis tam lata quam pia. Ibid., serm. 62.

11. O custos cordis, si nondum es idoneus intrare ad temetipsum, quomodo ad illa rimanda idoneus eris, que sunt intra vel supra teipsum? prius fidi ad te, quam rimari presumas quam sunt supra te. De Inter. domo, cap. 65.

S. BONAV. 12. Scrutatio sacre Scripturae facienda est, cum diligentia, cum reverentia, cum reverentia, diligenter explorando, vehementer laborando, reverenter orando. Expos. 2, super Psalm. cxviii, cap. 2, vers. 2.

13. Humilitatis est scrutari, non imprudenter, non impudenter, sed prudenter; imprudenter scrutantur curiosi, impudenter invidiosi, prudenter virtuosus. Ibid., cap. 5, vers. 5, art. 4.

14. Perscrutatio nimia perducit ad insipientiam.

Super Ecclesiasten, cap. 7, in illud: Ne plus cupias, etc.

15. Scrutamini Scripturas: scrutamini, inquam, acuminis ingenii, subtilitate studii, diligentia scrutandi, et in lumine fidei: studium incertitiam signat operis, seruitium diligentiam meditationis. Super Joan., cap. 5, in illud: Scrutamini Scripturas.

16. Cavo, es que supra naturam sumi, curiosius inquiras. Homil. 42 de Festis Paschal.

17. Unusquisque majora altioraque se non debet intelligere; sed de his solis, que ipsi pro capta permissa sunt cogitare. Epist. 8, ad Demophilum vobiscum.

18. In feminis periculosa valde est profunda secretorum perscrutatio divinorum. De morificat. vobiscum, art. 11.

19. Divina opera non discutienda sunt, sed credenda. Homil. 1 de Symbolo.

20. Quis que ille es, qui obscurorum profunda non fide, sed curiositate rimaris; hoc potius insinuas cordi tuo, ut grimas dispositiones quanto difficultas investigare te videris, tanto reverentius audieris. Ibid.

21. Magna discretione opus est, ne velit quis divinam naturam rimari ultra quam potest. Super Ezech., cap. 49.

22. Humanis modis perscrutari non valet divina secreta, et omne quod ratione perscrutari non potest, credere contemnit, et per inquisitionem nimiam in errorem labitur. Lib. 16 Moral., cap. 27.

23. Cum spirituali a scrutari volumus, necesse est ut ab intentione nostra carnalia removeamus. Prose.

24. Quia mens interna non penetrat, quam exteriorum actuum pulvis cecat. Lib. 4, in 1 Reg., cap. 2.

25. Quando mens infirmiorum actiones curiose perscrutatur, a semetipsa recedit. Serm. 2, Dom. 3 post Pent.

26. Solent vicini non suam, sed alienam discutere vitia. In Regula Monachor., cap. 49, de Paucis et Detract.

27. Mala et pestilens curiositas est, quam secretum alienum improbo scrutari contendit. Lib. 3, de Arce Nos morali, cap. 16.

28. Sunt nonnulli, qui scrutari arcana conantur, et imandata cognoscere, multa scire, et nihil facere. Lib. 5, Didasc., cap. 40.

29. Scrutatur Deus secreta, corda, renes, prelatos, ecclesiam, religiones, peccatum, opera humana voluntatem, scrutatur diabolus carnem, homines ad perdendum, sapientiam; scrutatur fatuus uxores alienas, opera Dei, majestatem Dei, opera

S. CYRILLUS ALEX.

S. DIONYSIUS AREOPAG.

MONSIEUR CARTIER.

S. EUSEBIUS EMISEN.

S. JOHANNES CHRYSOST.

GLOSS. ORD.

S. GREGORIUS MAGNUS.

HAYMO.

S. JOAN. CLIA.

S. ISIDORUS HISPALENS.

IRINGO A S. VINCENZI.

HUGO A S. VICENTII.

HUGO CARD.

S. ISIDORUS PEL.

S. MACHAB.

propria; scrutatur sapiens scripturas, confessores, latentia sua peccata. Super Psalm. lxxvii.

30. Quidam scrutantur, ut sciunt, hinc est curiositas; ut laudentur; hinc est vanitas; ut lucrarentur, hinc est cupiditas; ut pervertantur, ut haereticus; ut edificentur, hinc est prudens humilitas; ut adificentur, hinc est charitas. Super Psalm. civiii.

31. Investigare quid de aliis dicatur, magnum periculum est: quoniam aliorum laus quandoque nos vult invidia, et infamia eorum quandoque nos inquinat, aut consensu, aut placentia. Prose.

32. Vacare talibus, nihil aliud est, quam venena sistre, et tymphae aut muscos venari.

33. Denique cum insania factor sit et famo odor: qui talis perscrutantur, velut canes sunt, qui omnia sibi occurrentia olfactunt, et ad singula naves suas applicant. Super Ecclesiasten, cap. 7.

34. Curiosus et nimis rerum divinarum perscrutator, nihil proficit, nihil invenit, praeter ultimam supplicium. Homil. 23, super Joan.

35. Aliorum facta curiose disquirere, impudentia singulari potissimum id argumentum est. Homil. 14, super 1 Timot.

36. Noli scrutari, o homo, causas proximi tui: sed si loquax es, et hac vitio detineris, loquere que tua sunt ad Deum. Homil. 24, super Epist. ad Hebr.

37. Scrutari non semper ignorantis est, sed exacte cognoscere volentis. Homil. 7, super 1 Cor.

38. Erudire, o homo! in terrenis, et his que hic sint: caelum autem non temere, nec curiose scrutaris; et utinam caelum, et non caeli Dominum, Prose.

39. Terram non nosti, dic mihi, de qua es, in qua es, ex qua nutritus es, quam habitas, quam calcas: sine qua nec respirare potes, et ea que tam procul absunt, temere disculis? Homil. 7, super 1 Theos.

40. Gravissimum est, velle abyssum iudiciorum Dei curiose perscrutari. Grad. 36.

41. Sic divina scrutare mysteria, ut semper ea cogites immensa. Lib. 4, de Sum. bono, cap. 8, sent. 19.

42. Ea que sunt supra hominis intelligentiam, scrutanda non sunt. Ibid., lib. 2, cap. 1, sent. 7.

43. Sicut solis radius dum conspicitur, acies oculi belebatur: sic et qui immoderate altiora se scrutatur, ab intentione veri obtunditur. Ibid., lib. 3, cap. 23.

44. Sordida mens sanctorum rerum quicquam utiliter perscrutari non potest. Lib. 1, epist. 30a, ad Charesmian.

45. Quanto plus volueris ratione sensum Dei

scrutari ac penetrare, tanto plus in profundum descendes, et nihil comprehendes. Homil. 12.

46. Quod scire licet, discutere non licet: credere convenit, non convenit percurrant. Serm. 49.

47. Doctrinae causa aliquid querere ac sciscitari, perquam utilis est. Habet, apud D. Joan. Damasc., lib. 3, Paral., cap. 73.

48. Quae Deus oculis esse voluit, non sunt scrutanda: quae autem manifesta fecit, non sunt negligenda: ne et in illis illicita curiosi, et in istis, damnabiliter inveniamur ingrati. Lib. 1 de Vocat. gent., cap. 21.

49. Non appetamus habere cognitum, quod Deus voluit esse secretum: et ubi investigari non potest quare ita iudicet, sufficit scire quis iudicet. Ibid., lib. 2, cap. 24.

50. Extreme demencia est, rationem generorum curiose indagare. Quest. 68, super Genes.

51. Quod si curiosus aliquid inquirere libet ejusdem tua curiositas compendium sit divine laudis et gloria celebratio. Serm. 6 de Provident.

52. Nilil tam utile est, ut Scripturarum diligens scrutatio. Super Luc., cap. xvi, super illud: Misit eum in domum Patris mei, etc.

53. Nemo curiose aliorum facta veli perscrutari, nemo alios inspiciendo, ea negligat: sed ante omnia curam sui generis de reliquis laceat, que ad ejus commissionem non spectant. Serm. 3 ad Novit., divis. 1.

54. Quae supra nos nihil ed nos. In suis sententiis, sent. 1.

Vide etiam tit. Curiositas, sent. 35; Inveniri, sent. 33, 34; Judicium Dei, sent. 40; Mysterium, sent. 24, 36; Sapientia, sent. 95.

SECRETUM IN GENERE.

Definitio. Secretum est omne quod a nemine, vel a tam paucis scitur, ut neque sit famosum, neque notorium.

SENTENTIE PATRUM.

1. Non est fragilitatis nostre, celorum secreta discutere. De fide et symbolo., cap. 6.

2. Boni per malorum poenitentia vanitas, diligenti arcana veritatis inquirunt. Lib. 1 contra advers. legis, cap. 6.

3. Crucient me cordis arcana. Lib. Medit., cap. 4.

4. Secretum Dei intentos debet fecere, non adversos. Tract. 37, super Joan.

5. Quaedam secreta nimis abilita, cum dicta doceat possunt, petari a discente non possunt. Tract. 97 super Joan.

6. Regni Dei arcana et secreta prius querunt

ÆGYPT. SEN.

S. PETERUS CHRYSOLOG.

PIELO JUD.

S. PROPER.

S. THEODOC.

THEOPHYLACTUS.

THOMAS A KEMPIS.

SOCRATES.

COLLECTOR.

S. AUGUST.

- credentes, quo faciant intelligentes. Homil. 32 ex *Quinquag.* Homil.
- S. BERNARD. 7. Quid tam amicum verecundo animo, quam secretum? porro secretum et nox et lectulus habet. Serm. 86, super *Cant.*
8. Secretum consilium, secretum querit auditum. Epist. 407 ad *Thomam* proposit.
- S. CASSIUS ABRILAT. 9. Sancta anima, que secretum suum custodire voluerit, assiduitatis malum tota animi virtute fugiat. Epist. Ad *quosdam.*
- CASSIUS. 10. Licet nobis nullo celestiorum sint potestates colorum, nulli tamen creaturarum datum est cogitationum nostrarum plenissime secreta cognoscere. Super *Psal.* vii, vers. 10. *Scrutans corda*, etc.
- DIONYSIUS CARTHUS. 11. In feminis periculosa valde est profunda secretorum perscrutatio divinorum. De *meritibus*, art. 41.
- S. GREGOR. MAGNUS. 12. Qui occulta et intima querit, et exteriora non deserit: ea que necit adire, non invenit. Lib. 5, in *1 Reg.*, cap. iv.
13. Secreta non habentibus altitudo, quam ex eo quod non omnibus fidem habemus. Serm. 8, super *Epist.* ad *Ephes.*
- S. LAURENT. IUSTIN. 14. Ex charitatis refrigeratione nascuntur secreta. *Ibid.*
15. Ubi incomposita est lingua, ibi nil potest esse occultum. De *discip.* *Monast. conversat.*, cap. 15.
- PELLO JUD. 16. Est primum et efficacissimum, quod nemo secretum recte committit ebrio. De *Plant. Noe.*

SECRETORUM REVELATIO.

SENTENTIE PATRUM.

- S. ALBERT. MAGNUS. 1. Familiaris est Dominus simplicibus, quibus non indignatur arcanum suum revelare. In *Paradiso anime*, part. 1, de *Virtute*, cap. 39.
2. Peccat Deo, qui commissa sibi secreta mysteria, putaverit indignis esse vulganda. Super *Psal.* cxxviii, serm. 2, vers. 3.
- S. ANTONIN. 3. Non unicumque manifestes secreta tua, sed tibi qui possit, et velit juvare. Part. 4, tit. 5, cap. 20, § 7.
- S. ANTONIUS DE PADUA. 4. Qui confessionem, non deo verbo (quod pejus est omni homicidio) sed signo vel alio quocumque modo occulto, vel manifesto, irrisorie, vel applausorie demandant et manifestant (audacter dico) gravius peccant proditori Juda, qui Dei Filium Judaeis vendidit. Serm. 9 *Dom.* 1 *Quadrages.*
- S. AUGUST. 5. Nullum procedit rei alienius ex ore corporis verbum, cuius est in corde silentium. De *continent.*, cap. 1.
6. Secretorum revelatio, quia nihil est turpius, nihil execrabilius, nihil amoris vel gratie relinquens inter amicos, sed omnia replens amaritudi-

dine indignationis, et odii atque doloris felle cuncta aspergans, omnino cavenda est. De *Amicitia*, cap. 43.

7. Amicorum revelare secreta, sacrilegium est: quo fides amittitur, et animae captivata desperatio importatur; ut patet in Achilophel proditore. *Ibid.*

8. Ad secretatum spectat, sine timore et suspitione omnium consiliorum inter amicos, et secretorum revelatio. *Ibid.*, cap. 47.

9. Omne secretum quod sobrietatis custodit, temeritate publicat. De *Sobrietate*, cap. 3.

10. Res que nunquam debet de corde discedere, nec ab ore discedat. Tract. 7 super *Epist. Joan.*

11. Secreta Regis celare, hominum est, magna autem Dei revelare, honorificum. In suis *Prov.*, verbo *Secreta*.

12. Proditor secretorum, et tenax malarum suspitionum, utrobique perversus est. De *Inter. domo*, cap. 31.

13. Nullum secretum est, ubi ebrietas est. Serm. 25, ad *Saraceni.*

14. Qui secreta revelat, est sicut sacca sine fundo, et sicut vas sine operitorio. Tit. 3 *Divus*, cap. 7.

15. Magni secreti dignitas, denotore velamine perlegatur. Super *Psal.* cvii.

16. Gloriosi quicquid est, commissa tibi signa servare. Epist. 73 ad *Subiavianum*, cap. 3.

17. Nulli illo homine miserabilius, qui secretum nullum legit, sed ad arcana deludens ac prodenda est promptissimus. De *ita qui caret longanimitate*.

18. Frustra queris ab hominibus in terra, quod solus Deus novit in celo. Super *Daniel.*, cap. 2.

19. Quanto magis Sancti in presenti vita affliguntur, eo amplius illis secreta celestia manifestantur. Super *Apocal.*, cap. 1, in illud: *Que dicitur Patruos*, etc.

20. Secreta cordis motu corporis, et gestibus indicantur. Lib. 3 super *Ezech.*, cap. 8, super *illud Matth. xii: Ex abundantia cordis os loquitur.*

21. Si quis voluerit tuis misceri amicitias; et hunc videris prioris amici pendente secreta, hunc veluti perditum cave. Lib. 2 super *Prov.*, cap. 20, super illud: *Et qui recessit mysteria.*

22. Affabilitas familiarem facit, familiaritas secretum aperit, apertio secretorum amicitiam servat. Lib. 3 de *Claustris amicor.*, cap. 5.

23. Ad seniores semper sunt summa diligentia cuncta que in cordibus oriuntur, subdito confessionis relamine, delocanda. Collat. 2 *Abbat. Moysis*, cap. 11.

- S. JOHANNES CHRYSOST. 24. Ne dixeris ea que nosti, sed sile, si vis bonum nomen habere. Homil. 4 super *Acta Apost.*
25. Careas secretorum revelationem; si quidem fugatur amicus, maxime si secreta illius revelaveris. Serm. 9 super *Epist. ad Ephes.*
26. Si omnes fuerimus amici, nihil opus erit secretis: et si charitas nobis fuerit, non erit inter nos secretorum revelatio. *Ibid.*
27. Ubi nulla sunt secreta, ibi non potest esse ex secretorum revelatione amicitia diremptio. *Ibid.*
- S. HENRICUS HERTALENS. 28. Non omnibus ea que sunt clausa, aperienda sunt. Lib. 5, de *Sum. bono*, cap. 48, sent. 3.
- S. LAURENT. JUSTIN. 29. Citius panduntur secreta precibus, quam studio. De *signo vite*, tract. 13, de *Orat.*, cap. 2.
- PETRUS BURENS. 30. Mysterii, vel secreti revelatio execrabilis est. De *amicitia*, cap. 42.
- S. PAVLUS GABRIANUS. 31. Stultus quidquid occultum est, per impatientiam fundi, producit in medium! prudens, si dicet utilitas, sub clave silentii servat arcanum. Lib. 6, epist. 27 ad *Petr. Cerebros. monach.*
- S. THOMAS AQUINAS. 32. Loquaces homines ea, que silentio premi debebant, evocantes, lingue pruriginis quodammodo laborantes, in aures audientium indignas profundunt. Habel. apud D. Joan. Damasc., lib. 2; *Paroli.*, cap. 84.
33. Revelare secreta in malum persone, est contra fidelitatem. 2, 2, quest. 68, art. 1.
34. Non omnino est secretum, quod per sufficientes testes potest probari. *Ibid.*
- IN VIT. PATR. 35. Quocumque hora tegimus peccatum fratris nostri, tegit etiam Deus nostrum: et quocumque hora proditoriam culpam fratrum, et Deus nostras similiter prodit. Lib. 5, libell. 9, num. 6.
- SENICA. 36. Quod tacitum esse velis, nemini dixeris. De *Morbis*.
- Vide etiam tit. *Ebrietas*, sent. 16; *Mysterium*, sent. 27.

SECLUM SECULARIS.

- GLOSS. ORD. *Etymologia.* Secula dicuntur a sequendo, eo quod sequuntur in semet redeundo, ac revertendo. Super *Epist. ad Hebr.*, cap. 1, in illud: *Per quem facti et secula.*
- HUGO A S. VICTORE. Seculum dicitur a sequendo, quia unum sequitur post aliud. Super *Epist. ad Rom.* in illud: *In secula seculorum.*
- S. THOMAS AQUINAS. *Definitio.* Seculum nihil est aliud, quam periodus conjunctio rei. Part. 4, *Summa*, quest. 10, art. 2, in corp. ad 1.

SENTENTIE PATRUM.

- S. AMBROS. 1. Quid mihi prodest carere secularibus, nisi fuero mitis et mansuetus? Lib. 5, super *Luc.*, cap. 6, in illud: *Beati mites.*
2. Non mediore periculum est, si cum habeas Tom. IV.

tanta eloquia Dei, loquaris que seculi sunt, audias que seculi sunt. Super *Psal.* cxviii, serm. 22, vers. 4.

3. Malus secularis est vere mortuus, et bonus regularis vere vivens. Part. 4, tit. 5, cap. 1, § 43.

4. Vana seculi hujus, si incerta concupiscentia, experta contemnas; fallax est enim in eis suavitas, et infructuosus labor, et perpetuus timor, et periculosa sublimitas, initium sine prudentia, et finis cum penitentia. Epist. 82, ad *Laryon.*

5. Amatores hujus seculi, quando res velut prosperas habent, fastu respiciunt salubres monitus, et quasi anilem reputant cautellam: quando autem in adversa agunt, magis cogitant evadere unde ad presens anguntur, quam capere unde curantur, et unde perveniunt ubi anguntur omnino non possunt. *Ibid.*

6. Mare hoc seculum est, non solum tempestatibus scopulisque periculosum, verum etiam bestis cupiditatum insidiantibus abundans. De *Cataclysmo*, cap. 1.

7. Amas seculum, absorbibit te: amatores enim suos vorare novit, non portare. De *Verbis Dom.*, serm. 43.

8. O vita seculi quam tantos decipis, de propriis tantos seduxisti, tantos excecasti, quam dum fugis nihil es, dum videris umbra es, dum exaltas fumus es: ibi licet es stultus, amara sapientibus, timenda es et fugienda. *Prosee.*

9. Seculum vanum est dum multa promittit, decipit eum qui ejus amicos voluerit esse, inimicus Dei constituitur, amicitia enim seculi, inimicitia Dei est.

10. Vita seculi, vita atrocissima, quam honores tumidant, dolores aestuant, aeres moribundant, ecce inflant, jejunia macerant, joci moribundant.

11. Vitium seculi tristitiam consumunt, sollicitudo coarctat, securitas hebetat, divitiæ superbiunt, paupertas excipit, juvenus extollit, senectus incurvat, frangit infirmitas, moror consumit, et super his omnibus mors atrocissima succumbituri furibunda. Serm. 49 ad *frat.* in *Fremo.*

12. Homines non valent camas confectere seculorum priorum, quas experti non sunt, cum his quas experti sunt. Lib. 3 *Conf.*, cap. 7.

13. Iam per viam seculi latam, nec deserebas me. *Ibid.*, lib. 6, cap. 5.

14. Nostras orationes sepe sanciat et debilitat caligo, et tumultus secularium. Epist. 84.

15. Omnis creatura non ante secula, sed a seculis: unigenitus autem ante secula, per quem facta sunt secula. Lib. 5 de *Gen.* ad *lit.*, cap. 19.

16. Secularis dicitur nulla, que in hoc seculo sic aguntur, ut brevi etiam tempore transeant. Lib. 16 de *Civit. Dei*, cap. 26.

- credentes, quo faciant intelligentes. Homil. 32 ex *Quinquag.* Homil.
- S. BERNARD. 7. Quid tam amicum verecundo animo, quam secretum? porro secretum et nox et lectulus habet. Serm. 86, super *Cant.*
8. Secretum consilium, secretum querit auditum. Epist. 407 ad *Thomam* proposit.
- S. CASSIUS ABRILAT. 9. Sancta anima, que secretum suum custodire voluerit, assiduitatis malum tota animi virtute fugiat. Epist. Ad *quosdam*.
- CASSIUS. 10. Licet nobis nullo celestiorum sint potestates colorum, nulli tamen creaturarum datum est cogitationum nostrarum plenissime secreta cognoscere. Super *Psal.* vii, vers. 10. *Scrutans corda*, etc.
- DIONYSIUS CARTHUS. 11. In feminis periculosa valde est profunda secretorum perscrutatio divinatorum. De *meritificat.* *visitation.*, art. 41.
- S. GREGOR. MAGNUS. 12. Qui occulta et intima querit, et exteriora non deserit: ea que necit adire, non invenit. Lib. 5, in *1 Reg.*, cap. iv.
13. Secreta non habentibus altitudo, quam ex eo quod non omnibus fidem habemus. Serm. 8, super *Epist.* ad *Ephes.*
- S. LAURENT. IUSTIN. 14. Ex charitatis refrigeratione nascuntur secreta. *Ibid.*
15. Ubi incomposita est lingua, ibi nil potest esse occultum. De *discipl. Monast. conversat.*, cap. 15.
- PELLO JUD. 16. Est primum et efficacissimum, quod nemo secretum recte committit ebrio. De *Plant. Noe.*

SECRETORUM REVELATIO.

SENTENTIE PATRUM.

- S. ALBERT. MAGNUS. 1. Familiaris est Dominus simplicibus, quibus non indignatur arcanum suum revelare. In *Paradiso anime*, part. 1, de *Virtute*, cap. 39.
2. Peccat Deo, qui commissa sibi secreta mysteria, putaverit indignis esse vulganda. Super *Psal.* cxxviii, serm. 2, vers. 3.
- S. ANTONIN. 3. Non unicumque manifestes secreta tua, sed tibi qui possit, et velit juvare. Part. 4, tit. 5, cap. 20, § 7.
- S. ANTONIUS DE PADUA. 4. Qui confessionem, non deo verbo (quod pejus est omni homicidio) sed signo vel alio quocumque modo occulto, vel manifesto, irrisorie, vel applausorie demandant et manifestant (audacter dico) gravius peccant proditori Juda, qui Dei Filium Judaeis vendidit. Serm. 9 *Dom.* 1 *Quadrages.*
- S. AUGUST. 5. Nullum procedit rei alienius ex ore corporis verbum, cuius est in corde silentium. De *continent.*, cap. 1.
6. Secretorum revelatio, quia nihil est turpius, nihil execrabilius, nihil amoris vel gratie relinquens inter amicos, sed omnia replens amaritudi-

dine indignationis, et odii atque doloris felle cuncta aspergans, omnino cavenda est. De *Amicitia*, cap. 43.

7. Amicorum revelare secreta, sacrilegium est: quo fides amittitur, et animae captivata desperatio importatur; ut patet in Achilophel proditore. *Ibid.*

8. Ad secretatum spectat, sine timore et suspitione omnium consiliorum inter amicos, et secretorum revelatio. *Ibid.*, cap. 47.

9. Omne secretum quod sobrietatis custodit, temeritate publicat. De *Sobrietate*, cap. 3.

10. Res que nunquam debet de corde discedere, nec ab ore discedat. Tract. 7 super *Epist. Joan.*

11. Secreta Regis celare, hominum est, magna autem Dei revelare, honorificum. In suis *Prov.*, verbo *Secreta*.

12. Proditor secretorum, et tenax malarum suspitionum, utrobique perversus est. De *Inter. domo*, cap. 31.

13. Nullum secretum est, ubi ebrietas est. Serm. 25, ad *Saraceni.*

14. Qui secreta revelat, est sicut sacca sine fundo, et sicut vas sine operitorio. Tit. 3 *Divus*, cap. 7.

15. Magni secreti dignitas, denotore velamine perlegatur. Super *Psal.* cvii.

16. Gloriosi quicquid est, commissum tibi signa servare. Epist. 73 ad *Jubaianum*, cap. 3.

17. Nulli illo homine miserabilius, qui secretum nullum legit, sed ad arcana deludens ac prodenda est promptissimus. De *ita qui caret longanimitate*.

18. Frustra queris ab hominibus in terra, quod solus Deus novit in celo. Super *Daniel.*, cap. 2.

19. Quanto magis Sancti in presenti vita affliguntur, eo amplius illis secreta celestia manifestantur. Super *Apocal.*, cap. 1, in illud: *Que dicitur Patruos*, etc.

20. Secreta cordis motu corporis, et gestibus indicantur. Lib. 3 super *Ezech.*, cap. 8, super *illud Matth. xii: Ex abundantia cordis os loquitur*.

21. Si quis voluerit tuis misceri amicitias; et hunc videris prioris amici pendente secreta, hunc veluti perditum cave. Lib. 2 super *Prov.*, cap. 20, super illud: *Et qui recessit mysteria*.

22. Affabilitas familiarem facit, familiaritas secretum aperit, apertio secretorum amicitiam servat. Lib. 3 de *Claustris amicis*, cap. 5.

23. Ad seniores semper sunt summa diligentia cuncta que in cordibus oriuntur, subdito confessionis relamine, delocanda. Collat. 2 *Abbat. Moyis*, cap. 11.

- S. JOHANNES CHRYSOST. 24. Ne dixeris ea que nosti, sed sile, si vis bonum nomen habere. Homil. 4 super *Acta Apost.*
25. Careas secretorum revelationem; si quidem fugatur amicus, maxime si secreta illius revelaveris. Serm. 9 super *Epist. ad Ephes.*
26. Si omnes fuerimus amici, nihil opus erit secretis: et si charitas nobis fuerit, non erit inter nos secretorum revelatio. *Ibid.*
27. Ubi nulla sunt secreta, ibi non potest esse ex secretorum revelatione amicitia diremptio. *Ibid.*
- S. HENRICUS HERTALENS. 28. Non omnibus ea que sunt clausa, aperienda sunt. Lib. 5, de *Sum. bono*, cap. 48, sent. 3.
- S. LAURENT. JUSTIN. 29. Citius panduntur secreta precibus, quam studio. De *signo vite*, tract. 13, de *Orat.*, cap. 2.
- PETRUS BURENS. 30. Mysterii, vel secreti revelatio execrabilis est. De *amicitia*, cap. 42.
- S. PAVLUS GALIARUM. 31. Stultus quidquid occultum est, per impatientiam fundi, producit in medium! prudens, si dicet utilitas, sub clave silentii servat arcanum. Lib. 6, epist. 27 ad *Petr. Cerebros. monach.*
- S. THOMAS AQUINAS. 32. Loquaces homines ea, que silentio premi debebant, evocantes, lingue pruriginis quodammodo laborantes, in aures audientium indignas profundunt. Habel. apud D. Joan. Damasc., lib. 2; *Paroli.*, cap. 84.
33. Revelare secreta in malum persone, est contra fidelitatem. 2, 2, quest. 68, art. 1.
34. Non omnino est secretum, quod per sufficientes testes potest probari. *Ibid.*
- IN VIT. PATR. 35. Quocumque hora tegimus peccatum fratris nostri, tegit etiam Deus nostrum: et quocumque hora proditoriam culpam fratrum, et Deus nostras similiter prodit. Lib. 5, libell. 9, num. 6.
- SENICA. 36. Quod tacitum esse velis, nemini dixeris. De *Morbis*.
- Vide etiam tit. *Ebrietas*, sent. 16; *Mysterium*, sent. 27.

SECLUM SECULARIS.

- GLOSS. ORD. *Etymologia.* Secula dicuntur a sequendo, eo quod sequuntur in semet redondo, ac revertendo. Super *Epist. ad Hebr.*, cap. 1, in illud: *Per quem facti et secula*.
- HUGO A S. VICTORE. Seculum dicitur a sequendo, quia unum sequitur post aliud. Super *Epist. ad Rom.* in illud: *In secula seculorum*.
- S. THOMAS AQUINAS. *Definitio.* Seculum nihil est aliud, quam periodus conjunctio rei. Part. 4, *Summa*, quest. 10, art. 2, in corp. ad 1.

SENTENTIE PATRUM.

- S. AMBROS. 1. Quid mihi prodest carere secularibus, nisi fuero mitis et mansuetus? Lib. 5, super *Luc.*, cap. 6, in illud: *Beati mitis*.
2. Non mediore periculum est, si cum habeas Tom. IV.

tanta eloquia Dei, loquaris que secuti sunt, audias que secuti sunt. Super *Psal.* cxviii, serm. 22, vers. 4.

3. Malus secularis est vere mortuus, et bonus regularis vere vivens. Part. 4, tit. 5, cap. 1, § 43.

4. Vana seculi hujus, si incerta concupiscentia, experta contemnas; fallax est enim in eis suavitas, et infructuosus labor, et perpetuus timor, et periculosa sublimitas, initium sine prudentia, et finis cum penitentia. Epist. 82, ad *Laryon*.

5. Amatores hujus seculi, quando res velut prosperas habent, fastu respiciunt salubres monitus, et quasi anilem reputant cautellam: quando autem in adversa agunt, magis cogitant evadere unde ad presens anguntur, quam capere unde curantur, et unde perveniunt ubi anguntur omnino non possunt. *Ibid.*

6. Mare hoc seculum est, non solum tempestibus scopulisque periculosum, verum etiam bestis cupiditatum insidiantibus abundans. De *Cataclysmo*, cap. 1.

7. Amas seculum, absorbibit te: amatores enim suos vorare novit, non portare. De *Verbis Dom.*, serm. 43.

8. O vita seculi quam tantos decipis, de propriis tantos seduxisti, tantos excecasti, quam dum fugis nihil es, dum videris umbra es, dum exaltas fumus es: ibi licet es stultus, amara sapientibus, timenda es et fugienda. *Prosee*.

9. Seculum vanum est dum multa promittit, decipit eum qui ejus amicos voluerit esse, inimicus Dei constituitur, amicitia enim seculi, inimicitia Dei est.

10. Vita seculi, vita atrocissima, quam honores tumidant, dolores aestuant, aeres moribundant, ecce inflant, jejunia macerant, joci moribundant.

11. Vitium seculi tristitiam consumunt, sollicitudo coarctat, securitas hebetat, divitiæ superbiunt, paupertas excipit, juvenus extollit, senectus incurvat, frangit infirmitas, moror consumit, et super his omnibus mors atrocissima succumbituri furibunda. Serm. 49 ad *frat.* in *Fremo*.

12. Homines non valent carnis confectore seculorum priorum, quas experti non sunt, cum his que experti sunt. Lib. 3 *Conf.*, cap. 7.

13. Iam per viam seculi latam, nec deserebas me. *Ibid.*, lib. 6, cap. 5.

14. Nostras orationes sepe sanciat et debilitat caligo, et tumultus secularium. Epist. 84.

15. Omnis creatura non ante secula, sed a seculis: unigenitus autem ante secula, per quem facta sunt secula. Lib. 5 de *Gen. ad lit.*, cap. 19.

16. Secularis dicitur nulla, que in hoc seculo sic aguntur, ut brevi etiam tempore transeant. Lib. 16 de *Civit. Dei*, cap. 26.

17. Saeculorum ordo tanquam pulcherrimum carmen est. *Ibid.*, lib. 4, cap. 48.

18. Nemo potest transire mare hujus saeculi, nisi erit Christi portatus. Tract. 2 super *Joa.*

19. Laetitia saeculi vanitas. *Ibid.*, tract. 7.

20. Populus fidelis non novit gaudere de saeculo. *Ibid.*

21. Iter hujus saeculi molestum est, plenum est tentationibus; in rebus prosperis ne exsollat, in rebus adversis ne frangat. *Ibid.*, tract. 12.

22. Si saeculum non amaramus, ad eum qui nos vocavit, pia mente perpetuo pulsavimus. *Ibid.* tract. 46.

23. Amor saeculi, contemptus est Dei; amor saeculi, thesaurizat morti. In suis *Proc.*, verbo *Amor.*

24. In hoc saeculo, conculeat fortior minus ferrem; ridet sapiens indoctum; simplicem fallit astutus; potens despiciat inbecillum. *Serm.* 2, *Nativit.*

25. Minus damnable est in saeculo perire, quam in monasterio. *Serm.* 2, de *S. Michael.*

26. Quid tibi cum saeculo, qui saeculum sprevisi? *Epist.* 2, ad *Fulconem.*

27. Multo facilius repesit multos saeculares converti ad bonum, quam quamquam de religiosis transire ad melius. *Epist.* 98, ad *Richard.* abbat.

28. Mare, saeculum est; naves, Ecclesiae. *Lib.* 2, de *Corinth.* ad *Eugen.* *Pap.*

29. In saeculo est Vita laboriosa, vita criminosa, vita carnalis, vita terrena, vita turbulenta, vita litigiosa, vita contentiosa, vita diabolica, vita luxuriosa, vita villosa, vita plena villis, vita iniquitatis. *Serm.* 20, ad *Savorem.*

30. Laeus hoc saeculum est, qui quasi delectabilis et tranquillus creditur; sed quas profunditates et mensuras habet ignoratur. Super *Psalm.* xxv, vers. 4, *Descendens in lacum.*

31. Odio debent esse, quas saeculi sunt, ut rebus celestibus totis impendantur affectibus. Super *Psalm.* cxviii, vers. *Dirigi omnem viam iniquitatis.*

32. Nihil appetere jam, nihil desiderare de saeculo potest, qui saeculo major est. *Epist.* 2, ad *Dionat.*, cap. 10.

33. Vincit a saeculo non potest, qui unde vincitur in saeculo non potest. *De Lapsis*, cap. 5.

34. Molestis et laqueis secularibus obligari non debent, qui divinis rebus et spiritibus occupati sunt. *Epist.* 66, ad *Clericum et plebem Furnitionorum.*

35. Quid tam vile, tam impium, tamque horrendum et fugiendum quam saeculum? *Prose.*

36. Quid tam injuriosum, tam ingratum, tam insensatum, imo tam furibundum ac stultum, quam saeculum? In *Exhort. ad Novitios*, art. 4.

37. Non potest ad divina contemplationis dulcedinem, cor saecularibus plenum negotiis aspirare; sed oportet ut saeculo moriatur. *De Motivis cat. visiois*, art. 12.

38. Magnam saeculo rapit praedonem, qui se abstrahere contendit a saeculo. *Serm. de castigat.*

39. Praesenti saeculo quasi tabernaculum ultimam. Super illud *Joia* 38: *Quasi tabernaculum pastorum.*

40. Plerumque ex actione saecularium confunditur vita Religiosorum. In *praefat. Moral.*, in cap. 2.

41. Qui pro amore praesentis saeculi a sensu rationis alienatus est, dum quicquid pro mundo sustinet, laeve reputat; laboris amaritudinem quam tolerat ignorat. *Lib.* 7 *Moral.*, cap. 8.

42. Omnes hujus saeculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt, in celestibus debiles. *Prose.*

43. Nam pro temporali gloria usque ad mortem desudare appetunt, et pro spe perpetua non parum quidem in labore subsistant.

44. Pro terrenis lucris quaslibet injurias tolerant, et pro caelesti mercede, vel tenuissimi verbi terre contumelias recusant.

45. Terreno iudicio toto etiam die assistere, fortes sunt, in oratione vero coram Domino, vel unius horae momento lassantur. *Ibid.*, lib. 19, cap. 19, *ut in 25.*

46. Repente alta saeculi corrumpit, pulchra transeunt, laeta et prospera evanescent. *Lib.* 5, in *I Regum*, cap. 3, super illud: *Et servite Domino.*

47. Qui in amore celestium fixus, saeculum perfecto desperavit, nulli omnino vanitati succumbit, nulla hunc adversarius dejicit, nulla prosperitate corrumpitur, flagella proficit. In *septem Psalm.* *Pentit.*, super *Psalm.* ii, vers. 13: *Speretis autem in Domino.*

48. Facile saeculi rumpit vincula amor Dei, et gehennae timor. *Epist.* 4 ad *Hiliodor.*

49. Quid agit, frater in saeculo, qui major es mundo? *Ibid.*

50. Delictus es frater, si et hic vis gaudere cum saeculo et postea regnare cum Christo. *Ibid.*

51. Quando eras in saeculo, ea quae erant saeculi diligebas; nunc autem, quia saeculum reliquisti, serva fœdus, quod pepigisti. *Ibid.*, *Epist.* 8, ad *Demetrium.*

52. Noli inter saeculares esse monachos, et inter monachos saecularis. *Epist.* 35, ad *Julian.*

S. EUGENIUS
EMILIANUS,
GLOSS. ORN.

S. GREGORIUS
MAGNUS.

G. HILARIIUS

REGO A S.
VICTORE.

S. JOHANNES
CHRYSOSTOMUS.

53. Difficile, imo impossibile est, ut in utroque saeculo quis primus sit, ut et in caelo et in terra appareat gloriosus. *Ibid.*

54. Proh pudor! fragilior serpens vincti saeculum, et robustior superatur a saeculo. *Epist.* 40, ad *Rustic.*

55. Saeculum est ut mare impatiens natura, et sine ventis inflatum, erigens scilicet in ipsa tranquillitate minaces atque terribiles fluctus. *Epist.* 6, ad *Americum.*

56. Nihil ingratius saeculo, rebusque saeculi: quas dum tenemus, amittimus. *Lib.* 3, super *Amos*, cap. 6, super illud *Psalm.* lxxxix: *Subiitote Deo*, etc.

57. Rem saeculi famulus Dei, non sine saeculi ipsius vitiiis assuetur. Super *Math.*, can. 19.

58. In hoc saeculo diabolus insidiat, mundus adulatur, caro delectatur, anima excruciat, totus homo contrahitur. *Lib.* 4, de *Anima*, cap. 5.

59. In praesenti saeculo omnis laetitia periculosa est, omnis securitas caibus plena, omnis jucunditas laqueis impeditur. *Hom.* de *eo quod scriptum est in lect. Judic.*, cap. ii.

60. Qui saecularibus rebus servit, et illis deditus in proposito perseverat, necesse est ut illo celestem amittat thesaurum. *Homil.* 64, super *Math.* *oper. post.*

61. Crebra pericula in saeculo sunt, alia super alia detrimenta semper accidunt, spes tenuis, magna tam pecuniarum, quam corporis acervitis sollicitudoque animi continua. *Ibid.*, *homil.* 68.

62. Vinculum hujus saeculi est terrenarum rerum affectio. *Homil.* 69, super *Joa.*

63. Quemadmodum spina ubicunque tangitur, tangentem pungit; ita saecularia, ubicunque comprehenderit, ledunt. *Ibid.* 87.

64. Nulli est dubium incivium esse saeculum sancti Domini. Qui enim sanctorum in saeculo persecutionem non fuit perperass, aut ab inimicis jugulatus? *Serm.* 1 de *Martyr.*

65. Nemo diligitur a saeculo; nisi qui exera-bilis fuerit Deo. *Ibid.*

66. Figura hujus saeculi depressa est, vilis, temporalis, nihil habens sublime, nihil stabile, nihil recti: sed omnia perversa. *Serm.* 20, super *Epist.* ad *Rom.*

67. Sicut spina undecunque capitur, tantum pungit; sic saecularis undecunque detinetur, tantum tenet se, vel seculum contrahit. *Homil.* 32, ad *Popul. Antioch.*

68. Sentit praesentis saeculi fragilitatem, quam instabilis sit, quam cito fugiat omne quod in coelestium vincitur, quamque fluxus et corrupti-

bilis sit illius status, ita ut omnia tanquam in scena agantur et mimo. *Lib.* 4, de *Sacerd.*

69. Qui post abrenuntiationem, cum saecularibus versatur: in eosdem laqueis, in quos saeculares incidunt, incidit. *Gradu* 3.

70. Satis rarus est, ut qui inter saeculi voluptates positus est, a saeculi vitiiis maneat illibatus, in quibus nisi non cito implicetur, aliquando tamen extrahitur. *Lib.* 3, de *San. bono*, cap. 17, *sent.* 2.

71. Curae saeculares mentes exagitant: si ergo vis esse quietus, nihil saeculi appetas; semper mentis enim requiem habebis, si a saeculi curas abjeceris. *Lib.* 2 de *Synonyma*, cap. 17.

72. Qui in rerum saeculi amore defigitur, in Deo nullatenus delectatur: nemo potest amplecti Christum, simul et saeculum. *Prose.*

73. Difficile est Deum simul et saeculum diligere, utraque simul amari aequaliter non possunt.

74. Propter Deum ergo renuntia omnibus, a saeculi curis te propter Deum suspende.

75. Sine impedimento saeculi, Deo servire stode.

76. Nullus te amor saeculi a Dei amore separat, nulla te sollicitudo rerum saecularium ab intentione Dei suspendat. *Ibid.*

77. Nemo se decipiat, nullusque inanis spei seducatur fallacia, putans in saeculo facile se posse salvare. *De contemptu mundi*, cap. 15.

78. Saecularium quam periculosa sit vita percipitur, quorum conversio socialis est cum peccatoribus, cupidis, elatis, incompositis, et moribus effrenatis. *De compunct. et complacent.*, cap. 2.

79. Saecularium conversationes mentem a Deo segregant: quapropter ipsos nec alloqueri, sed alloquantes declina. *Porreus* 88.

80. Nemo flectit anathema saeculo, nisi in Spiritu Dei. *Epist.* 157, ad *Alexandr.* de *S. Athano.*

81. Saecularibus relinquatur saecularia jura componere, subditis servis Dei perituro hinc mundo se mortuos exhibere. *Opusc.* 12, cap. 27.

82. Nihil interest, ubi sis in saeculo, qui extra saeculum esis. *Ad Martyr.*, cap. 2.

83. Omnia imaginaria sunt in hoc saeculo, et nihil veri: sed omnia perversa. *Serm.* 20, super *Epist.* ad *Rom.*

84. Saecularis vite consuetudo consiliis observandis impedimentum praestat. *Contra retrahentes ad ingressum Regni*, cap. 6.

85. Saeculi vita diabolus hamus est, excoeranda voluptate, tanquam fliccebra quadam obductus, per quam eos, qui in fraudem inducuntur, ad inferum inferni gurgitem trahit. *Lib.* 1, in *Vita Barlaam et Josephat*, cap. 25.

S. ISIDORUS
HISPALENSIS.

S. LAURENTIUS
JESUITA.

S. NILES.

INTR. BLES.

S. PAVLUS
DAMIANUS.

TERTULLI.

S. THOMAS
AQUINAS.

IN VITIS
PATR.

V. BIDA.

S. BERNARD.

CASSIODOR.

S. CYPRIAN.

DIONYSIUS
CARTHAG.

Vide etiam tit. *Deliciae*, sent. 7; *Fructus*, sent. 37; *Intentio*, sent. 11; *Monachus*, sent. 139; *Mortificatio*, sent. 18, 20; *Occupatio*, sent. 8; *Religiosus*, sent. 170; *Relinquere*, sent. 221; *Remanentia* in genere, sent. 4, 35, 36, 37; *Vauitii*, sent. 48; *Victoria* in genere, sent. 46.

SECURITAS.

S. BERNARDUS HISPAL. *Etimologia.* Securitas dicitur, quasi sine cura.

S. BONAV. Lib. 10, verbo *Securus*. *Definitio.* Securitas est habitus secundum quem imminentes incommoditates, et rei inchoatae affines non formidantur. Part. 3, *Centioquies*, sect. 43.

S. THOMAS AQUINAS. Securitas est quaedam perfecta quies animi a timore. 2, 2, quæst. 129, art. 7.

S. BERNARD. *Productio.* Securitas negligentiam parit, et sepe incantum ad vitia transacta reducit. *De intr. Anon.*, cap. 45.

S. BONAV. Ex securitate nascitur voluptas. Super *Eccl. 12*, cap. 9.

SENTENTIE PATRUM.

S. AMBROS. 1. Dei favore ubique tutus esse quisque potest: offensus autem homino, etiam domi non potest illius nec securus manere. Lib. 1, *Offic.*, cap. 24.

2. In omnibus actionibus, in quibus tibi es bene conscius, nunquam audeas esse securus. Lib. 10, epist. 84, ad *Demeitridem*.

S. ANTONIN. 3. Ille vere est securus, qui seipsum possidet, et ab exterioribus non movetur. Part. 4, tit. 3, cap. 7, § 2.

S. AUGUST. 4. Timor insolita et repentina exhorrescit, rebus que amantur adversantia, dum præcævet securitari. Lib. 2, *Confess.*, cap. 6.

5. Nemo securus esse debet in ista vita, quæ tota tentatio nominatur; ut qui fieri potuit ex deteriore melior, non fiat etiam ex meliore deterior. Lib. 10, *Conf.*, cap. 32.

6. Nemo securus est in his bonis, quæ potest invitiis amittere. Lib. 2, de *Lib. arbitrio*, cap. 43.

7. Lethæ oryxilla malorum productus, inter Scordinitas sanctus fuit: in monte vero securitate torpens induratus, cum filibus suis peccavit. *De conflictu vitior. et virt.*, cap. 14.

8. Nemo pervertere sit securus: ista enim duo occidunt animas; aut desperatio, aut perversa spes. *De verb. Dom.*, serm. 59.

9. Nemo est tanta firmitate suffultus, ut de stabilitate sua debeat esse securus. Serm. 2, in *Sabbato post Dominicam Quinquagesimæ*.

10. Periculosissima est in ultimam diem promissa securitas. Serm. 1, *fer. 8, post Dom. Palmæ*.

11. Tardum cor securum est. Epist. 216.

12. Securus es de Deo, quod non mutatur, de

SECURITAS.

homine autem nemo prudenter securus est. *De Catech. rual.*, cap. 25.

13. Infirmis animis hostia securitas. Lib. 4, de *Civit. Dei*, cap. 30.

14. Cavendum est ne quis ubi summum periculum est, insana sit lemeritate securus. Serm. 3, *Debeat. Ecclesie*.

15. Nunquam est securitas, neque in celo, neque in Paradiso, multo minus in mundo: In celo enim cecidit Angelus sub presentia divinitatis, Adam in Paradiso de loco voluntatis, Iudas in mundo de schola Salvatoris! Serm. de *Ligno, feno, et stipula*.

16. Quid tutum in Babylone, si Jerusalem manet securitimum. Serm. 55, *super Cant.*

17. Si vis pacem et securitatem veram habere, vide ne unquam securus sis: sciens pro certo nihil tibi tam immanum sicut presentem securitatem, quæ sine dubio æternam generat timorem. Lib. de *Passione Dom.*, cap. 22.

18. Quanto sumus securi de preteritis, tanto debemus esse solliciti de futuris. Serm. 55, ad *Sororem*.

19. Adepto veritatis, est vera securitas. Super *Sap.*, cap. 6.

20. Bona est securitas, ubi bona est custodia. Serm. 1 *dom.* in *octava Pasche*.

21. Nemo dum tutus, periculo proximus. Epist. 62, ad *Pomponium*, cap. 4.

22. Qui vero salvari optat, nullo tempore usque ad ultimum spiritum de se debet esse securus. *Doctrina* 22.

23. Qui in securitate vitis deditus est, in libertate captivus est. Homil. in *Libertis*.

24. Ex nimia securitate minus cavetur hostis. In suis *Opusc.* collat. 6.

25. Innocens semper securus est. Super *Job*, cap. XV.

26. Sepe quem tentationis certamen superare non valuit, sua deterius securitas stravit. Lib. 2, *Moral.*, cap. 27.

27. Sepe mens dum de virtutis suæ severitate resolvitur, insidiantie adversario, inopinatæ culpæ telo perforatur. *Ibid.*, lib. 9, cap. 7.

28. Electi quique quædam in vita sunt, securitatis sibi confidentiam non promittunt. *Ibid.*, lib. 20, cap. 5.

29. Sepe multis grave periculum, incauta securitas fuit, ut callidi hostis insidias non tentati, sed jam præsertim cognoscere. *Ibid.*

30. Dum mens secura redditor, in torpore laxatur. *Ibid.*, lib. 1, cap. 17.

31. Minus in quanto sit tentationum bello considerat, qui se per securitatem relaxat. *Ibid.*, lib. 2, cap. 10.

SECURITAS.

SECURITAS.

32. Sicut malis prævens securitas labor est, ita bonis prævens labor perpetuum securitatem parit. *Ibid.*, lib. 10, cap. 42, *super illud Job. xi: Et defossus securus dormiat.*

33. Apud somnolentem in labore timoris deficit, qui securitatis sociam viam relinquit. *Ibid.*, lib. 12, cap. 21, num. 20.

34. Sunt impij, qui ita securi sunt quasi iustorum facta habeant, perversa mente gaudent in facinoribus, per culpam suam quotidie ad supplicium trahuntur, et securi sunt. *Ibid.*, lib. 16, cap. 25, num. 20.

35. Grave periculum est incauta securitas, et valde utile, etiam cum stamus, formidare ruinam. *Ibid.*, lib. 20, cap. 5.

36. Conversio securitatem parit: mater autem negligentiam solet esse securitas. *Ibid.*, lib. 24, cap. 7.

37. Nihil pejor est, quam securitatis gratia multa percurrere. In *Apolog. de Sua fuga*.

38. Melius est in periculis esse, quam secure agere. Epist. 50, ad *Cæciliam frat.*

39. Sanctus securus esse non debet, quædam in hujus vite agone versatur. Epist. 44, ad *Celantium*.

40. Timor virtutum custos est: securitas ad lapsum facilis. Epist. 5, ad *Faciolum*.

41. Apud Christianos securitas periculis emittit. Epist. 6, ad *Americum*.

42. Libertas securitatem, securitas negligentiam, negligentiam contemptum parit. Lib. 9, *super Hierem.*, cap. 32, *super illud: Qui posuerit signum, etc.*

43. Sicut justus in supplicio est securus, ita impius in securitate est pavidus. Lib. 2, de *Arca Noe morali.*, cap. 5.

44. Res que habetur in sinu, securus est. Super *Luce.*, cap. 6.

45. Multo magis laboriosum est in securitate concupiscentias vincere, quam in periculo divitiarum posse continere. Homil. 31, *super Math. oper. Imperj.*

46. Qui in malis vitis, omni caret securitate. Homil. 9, *super I Cor.*

47. Nunquam prudenter in securitate presentatur, cum periculum non vitatur. Part. 1, de *Regione claustr.*, tract. 2, reg. 2, art. 7.

48. Securitas periculo proxima est. *De venit. et miser. hum. vite.*, cap. 4.

49. Periculosus est securitas in hac vita malorum; et bonorum dolor tranquillus: nam iniquus post mortem ductus cruciandus, justus vero dormit post laborem securus. Lib. 3, de *Suprema bono*, cap. 1, sent. 8.

50. Quamvis quisquis sit justus, nunquam ne-

cesse est ut sit in hac vita securus: sed semper humilis caveat, ne in fine corruat. *Ibid.*, cap. 5, sent. 15.

51. Nullus in hac vita securus est, ut ille, qui nihil præter Christum appetit possidere. *De conflictu vitior. et virt.*

52. Solus ille securus incedit, qui sub ductu graditur verbi Dei. In *Fascicul. amoris*, cap. 2.

53. Multa percutit securitate: pericula quippe hominem circumspiciunt, vigilantem, sollicitum et robustum faciunt: securitas dormitantem, lentum, impudentem et remissum. *Prover.*

54. Sed donec viget famis, donec vivit caro, donec diabolus insidiatur, noli esse securus, nullum locum, nullum tempus invenies, in quo valeas esse securus. *De Discipl. Monast. concordant.*, cap. 14.

55. Securitas est, quæ non timet calumnias proximorum, non insidias latronum, nec impetus hostium. Serm. 34, de *S. Augustino*.

56. Qui deest securitas, quies perit. Serm. 22.

57. O quantum securitas habent, qui sibi bene sunt consci! et quantum perturbatos humilitati perpetratio pendenda peccati! Lib. 2, de *vita contemplat.*, cap. 13.

58. Securitas sine abundantia est securitas egestatis, abundantia sine securitate, est abundantia plena timoris et periculi. Super *Psalm. cxxvii*, vers. 2.

59. Qui securitate nimia vitantur, desunt esse perditii, cum destiterint esse securi. Lib. de *Gubern. Dei*.

60. Nemo sibi in vita, in morte, in dono blandiatur, poemis est homini ad perniciosam securitatem. *Ibid.*, lib. 4, ad *Eccl. Cathol.*

61. Qui securus agit, non est sollicitus, non possidet vitam et firmam securitatem: at qui sollicitus est, is vere poterit esse securus. *De cultu feminarum*, cap. 2.

62. Semper Sanctorum securitas plena timoris Dei existit, nec eo minus solliciti et humiles in se fuerunt, quia magnis virtutibus, et gratia emicuerunt. *Prover.*

63. Prætorum autem securitas, ex superbia et præsumptione oritur, et in fine in desolationem suisque vitur. Lib. 1, de *Imit. Christi*, cap. 20, sect. 3.

64. Nunquam promittis tibi securitatem in hac vita, quamvis bonus videaris conebitis, aut devotus Eremita. *Ibid.*

SENTENTIE PAGANORUM.

65. Securitas securitate mutua pacificanda est. Lib. 1, de *Clémentia ad Veron.*, cap. 49.

66. Securitatis magna portio est, nihil iniqui facere. Epist. 105.

S. BERNARD.

S. BONAV.

S. CYPRIAN.

S. DOROTH.

S. EUSEBIUS.

S. HILARION.

GLOSS. LAT.

S. GREGORI.

S. MAURIC.

JOAN. TRITH.

S. HEDORUS.

S. HISPAL.

S. LAURENT.

JESUM.

PETERUS BLESSENS.

S. PETERUS CANTUOL.

S. PROSPER.

ROBERTUS BELLARM.

SALVIANUS.

TERTULL.

THOMAS A KEMPIS.

SENSENA.

67. In ipsa securitate animus ad difficilia se preparat, et contra injurias fortune inter beneficia firmetur. *Epist. 18.*
 Vide etiam tit. *Cortanen.* sent. 67; *Confidentia.* sent. 26; *Frui.* sent. 47; *Laqueus.* sent. 45; *Osculum.* sent. 20; *Porciculum.* sent. 41. 43. 44; *Prosperitas.* sent. 17; *Secutum.* sent. 59; *Temperata.* sent. 25; *Timor Dei.* sent. 40.

SEDUCTIO.

HUGO CARD. *Etyologia.* Seductio est serorum ducere. *Super Epist. ad Galat.* cap. 6.

INNOCENTIUS GARTIUS. *Definitio.* Seductores sunt omnes, qui viliosis exemplis, pravis suggestionibus, blandis promissionibus, aut comminationibus, seu alio quovis modo, proximos suos decipiunt. *Super 1. Joan.* cap. 2, art. 2 in illud: *Qui seducunt vos.*

SENTENTIE PATRUM.

S. AUGUST. 1. Sunt qui seducunt per philosophiam, magno et blando, et honesto nomine colorantes, et lucras errorum serios. *Lib. 3, cap. 4.*

2. Ad quod aliquando persertor proferebat flammam, ad hoc tu prodicis linguam: seducendo facis, quod ille occidendo non fecit. *Tract. 5, super cap. 4, Evangel. Joan.*

3. Seducere, decipere est, nec Christus seductor, nec Apostolus ejus, nec quisquam seductor debet esse Christianus. *Prove.*

4. Seducere aliunde aliquem ad aliud persuadendo, ducere est. Si a malo ad bonum, bonus seductor est: si a bono ad malum, malus seductor est. *Ibid., tract. 29, de cap. 7.*

5. Hæreticus seductus multos seducere cupit, alios pecunia, alios potentia: lales sibi congregat, quos plurimum secum simul perdat. *Serm. 4 Dom. 5, post Epiph.*

6. Quid tam miraris, si te seducit inimicus, quando tu inopes seductor es? *Serm. 11, Dom. 5, post Epiph.*

7. Etiam si sapiens primus homo factus est, potuit tamen seduci. *Lib. 3, de Lib. arbit.* cap. 64.

8. Calabat me inimicus invisibilis: et seducebat me, quis ego seducillus eram. *Lib. 2, Confess.* cap. 3.

9. Iste mundus tanta rerum habe contritus est, ut etiam speciem seductionis amiserit. *Epist. 45.*

10. Non te seducat filius falsitatis, si filius es veritatis. *De Centio novo,* cap. 5.

11. Habitare vult diabolus corda hominum, et loqui illi omnia, que valent ad seductionem. *Tract. 4, super Epist. Joan.*

12. Seductor ut vendat, cum amaritudine blanditur. *Ibid., tract. 7.*

13. Seductori dat manum, qui dare dissimulat preceptorum. *Serm. 77, super Cant.*

14. Turpe est falsitate posse seduci, et veritate reduci non posse. *Epist. 292.*

15. Sicut magna crudelitas est affigere ægrotantes; sic magna perversitas est, seducere simplices. *Super Luc.* cap. 17.

16. Usitatum est hosti, homines ad primum seducere: ibi Dominum negavit Petrus. *In Speculo discipuli,* part. 1, cap. 32.

17. Diabolus obsessus semel pectora, molissimis seductionibus decipit. *Homil. 3, Epiphania.*

18. Seductor semper sanctitatem simulat, ut ad iniquitatem trahat. *Lib. 25, Moral.* cap. 14, num. 20.

19. Seductiones venenatis verborum sagillis animas inducunt. *Lib. 20, in Registro ind. 5, cap. 38, epist. 38, ad Firmian. Epist.*

20. Qui seducit possunt, quomodoque non reversuri possunt. *El. 106, in Decret. Gratiani,* part. 2; *de Penit., dist. 2, can. Otilius.*

21. Periculosior est presentio seductoris, quam aperta sermone. *Super Psal. lxxxviii.*

22. Magis insidit diabolus, sagax, et laborat, ut seducat magnum, quam parvum; justum, quam impium; sapientem, quam fatuam; et seductione magni seducantur et parvi; ut in seductione justis, seducantur et impii; ut in seductione sapientis, seducantur et fatui. *Serm. 1, Dom. 1, Quadages.*

23. Evam serpens seduxit, Maria Gabrieli consensit: sed seductio Evæ attulit mortem, consensus Mariæ peperit vitam. *Serm. de Genesi.*

24. Prius peccatis plurimus excæcatur homo, et sic diaboli seductione seducitur, et cædit in mortem. *Homil. 19, super Matth. Oper. Imperf.*

25. Omnis seductio non potest esse seductio, nisi habuerit boni colorem, per quod videatur bonum esse quod malum est. *Ibid., homil. 29.*

26. Spirituales viros seductio non consumit, sed carnales. *Ibid., homil. 45.*

27. Non est seductionum virtus, sed negligentia seductorum: si seductionum esset virtus, omnes seducerentur. Nunc autem ex eo quod non omnes seducuntur, apparet quia seductorum est negligentia, non seductionum virtus. *Ibid., homil. 48, super illud 24: Et seducant multos.*

28. Nil est, nihil est, inquam, quod sit patriâ frigiditas, sicut seductio et deceptio. *Serm. 44, super Epist. ad Ephe.*

29. Qui seductor, quod consentit, evidenter ignorat. *Lib. 2 de Summo bono,* cap. 17, sent. 3.

SENTENTIE PAGANORUM.

30. Illud omnium gravissimum est, quæpiam a seipso seduci, cum tunc ne minimum quidem

S. BONAV.

S. EUSEBIUS

S. GREGORIUS

MAGNUS.

HUGO CARD.

S. INNOCENTIUS

S. JOHANNES

CHRYSOST.

S. ISIDORUS

HERPACON.

PLATO.

abscedit, sed presens semper adest is, qui seducit, quomodo non id gravissimum periculum sit plenum? *Syzygia 3, in Dialogo Gratii.*

SEMIN.

SENTENTIE PATRUM.

4. Aliud est semen diaboli, aliud semen est Christi: quod seminat Christus, regnum est Dei; quod seminat diabolus, peccatum est. *Lib. 3, Hebraic.* cap. 10.

2. Impii quod in aperto jam clamare volunt, in secreto seminare non quiescunt. *Epist. 105.*

3. Ille sibi hominem alio semine operatus est, qui in rerum natura sine seminibus operatur et semina. *Epist. 3.*

4. Semina exorta sunt ex herbis et lignis, non autem illa ex seminibus, sed ex terra. *Lib. 5 de Gen. ad lit., cap. 4.*

5. Omnia primordia seminum, sive unde omnis caro, sive unde omnia fructus gignuntur, et humida sunt, et ex humore coalescunt. *Ibid., cap. 7.*

6. In semine omnia fuerunt primitus, non mole corporis magnitudinis, sed vi causal. *Ibid., cap. 23.*

7. Bona semina spargite, non terrea hyems. *De Quinquages.* cap. 6.

8. Semen futuro messis, opera sunt misericordie. *De octo quæst. Dulcissimi,* quæst. 4.

9. Nolite attendere ad utilitatem copulini, sed ad charitatem seminis, et potestatem seminantis. *De discipul. Christi,* cap. 1.

10. Si pro semine bono, non fructum, sed spinas attuleritis: non semen accusabit, sed spinis ignis debilis preparatur. *Tract. 3, super Joan.*

11. Messis prima de cruce ventilata est, ut esset semen unde alia messis consurgat. *Ibid., tract. 31.*

12. Homicida dicitur diabolus, non gladio armatus, ad hominem venit, verbum malum seminavit, et occidit. *Ibid., tract. 42.*

13. Seminantes non delinquamus, tempore enim proprio molentur. *Ibid., tract. 78.*

14. Aperite cor ad semina bona. *Tract. 5, super Joan.*

15. Seminatiois nostre mercedem, non in isto tempore quo seminamus speremus: hic enim messum cum labore serimus, sed in futuro fructus illius cum gaudio colligemus. *Homil. 18 ex Quinquages.* *Homil.*

16. Duo sunt que expellant semen verbi divini de corde hominis; scilicet male suggestiones hominum, et tentationes demonum. *Super Lucam,* cap. 8, in illud: *Et volucres cæli comederunt illud.*

S. BONAV.

S. AUGUST.

17. Tot semina jactis, quot bona opera facis. *Serm. a Dom. Pass.*

18. Bonum non seminat, nisi bonus, qui semen bonæ voluntatis ad bona opera studet producere. *Super illud Moral. 13: Qui seminavit bonum semen,* etc.

19. Quid est sermo, nisi semen? qui dum ordinale emittitur, audientis mens, quasi conceptus uteris ad boni operis prolem fetator: si vero importune delinquit, emittentem postquam generandi virtutem perdit. *Lib. 28 Moral., cap. 45, super illud: Job. xxxiii: Spiritus Dei fecit me.*

20. Ecce in uno grano minimi seminis, laetè tota que nascituræ est arboris moles. *Prove.*

21. Consideremus nunc ubi in illo parvo grano seminis laetè fortitudo ligni, asperitas corticis, saporis odorisque magnitudo, ubertas fructuum, viriditas foliorum: contractulum namque seminis granum non est validum.

22. Non est validum; unde ergo processit ligni duritia? Non est asperum, unde asperitas corticis erupit? Non est saporum, unde sapor in fructibus? Offectum nil redoleat, ostendit odor in fructibus fragrat? Nil in eo viride, ostendit unde foliorum viriditas exivit? Cuncta ergo in semine simul latent, que tamen non simul latent, que tamen non simul ex semine procedunt.

23. Ex semine quippe producitur radix, ex radice procedit virgultum, ex virgulto oritur fructus, ex fructu etiam producitur semen, quia semen laetè in semine. *Homil. 26, super Evang.*

24. Quisquis copiosum in cælis fructum habere desiderat, seminare, dum tempus est, non omittat. *Lib. 40 in Registro,* ind. 5, cap. 7, epist. 7 ad Sabinianum.

25. Lubrica mens semen perversum, quod primum sine modeste concipit, quasi parturientis postmodum sine pudicitia effundit. *Super Ecclesiasticum,* cap. 2.

26. Si semen non fructificat; non est hoc viri seminis, neque seminantis, sed semen insipientis. *Super Luc., cap. 8, in illud: Erat qui seminat,* etc.

27. Non negligendum est hoc malum, quod ab occultis parvisque seminibus augetur quotidie, et ab ortu suo lotus longinquaque dilatatur. *De grat. et Lib. arb., cap. 1.*

28. Nec terra sine semine, nec semen sine terra fructificat. *Homil. 44, super Matth. Oper. Imperf.*

29. Non agricoltus, neque seminum causa: sed terre conditio non naturaliter inada, sed voluntate constituta, major atque minor progressio fit. *Homil. 45, super Matth.*

30. Ibi spes est metendi, ubi fuerit diligens.

GLOSS. INF.

S. GREGORIUS

MAGNUS.

HUGO CARD.

S. JOHANNES

CHRYSOST.

S. LEO 1.

lia seminandi, Serm. 4 de *Jejan. septimi mensis.*

31. Qui serri non ad id respiciat, quod reliquit. Serm. 1 de *Recur. Dom.*

32. Dispensatio est nobis coelestis seminis in-juncta: var, si non spercerimus. Habet, in *Decret. Gratiani, part. 1, dist. 4, can. Dispensa-tio.*

33. Semen, ut reddat, intercipit: ut custodiat, perdit: ut integret, vitiat: ut ampliet, prius de-coquit: squadem uberiora et caultiora restituit, quam extirminavit. *De Reuer., cap. 12.*

SENECTUS.

Etyologia. Senex dicitur, quasi noscat, propter nimiam aetatem, vel sensum diminutionem, eo quod jam per vetustatem desipiat. Serm. *Dom. post Trin.*

Definitio. Senectus est imminutio animati, a tem-pore contingens. *Syzgia 6 de Defuit.*

SENESCENS PATRUM.

1. Sicut equalium penis doloret, ita senem tri-tior; qui magister quodam et ducti vira colori mori adolescentium, et velut mures prohibita infolit. *Prose.*

2. Nonque si hi qui sunt ignari locorum, cum solertibus viarum iter adoriri possunt; quanto magis adolescentes cum senibus debent norum sibi iter vito aggredi, quo minus errare possint, et a vero tramite virtutis deflectere?

3. Nihil enim pulchrius, quam eosdem senes, et magistros vites, et testes habere. Lib. 1 *Offic.*, cap. 43.

4. Erubescat senectus, que emendare se non potest; non annorum canities est laudanda, sed morum; nullus pudor est ad metra transire. Lib. 5, epist. 24 ad *Valentinianum Imperat.*

5. Vere senectus illa venerabilis, qua non canis, sed meritis albescit. *Prose.*

6. Ea est enim veneranda canities, qua est canities anime, in canis cogitationibus et operibus effulgens. Lib. 7, epist. 60 ad *Animum.*

7. Senectus ipse in bonis moribus, dulcior est, in consiliis utilior, ad constantiam spondeus mortis paratior, ad reprimendas libidines firmitior. Lib. 1 *Heim.*, cap. 8.

8. Senectus non capillis canis in capite, sed sensibus computatur: ille ergo bene senescit, qui bene senserit. Lib. 2 de *Abrabam.*, cap. 9.

9. Cum experientia sit magistra rerum, et senes plura fuerint experti, iuvenes pauca: hinc est quod prudentiores sunt senes, et difficiliter in iu-ventibus penitentia reperitur. Part. 1, tit. 5, cap. 1, §. 7.

10. Senibus sunt labores corporis minuendi. Part. 4, tit. 4, de *Tempor.*, cap. 10, §. 1.

11. Senes consilio debent alios iuvare, et exempla imitatione digna ministrare. *Ibid.*

12. Sit senectus vestra puerilis, et sit pueritia senilis; et nec sapientia vestra sit cum superbia, nec humilitas sine sapientia. Super *Psalm. cxxi.*, vers. 3.

13. Plus omnibus religioni operam dare senibus convenit, quos presentis seculi florida aetas transacta deseruit. *De duodecim abusion.,* cap. 2.

14. Dum luxus vite defectus appropriat, nihil aliud cogitare quam quomodo futura vite aditus pro-pre comprehendatur, quisque senex appetat. *Ibid.*

15. Qualiter in senectute ille ministrari sibi sperabit, qui in adolescentia sententibus obedientiam exhibere contemnit? *Ibid.*, cap. 3.

16. In senibus sobrietas et morum perfectio requiritur. *Ibid.*

17. Sicut fructus in arbore non invenitur, in qua pampinis, aut flos prius non apparuerit: sic et in senectute honorum legitimum assidui non poterit, qui in adolescentia disciplinam alieuius exercitationibus non laboraverit. *Ibid.*

18. Tantus est in malis senibus plerumque gurgis aviditatis, et insatiabilis vorago ventris et gutturis: et quanta boni senes prudentia sero-mantur, tanta isti violentia sepebantur. Serm. 2 *Dam. 25, post Trin.*

19. Senectus aliam aetatem quam speret, non habet. Epist. 110.

20. Futura dicitur senectus in iuvene, sed ta-men futura non est, si ante mortiturus est. Lib. 6 de *Gen. ad lit.*, cap. 47.

21. Non omnis senior senex, omnis autem senex senior dici potest. Lib. 6, *Locut. super Jona.*

22. Quanta est vita hominis etiamsi senescat? aut cum sibi homines optant senectutem, quid aliud optant nisi longam infirmitatem? *De Cate-chis. rud.*, cap. 16.

23. Decrepitam senectutem omnes optant, an-toquam veniat, omnes de illa cum veniet, tur-muram. Tract. 32, super *Joan.*

24. Si senex eris, pulcher non eris. *Ibid.*

25. Senes intraverunt, infantes exierunt: se-nectus enim veterosus, vetusta vita; infantia autem regenerationis, nova vita. Tract. 1 super *Epist. Joan.*

26. Venerabilis quodammodo est in natura humana, quod antiquus est. Serm. 4 *Exercita-tio.*

27. Ad efficiendum senem, plus in senili pro-ducta, quam in capillorum canitie momenti est. Apud D. Joan. Damasc. lib. 1 *Parall.*, cap. 68.

5. AUGUST.

8. BERNARD. 28. Morum insignia et ornamenta virtutum in illis proculdubio certissimum senibus, qui ab ipso tirocinio primave aetatis usque ad perfectum virum disciplinis coelestibus exercitati per viam Domini fortiter curaverunt. *De ord. vito.*

29. Matura aetas multis laboribus exercitata, jam novit per experientiam, quod didicit per scientiam. *Ibid.*

CASSIODOR. 30. Senectus humana morbis gravissimis saucia tendit ad finem, quereis onerosa, colore de-formis est. Super *Psalm. xci.*, vers. 16.

EVAGRIUS. 31. Canities senum, morum est lenitas: vita autem ipsorum, vera scientia. Habet. apud D. Joan. Damasc., lib. 1 *Parall.*, cap. 68.

32. Quanto quis magis senior est, tanto plus studere debet edificationi et perfectioni. Homil. 3 ad *Monachos.*

GLOSS. INT. 33. Verus senex est, non aetate: sed moribus, vel sapientia. Super III *Reg. xi.*

S. GREGOR. MAGNUS. 34. Senes sunt, qui non sola quantitate tempo-rum; sed morum grandevitate maturi sunt. Lib. 19, *Moral.*, cap. 14.

S. GREGOR. NAZ. 35. Si quis in senium vergit, nequamquam tamen anima senescat, suscipiat dissolutionem sanctorum prescriptum necessitate libertatis diem; placide ad reliqua pergat, ubi nemo amplius intempestivus est, vel senex: omnes spiritali aetate perfecti. Orat. 25.

36. Turpe est senescere aetatem, non senescere lasciviam. Orat. 3, de *S. Lavacro.*

S. HIERON. 37. Praestat canities cum prudentia conjuncta imperita juventuti. Hab. apud D. Joan. Damasc., lib. 1 *Parall.*, cap. 68.

38. Omnes pene virtutes mutantur in senibus, et crescente sola sapientia, decrescunt cetera vir-tutes. Epist. 2, ad *Nephanianum.*

39. Cuncta que per corpus extentur, fracto corpore minorata fiunt. *Ibid.*

40. Senectus eorum, qui adolescentiam suam honestis artibus instruxerunt, et in lege Domini meditati sunt, aetate illi doctor, usu tritior, pro-cessu temporis sapientior, et veterum studiorum dulcissimum fructus odit. *Ibid.*

41. Jam memit caput, tremunt genia, dentes cadunt, et fronte ab senium rugis arata, scilicet est mors in foribus; velimus, nolimus, senescimus, ad *Fructum.*

42. Noli annorum nos aestimare numero, nec sapientiam canos reputes, sed canos sapientiam. Tom. 1, epist. 13, ad *Pavlinum.*

43. Impudicos senes, aetas lasciva condemnat. *Ibid.*

44. Inter abusiones hujus seculi, sola major est senis obstinatio, qui mortis proximus, mortis adventum non exhorret, audit nuntios mortis, et

credere non vult eis. Lib. 2, de *Claustro anim.*, cap. 16.

45. Senectus est fastidiosa, frigida, querulosa pigra, infirma, curva, sterilis. Lib. 4, de *prophet. rerum.*, cap. 17.

46. Senectus iusti venerabilis est, non quia diuturna, sed quia moribus comprobata, et vir-tutibus plena. Super *Sapient.*, cap. 15: *Canis sunt senus hominis.*

47. Ille bene canus est, qui bene sensatus est. *Ibid.*, super *ibid.*: *Canis sunt senus hominis.*

48. Ille bene senex est, qui est mundus et sim-plex. *Ibid.*

49. Senectus venerabilis in duobus consistit, in sensu sapientia, et munditia vite. *Ibid.*

50. Si quis ad senectutem processerit, cur ejus statim affligitur, caput concutitur, languet spiri-tus, foetet anhelitus, facies rugatur, statum cur-vatur, caligat oculi, nares effluunt, crines de-fluunt, tremit tactus, deprimit actus, dentes pre-trescunt, aures sudescunt. Lib. 1 de *Contempt. mundi.*, cap. 9.

51. Senex facile provocatur, difficile revocatur, cito credit, et tarde discredit, tenax, et cupidus, tristis, et querulus, velox ad loquendum, tardus ad audiendum, laudat antiquos, spernit moder-nes, vituperat presens, commendat praeteritum, suspirat, et anxiatur, torpet, et infirmatur. *Ibid.*

52. Non omnium seniorum, quorum capita canities legit, quoque ride longevitas sola com-mendat, nobis sunt imitanda vestigia, vel sectan-da; seu traditiones ac monita suscipienda: sed eorum quos laudabiliter vitam suam, ac probatis-sime comperimus in juventute signasse. *Prose.*

53. Sunt nonnulli, quorum etiam (quod est lugubrius) major est multitudo, qui ignavia se-nescunt, nuclearitatem sibi non maturitate mo-rum, sed annorum numerositate consequuntur. Collat. 2, *Abbat. Moysis.*, cap. 13.

54. Canities tunc est venerabilis, quando ea gerit qua canities decent: cum vero juvenititer ineptit, plus juvenibus ridicula erit. Homil. 7, super *Epist. ad Theol.*

55. Vere confusio est et irrisio, ut qui canitie ormentur extrinsecus, intrinsecus autem animam habeant puerilem. *Ibid.*

56. Rex quidam est senex, si voluerit: et eo, qui purpuram habet, regitur, si passiones animi vincat, et velut armigeros, subjicit, possessiones. *Ibid.*, homil. 8.

57. Senes citius frangant, quam hectas. Tract. de *parvul. ad Christian. tractandis.*

58. Senex facile provocatur, cito credit, et tarde discredit, in cap. 4, *Regul. S. Benedicti.*, verbo *Seniores.*

HUGO CARD.

S. INNOC. III

JOAN. CASS.

S. JOANNES CHRYSOST.

JOAN. GENS.

JOAN. TERTI.

59. Senior sine maturitate, quasi fistula sambuci contra pedibus ludentium. Lib. 1. hom. 11. ad *Monachos*.

60. Quis quisque senex inveniri desiderat, talis adolescens vivat. *De vanit. et mis. hum. vitio*, cap. 5.

61. Esse senex desideras, idcirco recusas. *Ibid.*, cap. 8.

LACT. FIRM.

62. Nihil est opere et manu factum, quod non conficiat et consumat vetustas. Lib. 6. de *Dirin. Inst.*, cap. 11.

PATRUS BLESENS.

63. Vales senes valitudinarios, quarum membra frigescent, cupiditas fervat: caro senectute opprimitur, et ambitio juvenescit. *Epist. 144. ad Gualter. Rothom. archiep.*

PIETRO JUD.

64. Revera senior, non ex longitudine temporis, sed ex laudata vita spectatur. *Prose.*

65. Siquidem qui imitum etatis in corpore viserunt sine probitate, longamvi pueri dicendi sunt; quia nunquam disceptans attingerunt dignas caute. *De Abrahamo*.

RICHARD. A. S. VICTOR.

66. Melior est senectus morum, quam annorum: meritorum, quam temporum. Part. 4. de *Different. sacris. Abovch et Mariae*.

67. Senectus bona est, quando exterior sensus decrescit, interior vero excrescit. *Prose.*

68. Senectus bona, quando eo ipso interior homo roboratur, quo exterior homo infirmatur. *Ibid.*

SENTENTIA PAGANORUM.

ARISTOTEL.

69. Senectus bona est, quae cum tarde invadit, etiam dolores non infert: nam tam qui cito evenit, quam qui tarde, sed non absque dolore, incommoda affert senectute. Lib. 4. *Delect.*, cap. 6.

CATO FORA

70. Multorum cum facta senex, et dicta recenses, Fac tibi succurrant, juvenis quae feceris ipse. Lib. 4. *Delect.*, *Meb.* 30.

71. Cum sapias animo, non irridere senectam: Nam quicunque senet, census puerilis in illo est. *Ibid.*, lib. 4.

CICERO.

72. Nihil opere, aut manu factum, quod non aliquando conficiat et consumat vetustas. *Orat. Ad. pro Murrillo*, num. 11.

73. Quid est jucunditas senectute sitpata studiis juvenutis? *De Senectute*, num. 28.

74. Conare mature fieri senem, si diu velis esse senex. *Ibid.*, num. 31.

75. In sensum sine sensu aetas senescit, nec: bito frangitur, sed durtumtate extinguitur. *Ibid.*, num. 38.

76. Est quiete et pure atque elegantier acta etatis placida ac levis senectus. *De Senect.*

77. Nemo est tam senex, qui se annum non putet vivere posse. *Ibid.*

78. Senectus si nihil aliud quidquam vitii importet secum cum advenit, unum id satis est, quod diu vivendo, multa quae non vult, videt. *Ibid.*

79. Si senectus habet aliquid tanquam pabulum studii atque doctrinae, nihil est otiosa senectute jucundius. *Ibid.*

80. Perpauci veniunt ad senectutem, quod accideret, si melius et prudentias viveretur. *Ibid.*

81. Mens et ratio et consilium in senibus est. *Ibid.*

82. Senectutis nullus est terminus, refoque in ea vivitur, quo ad minus officii exequi possis et tueri. *Ibid.*

83. Miserrima res, senex egens. In *Senect.*, sent. 3.

84. Eben! quam miserum est, fieri mortuendo senem. In suis *Senect.*, sent. 117.

85. Multi ad extremum senectutis limen perveniunt, ut in iis veram compositur proverbium, his pueri, senes. *Syzygia 6 in Dialogo Aristo.*

86. Quid in senectute felicitas, quam quod dulcissimum est in juvenita? Lib. 2. *Epist. ad Nepotem*.

87. Nihil turpius est, quam grandis nata senex: qui nullum aliud habet argumentum, quo se probet diu vixisse, praeter etatem. *De tranquillit. animi*, cap. 8.

88. Quid est turpius, quam senex vivere incipiens? *Epist.* 13.

89. Satis multum temperis sparsimus, incipimus in senectute vasa colligere: in frelo viximus, moriamur in porta. *Epist.* 19.

90. Si vis senem facere et implere vitam, non annis adjuvandum est, sed cupiditatibus detrahendum. *Epist.* 21.

91. Nil habet quod speret, quem senectus ducit ad mortem. *Epist.* 30.

92. Tam stultus est, qui mortem timet, quam qui senectutem: nam quemadmodum senestus adolescentiam sequitur, ita mors senectutem. *Epist.* 39.

93. Turpis et ridicula res est, elementarius senex. *Epist.* 36.

94. Arte senectutem curavi, ut bene viverem: in senectute enno, ut bene moriar. *Epist.* 61.

95. Senectus insanabilis morbus est. *Epist.* 108.

96. Complectamur senectutem, et amemus, plena est, si illa scias uti. *Prose.*

97. Gratissima sunt poma, cum frigunt: pueritium maximum in exitu decor est: deditis vino, potatio extrema delectat: quod in se jucundissimum hominis voluptas habet, in finem sui differt.

98. Jucundissima est ota dextra jam, non tamena praecipis: quam dolos est cupiditates fatigasse ac reliquisse! *Epist.* 12.

99. Clamo mihi ipse: numera annos tres, et

VATER, MAX.

pudebit eadem velle, quis vulneris puer. *Epist.* 27. 100. Duae res, quae hominibus amarissimo videntur, sunt senectus et orbitas. Lib. 6. *Delect. memorabil.*, cap. 2.

Vide etiam tit. *Adolescentia*, sent. 6; *Etas*, sent. 8; *Discre.*, sent. 0; *Honor*, sent. 130; *Humilitas in genere*, sent. 16; *Sejunctum*, sent. 64; *Juvenis*, sent. 3, 4; *Lascivia*, sent. 10, 23; *Lacuto*, sent. 17; *Mollitia*, sent. 71; *Mores*, sent. 65; *Novitium*, sent. 58; *Obstinatio*, sent. 29; *Otiolitas*, sent. 78; *Profectus*, sent. 98; *Reverentia*, sent. 22, 26; *Seceritas*, sent. 23; *Spes*, sent. 72; *Vita humana*, sent. 106.

DUGONGE.

SENSUS IN GENERE.

PIETRO JUD.

Etyologia. Sensus, sicut aliusio Graeci nominis ad *sis* *Genus* indicat, objecta infert intellectui. Lib. *Quod Deus sit immutabilis*.

Sensus sunt dicti, quia per eos anima subtilissime totum corpus agitatur vigore sentiendi. Lib. 11. *Etyologia*, cap. 1.

S. HIERONIMUS BRIPALLIS.

Difinitio. Sensus est ea animi vis, quae res materia constantes arripit ac diljudicat. Lib. 2. de *Pelo. orthod.*, cap. 18.

S. JOHANNES DAMASC.

Sensus est quaedam deficiens participatio intellectus. Part. 1. *Summe*, quesi. 77, art. 7.

S. THOMAS AQUINAS.

Divisio. Quinque sunt exteriores sensus: visus, auditus, olfactus, gustus, tactus. Part. 1. *Summe*, quesi. 78, art. 3.

S. ISIDORUS LISPAL.

Differentia. Inter sensum, et memoriam hoc interest: sensus rei cuiusque est adinventio, memoria rei inventae recordatio: ille exoptata reperit, haec reperia custodit. Lib. 2. de *Dij. s.*, dist. 20.

SENTENTIA PATRUM.

S. AMBROS.

1. Nullo modo se erigere potest, abjectus et vilis sensus, atque ignobilis, demersus in omnem infirmitatis voraginem vite hujus cupiditate. Lib. 2. *Epist.* 7. ad *Simplicianum*.

S. ANTONIN.

2. Cum male custodiuntur sensus, ejectur Christus, et intrat diabolus. Part. 1. lit. 2. cap. 3. § 7.

S. AUGUST.

3. Sensus res tradunt memoriae. Lib. 10. *Conf.*, cap. 10.

4. Sunt quinque partii corporis sensus, qui nec sine corpore, nec sine anima esse possunt; quia necesse sentire est nisi virentis, quod ab anima est corpori, neque sine corpore instrumentis, et quasi vasis atque organii videmus, audimus, carterisque tribus ultimur sensibus. *Epist.* 3. ad *Volterranum*.

5. Sensus nos multae bestiae sperant: itaque humana anima quanto in sensus declinat, tanto magis similiorem hominem pecori facit. *De Quant. animae*, cap. 28.

6. Sensus rationi vicinus est. *De Genet. ad ill. imperf.*, cap. 15.

7. Duo sunt in homine sensus, unus interior, et alius exterior: et uterque bonum suum habet, in quo reficitur. *Prose.*

8. Sensus interior in contemplatione divinitatis, sensus exterior in contemplatione humanitatis.

9. Cum exterior sensus mentis quasi obdormit, interior sensus mentis quasi obdormit.

10. Non cognoscit bona interioris sensus, qui jucunditate honorum exteriorum capitur.

11. Qui in carne vivit, in carne sentit, et dolores carnis fugit in quantum potest.

12. Cum mortuus fuerit sensus anime, quo vivit in carne, tunc vividicari incipit sensus ille, quo sentit semetipsum, et tunc sciet dolores suos, et incipiet sentire vulnera sua tanto gravius, quanto propius. *De Spiritu et Anima*, cap. 9.

13. Quidquid occurrit sensibus, non pro vero esse approbandum. Lib. 3. *contra Academ.*, cap. 16.

14. Ea quae sensu capiuntur, extra etiam non esse sentiuntur, et locis continentur. *Ibid.*

15. Sensus purus esse, non latere animam quod palitur corpus. *De quant. animae*, cap. 23.

16. Sensus nos multa bestia sperant, mente autem ratione et scientia nos Deus illis preposuit. *Ibid.*, cap. 28.

17. Pueri vagientes, quanto alieniores a ratione sunt, tanto facilius discurrunt sensu. *Ibid.*

18. Admonetur anima ne se ultra quam necessitas cogit, refundat in sensum, sed ab his polius ad seipsum colligat. *Ibid.*

19. Aliquando veraciter est sensus quam opinio, et aliquando veraciter opinio quam sensus. Lib. 3. de *Lib. arb.*, cap. 8.

20. Subiacent sensui corporis quaecunque corpora. *Ibid.*, cap. 25.

21. Mente colligimus ad qua nostri sensus penetrare non possunt. *De decem Chordis*, cap. 5.

22. Omnibus sensibus est sua cuique accommodata modificatio corporum. Lib. 2. *Guay.*, cap. 5.

23. Tactus est sensus carnis, quoniam sensus carnis est, et ipse est modus ejus. *Ibid.*, lib. 4. cap. 10.

24. Sensus aut natura movetur, aut consuetudine. *De Princip. dialecticis*, cap. 7.

25. Sensus corporis est alius incipit loco, nec percurrit totum, nisi ad ejus finem pervenerit. *Epist.* 66.

26. Quanta quae corporeus sensus attingit, ne puncto quidem temporis eodem modo manere possunt. *Epist.* 214.

27. Sentire homo non potest, nisi vivat. *Epist.* 3.

28. Pars cerebri anterior origo sensuum est. Lib. 7. de *Gen. ad ill.*, cap. 17.

29. Que remota non sunt a sensibus nostris, presentia nuncupantur. Lib. 11 de Civit. Dei, cap. 3.

30. Ad humanum sensum vel allicendum vel offendendum, mos valet plurimum. *Ibid.*, lib. 15, cap. 10.

31. Nihil sensibile est quod sentire non potest. *De duob. anim.*, cap. 6.

32. Omnis anima nullo corporis sensu, sed solo intellectu percipi potest. *Ibid.*, cap. 3.

33. Omnis sensus ab anima inest corpori. Lib. 4 de Anima et orig., cap. 6.

34. Quando quisque nascitur antequam uti possit mente atque ratione, non regitur nisi sensibus. Tract. 15, super *Joan.*

35. Omnes corporis sensus cordi nostro nuntiant quid senserit foris. *Ibid.*, tract. 18.

36. Sensus hominis domum Dei est. Lib. 1 contra Julian., cap. 9.

V. REDA. 37. Qui suos non servat sensus, mortis cibi ipse reddit aditus. Lib. 2, super *Isac.*, cap. 7, in illud: Qui viderit matrem, etc.

S. BERNARD. 38. Non nocet sensus, ubi non est consensus. *De instr. domo*, cap. 10.

BOETIUS. 39. Felicissimi ejusque sensus delicatissimi est vet nisi ad nullum cuncta suppetant, omnis adversitatis insolens, minimis quibusque prosternerit. Lib. 2 de Consolat. *Philos.*, prosa 4.

S. GREGOR. MAGNUS. 40. Dum exteriores sensus ab hujus vite sollicitudinibus sopio, vacante mente vivacis interna cognosco: foris dormio, sed intus cor vigilat: quia dum exteriora quasi non sentio, interiora solertiter apprehendo. Lib. 33 *Moral.*, cap. 42, num. 21, super illud *Cant. v. Ego dormio, et cor meum vigilat.*

41. Ad custodiendam cordis munditiam, exteriorum sensuum disciplina servanda est. *Ibid.*, lib. 21, cap. 2.

RESYRUS. 42. Gravem molestiam internus homo contrahit ab externis sensibus. *Centur.* 2, sent. 70.

S. HIERON. 43. Capite sano, omnes sensus vigent. *Epist. 13 ad Paulin.*

HUGO CARD. 44. Peccatum mortale, quod concipitur per aliquem de sensibus, occidit sensus interiores et exteriores. Super *Job*, cap. xxxi.

45. Facilius est suggestiones diaboli superare, quam insulsius sensus carnalis, diaboli enim resistendo vincitur. Super *Proverb.*, cap. xvii.

46. Hostis noster est proprius sensus, ad quem debellandum mittit nobis Dominus contradietores. Super *Ecclesiast.*, cap. ix.

JOAN. CASS. 47. Nemo nobis magis, quam sensus, qui vere est intus noster domesticus, adversatur. *Collat. 18 Abb. Piammon.*, cap. 18.

48. Sensus omnis in gustu est. *Homil. 13 super 1 Tim.*

49. Solertia meliorem sensum reddit, pejorem facit negligentia: sensum desidia obtundit, segnitiam industria destruit. Lib. 2 de *Synon.*, cap. 42.

50. Sensus torpor exasperat, sensum desidia obtundit, industria acuit, exercitatione proficit sensus, experientia plus scit. *Ibid.*

51. Principes sunt, qui sensus regunt et refracant insatiabilem eorum impetum, quo rapiuntur ad supervacanea. *De Agricultura.*

52. Sensusum integritas humoribus vitiosis facile corrumpitur. *De Joseph.*

53. Include sensus intra quietis presidium, ne in sua desideria mentem distrahaat. *Hecatomid.* 2, sent. 10.

54. Noli nimis in sensu tuo confidere, sed velis etiam libenter aliorum sensum audire. *Proec.*

55. Si hominem est tunc sentire, et hoc ipsum propter Deum dimitit, et alium sequeris, magis exinde proficies. Lib. 1 de *Imit. Christi*, cap. 9, sect. 2.

56. O quam felix, quam sapiens, quam pacifica et queta esset anima, si in humano corpore a Deo illuminata sine sensibus viveret, vel potius si a sensibus voluntarie alienata, eis uti despiceret. *Conc. fer. 6 post Dom. 3, Quadr.*

SENTENTIE PAGANORUM.

57. Omnis sensio diuturna novia est valde sensui ipsi, adeo ut aliquando eum privet vi sentendi. Lib. 11 *Theolog.*, cap. 2.

58. Sensus non cognoscit vere aliquid per animum, nisi situd prejudicet intellectus agens supra animum ipsum. *Ibid.*, lib. 42, cap. 20.

59. Sensus ubi conjunctus ab intelligentia est, laborem voluit insensibilem habet. *Sect. 11 Problem.*, quest. 33.

60. Omnia que sensibus servant, nos accendunt, et irritant. *Epist. 58.*

Vide etiam tit. *Custodia*, sent. 4; *Evocatio*, sent. 47, 48; *Insidia*, sent. 25; *Judicium priv.*, sent. 10, 11, 17, 18; *Oculus*, sent. 12; *Sensus quinque*, *Superfluitas*, sent. 4.

SENSUS QUINQUE.

SENTENTIE PATRUM.

1. Cum male custodiuntur sensus, efficitur Christus, et intrat diabolus. *Part. 1, tit. 2, cap. 3, § 7.*

2. Non sentimus ratione, sed aut visu, aut auditu, aut olfactu, aut gustu, aut tactu. *De quant. anime*, cap. 29.

3. Sensus tenemus, que aut videndo, aut contractando, aut audiendo, aut gustando, aut odorando cognoscimus. *De decem Categ.*, cap. 5.

S. JOHANNES CHRYSOST.

S. ISIDORUS HISPALENS.

PHILO JUD.

THALASITUS

THEODAS A KEMPES.

S. THOMAS A VILLANOVA.

ARISTOTEL.

SENECA.

4. In ipsis sensibus, quibus anima per corpus utitur, nihil est oculis præferendum. *De Morib. Eccl.*, cap. 20.

5. Sunt quinque partiti corporis sensus, qui nec sine corpore, nec sine anima esse possunt: quia neque sentire est nisi viventis, quod ab anima est corpori, neque sine corporis instrumentis, et quasi vasis atque organo, videmus, audimus, caracterisque tribus utimur sensibus. *Epist. 3 ad Valerian.*

6. In nostro corpore inest sensus singulis membris, sed non tantus quantus in capite, ubi pronus omnis est quinque partitus. *Epist. 57, quest. 2.*

7. Ad interioris hominis sensum, non acies pupille, non foramen auriculae, non spiramentum narium, non gustus faucium, non illius corporis tactus accedit. Lib. 11 de *Cleit. Det.*, cap. 27.

8. Quinque sensus multæ voluptatis, offendit dolor. Tract. 45 super *Joan.*

9. Quinque sensus non ad eternitatem nos regunt, sed ad ista temporalia vel appendenda, vel fugienda. *Ibid.*

10. Propter corporis unitatem, oculus et sibi et auri videt. *Ibid.*, tract. 18.

11. Per quinque sensus, quasi per quasdam januas, aut mors, aut vita ad animam nostram ingrediuntur. *Homil. 35 ex Quingues, Homil.*

12. Anima inchoat motum in omnibus sensibus a subtilitate visus, sed non in omnibus ad idem pervenit. In visu enim pervenit, represso colore usque ad ejus lucem; in auditu usque ad liquiditatem aeris calore ignis penetrat; in olfactu transit aerem purum, et pervenit usque ad humidam exhalationem; unde crassior hinc aura subsistit; in gusta et hinc transit, et pervenit usque ad humorem corpulentorem, quo etiam penetrato atque trajecto, cum ad terræam gravitatem pervenit, tangendi ultimum sensum agit. Lib. 5 de *Genesi ad ill.*, cap. 5.

GLOR. ORD. 13. Sensus exteriores sunt quasi quedam corporis fenestras, per quas latrones ad interiora ingrediuntur bona gratie rapientes. Super *II Reg. 21.*

14. Adam si in obedientia perseverasset, sensus corporis ad nullam malam voluptatem retententur. Super *Apoc.*, cap. xvii.

S. GREGOR. MAGNUS. 15. Nullum latet quod quinque sensus corporis nostri, videlicet, visus, auditus, gustus, odoratus, et tactus, in omne quod sentiunt atque discernunt, virtutem discretionis, et sensus a cerebro trahunt. *Proec.*

16. Et cum unus sit iudex sensus cerebri, qui intrinsece præsedet, per meatus tamen proprios sensus quinque discernit, Deo mira operante, ut neque oculus audiat, neque auri videat, neque

os olfactat, neque naris gustet, neque manus odoretur.

17. Et cum per unum sensum cerebri omnia disponantur, quilibet tamen horum sensus aliquid facere non potest, præter id quod ex dispositione conditoris accepit. Lib. 11 *Moral.*, super illud *Job. xii: Nomen auri verba judicant?*

18. Visus, auditus, gustus, odoratus, et tactus, quasi quedam viae mentis sunt, quibus foras veniat, et ea que extra ejus sunt substantiam, concupiscat. *Proec.*

19. Per hos etiam corporis sensus, quasi per fenestras quasdam exteriora quaque anima respicit, respiciens concupiscit. *Ibid.*, lib. 21, cap. 2, super illud: *Pepigi factus cum oculis meis, etc.*

20. Ad custodiendam cordis munditiam, exteriorum sensuum disciplina servanda est. *Proec.*

21. Nam quantalibet virtute mens pollet, quantalibet gravitate vigeat, caruales tamen sensus puerile quiddam exteriorum perstrepunt: et nisi interioris gravitatis pondere, et quasi juvenili quodam vigore refragentur, ad fluxa juvenum, et levia mentem evertem trahunt. *Ibid.*

22. Quinque carnis sensus prædit sumus, videlicet visu, gustu, olfactu, auditu, atque tactu. *Proec.*

23. Operari autem exterioris sine istis corporis quinque sensibus non valeamus.

24. His quippe officis suis iudex animus interior præsidet, et quid exterius agere juste possit, quasi isdem officio deservientibus agnoscit. *Homil. 37, super Eccl.*, super illud: *Et mensus est portam, etc.*

25. Per quinque sensus, quasi per quasdam fenestras, vitiorum in animum introitus est: non enim potest ante Metropolis et arcis mentis capui, nisi per portas ejus irruat hostis exercitus. *Proec.*

26. Anima capitur aspectu, auditu, odoratu, sapore, tactu. Lib. 2, *etperi. Joovin.*

27. Sensus noster illud cogitat quod videt, audit, odoratur, gustat, attractat; et ad ejus rei trahitur appetitum, cujus capitur voluptate. *Proec.*

28. Nec audire quippiam, nec videre possumus; nisi sensus in ea que certimus et audimus fuerit intentus. *Ibid.*

29. Sensus corporum quasi equi sunt sine ratione currentes: anima vero in origina modum retinet frenâ currentium. *Ibid.*

30. Sine quinque sensibus vivere possumus, id est, sine aspectu, auditu, odoratu, atque tactu: atque gustu autem et cibis, impossibile est humanum corpus subsistere. *Ibid.*

31. Sensus debent circumcisci, scilicet linguæ, utroque casu.

ne loquatur falsa, vel otiosa; pes, ne currat ad illicita; manus ne accipiat libenter manna, et ne perpetret mala; auris ne audiat detractionem; oculus, ne videat vanitatem. Super *Gen.*, cap. 17.

32. Quinque passiones, quinque sensibus sunt annexæ. Super *I Reg.*, cap. vi.

33. Perfecti debent esse in custodia quinque sensuum, ut vana non videant, mala non audiant, dulcia non gustent, stercora non olfiant, molli non palpent. Super *II Reg.*, xv.

JOAN. CASP.

34. Omni nobis cautione erandum est, ut omnes nostri corporis sensus, tanquam sacrosanda Domini holocausta in emulibus illibata atque intacta servemus. Collat. 24, *Abbat. Theone*, cap. 26.

S. HENRICH.

35. Unaquæque manus nostra digitos quinque habet, sed et sensus habemus quinque: quæ in nostris sunt visceribus, in quinque possunt numerari, cor hepatis, pulmones, splen, et renes. Lib. 2, *advers. Hæres.*, cap. 42.

S. HENRICH.

36. Per sensus carnis, morbus irregit menti. Lib. 2 de *Somma bono*, cap. 28, sent. 2.

S. HENRICH.

37. Vita quando per sensus carnis labem animi ingerunt, in ipsis sensibus regunt. *Prose.*

38. Neque enim alimur peccemus, nisi videndo, audiendo, atrectando, gustando, atque tangendo. *Ibid.*

39. Hinc inde sensui propria natura data est: nam quod valendum est, oculis capitur: quod audendum, auribus; molli et dura, tactu æstimantur: sapor gustu, odor, naribus docetur. Lib. 2 *Etymol.*, cap. 4.

S. LAURENT.

JUSTIN.

40. Grandis sensibus tuis est adhibenda custodia, ne amabilem solitudinis tuæ dissipent fructum. *De vita solitar.*, cap. 8.

S. NILES.

41. Sensus visus, ceteris sensibus prestat. *De Orat.*, cap. 144.

PHILO JUD.

42. Sensus in quinque dividitur, in usum, auditum, gustum, odoratum et tactum; quorum singulis Deus attribuit certas materias, et instrumenta propria ad subjecta iudicanda. *Prose.*

43. Colores visui, voces auditui, saporibus gustui, vapores odorati, tactui vero mollietas et durities. *De mundi Opific.*

44. Discas quid visus, quid auditus, quid gustus, quid odoratus, quid tactus sit. *Prose.*

45. Quid sit videre et quomodo videas, quid audire et quomodo audias, quid odorari, quid gustare, quid tangere et quomodo fiant hæc singula. *De Somnia.*

REPERTUS

AMB.

46. Cum quinque sint fenestree nostræ, per quas mors ingreditur (id est quinque sensus corporis) in animam, tanquam fur aut pædo, omnium ad ejusdem mortis opus, visus efficacissimus est. Lib. 1, super *Hieron.*, cap. 76.

47. Omnibus quinque sensibus dignior est visus: quia et spiritualior est, et pura demonstrat, quam alii sensus. Super *I Cor.*, cap. xii, lect. 3.

S. THOMAS AQUINAS.

48. Sensuum custodia, puritatis est causa, pacis disciplina, devotionis camera. In *Horacio Nasar.*, cap. 4.

THOMAS A. KEMP.

SENTENTIE PAGANORUM.

49. Cæsus est sensus ex omnibus maxime voluptarum, antedoneque præter cæteros sensus commovetur. Lib. 3, de *Oratore*, num. 99.

CICERO.

50. Sensus interpretæ ac nulli rerum, in capite, tanquam in arce, mirifice ad usus necessarios et facti et collocati sunt. Lib. 2, de *Natura deor.*, num. 120.

SENTENTIA.

Definitio. Sententia est determinata acceptio alterius partis contradictionis. JUDICIIUM certum de altera parte contradictionis.

COLLECTOR.

SENTENTIE PATRUM.

1. Sententia, sententia superiore mutatur. Lib. 2, de *Virginitate*.

S. AMBROS.

2. Quot homines, tot sententiæ. *Ibid.*

3. Novit Dominus mutare sententiam, si tu noveris emendare delictum. Lib. 2, super *Luce.*, cap. 1, in illud: *Zacharias pater ejus*, etc.

4. Si sine acceptione personarum: max ubi liquebit de causa, justam de utraque parte feris sententiam. *Prose.*

S. ANTONIUS.

5. Nam dum causa accipit est, prolatanda est sententia: quia festinata judicis poritur positivitas.

6. Si igitur in iudicando periculum vitari non potest, nihil utilius quam differe sententiam.

V. BEDA.

7. Si autem alterutrum periclitari nullas, et rei difficultas moram non exigit, iniquissimum est iudicium proferri. Part. 3, lib. 3, cap. 1, § 9.

8. Sententia a majoribus conditum, irrevocabilem habet confirmationem. *Oration. contra Helias*.

S. ATILANUS MAGNUS.

9. Sententiarum veritas in sanctis libris theologicis investiganda est. Lib. 2, de *Doctr. christ.*, cap. 31.

S. AUGUSTINUS.

10. Mutata vita, mutatur sententia. *Serm. 47, ad Frat. in eremo*.

11. Nos in quemquam sententiam ferre non possumus, nisi aut convictum, aut sponte confessum. *Itab. in Decret. Gratiani*, part. 2, causa 2, quest. 4, can. *Nov.*

12. In diversitate sententiarum reorum concordiam parit veritas. Lib. 12 *Caus.*, cap. 30.

13. Sententia propria mutanda est ad voluntatem Dei. *Epist.* 65.

14. Qui sententiam suam quamvis falsam at-

que perveram nulla pertinaci animositate defendunt, nequaquam sunt inter hæreticos deputandi. *Epist.* 162.

15. Turpe est mutare sententiam, sed veram et rectam: nam et stultam, et noxiam, et laudabile et salubre est. *Epist.* 210.

16. De his quæ animo ac mente sentiuntur, sententia vocabulum accepit. Lib. 2, de *Civitate Dei*, cap. 3.

17. Nullus sententiæ proprie adhaerere debet. Lib. 2, de *Anima et orig.*, cap. 16.

18. Qui cum iudicio legunt, nulla venenata sententiarum pravitate leduntur. *Ibid.*, cap. 17.

19. Nihil amando sententiam usque ad hæresis sacrilegium pervenire, diabolica presumptio est. Lib. 2, de *Baptismo contra Donat.*, cap. 6.

20. Tutius est plerum, quam unus aut paucorum privatam sententiam sequi. *Ibid.*, lib. 3, cap. 4.

21. Ecclesie Catholice sententia adversus doctrinam sententiæ proponenda. *Ibid.*, lib. 5, cap. 17.

22. Sicut laudabile est a vera sententia non amoveri, ita culpabile persistere in falsa: quam nunquam tenere prima laus est, secunda mutare. Lib. 3, *contra Crescon.*, cap. 3.

23. Sententia loquatur, cuius verba sic fulgent, ut si eam voleritis abscondere, quæcumlibet tenebrarum latebras, suo nimio splendore perumpat. *Ibid.*, cap. 21.

24. Humana temeritas cum in sententiam assequi precipitatur erroris, relinquere propter vanitatem pudet, et detendere contra veritatem non pudet. *Ibid.*, lib. 4, cap. 38.

25. Gravis animus dubiam non habet sententiam. In suo *Proverb.*, verbo *Gravis*.

26. Nec propeca sis in sententia, nec vehementis in vindicta. *Epist.* 42, ad *Henric. Sconensium archiep.*

27. Mos perverarum mentium esse dignoscitur, si qua sententiæ suæ contraria propter istorum certitudinem inficere non possunt, fraudulenta calliditate pervertat, et ad sensum trahere conantur repugnantem. In *Apolog. Pausan.*, resp. 3, cap. 3.

28. Justi iudicis est, de singulis factis apto sententiam pronuntiare. *Cateches.* 2.

29. Absente alia parte sententiæ a iudice dicta nullam obtinet firmitatem. *Itab. in Decret. Gratiani*, part. 2, causa 3, quest. 9, can. *Absente*.

30. Sententiæ quæ misericordiam velat, fugienda est. In *Decretis Gratiani*.

31. Sententiam veram certamque de ipsis rebus non habemus, qui non possumus hominum indagare conscientiam. *Prose.*

32. Si suspiciones vitare non possumus (quia homines animos) definitivas tamen firmasque sententias continere debemus. Super illud *I Cor.* iv: *Me ipsum iudico*.

33. Sententiam, quæ velat misericordiam, non solum tenere, fratres, sed etiam audire, fugite: quia potius est misericordia. In *Decret.*, part. 4, dist. 56, can. *Ponderet*.

34. Apud Deum male dicitur, qui moribus dissonam profert sententiam. *Ibid.*, etc., can. *Si quis dixerit*.

35. Sententia iniusta potius iudicem ledit, quam eum in quem temere fertur. *Ibid.*, etc., can. *Nobile*, § *Hæc sententia*.

36. Non debet is potius sustinere canonicam, in cuius damnatione non est canonica prolata sententia. Lib. 2 *ex Registo*, indict. 41, cap. 43, epist. 9, ad *Antonium subdiacon.*

37. Omnipotens Deus plerumque mutat sententiam, consilium nunquam. Lib. 16, *Moral.*, cap. 4.

38. Sententia a sensu vocata est, et recta quem intelligit sapiens, non ex sola scientia, sed ex sententia dicere appetit, qui nequaquam tantummodo sciendo dicere, sed sentiendo desiderat experiri quod dicit. *Ibid.*, lib. 23, cap. 10, num. 17.

39. Omnis sententia quæ plus sacre Scripturæ testimoniis confirmatur, facilius creditur. Lib. 7, in *Registo*, indict. 2, cap. 53, epist. 53, ad *Secundum inchoatum*.

40. Græve est satis indecens, ut in re dubia, curti dicatur sententia. *Ibid.*, lib. 8, ind. 3, cap. 80, ad *Constantium episc.*

41. Plerumque iuste severitatis sententia per clementiam temperatur: magne autem districtioris hoc iudicium est, ubi animadversionis sententia replicando asseritur. Lib. 2, in *I Reg.*, cap. 3, super illud: *Prostrati erunt*, etc.

42. Iudicii ordo confirmatur, si arte inventus culpe discutionem, sententia profertur. *Ibid.*, lib. 5, cap. 4, *Applicate huc universas angulos*, etc.

43. Sententia non a suo iudice dicta, nihil firmitatis obtinet. Lib. 11, in *Registo*, ind. 6, cap. 54, epist. 54, ad *Joan. Defensor*.

44. Sententia quæ sine scripto dicta fuerit, non nomen quidem sententiæ habere merebitur. *Ibid.*

45. Summopere prævendendum est, ne retores Ecclesie, et qui publica iudicia exercent, in dictandis sententiis, ultimus levitate aut furoris duci, sint precipites: sed causis prius diligenter ventilatis, cum res que ignorabatur ad notitiam pleniter venerit, tunc divina et humana lex resolvatur: et tunc secundum quod ibi constitutum

GRATIANUS.

S. GREGORIUS MAGNUS.

®

est (remota personarum acceptione) definitiva proferatur sententia. Hab. in *Decret. Gratiani*, part. 2, caus. 2, quest. 3, can. *Summopere*.

4. HIERON.

46. Non videt Christianos verbis dubiis harrere, et ambiguis librare sententias, quibus loquens magis, quam audiens desipit? Epist. 15, ad *Pamach.*

47. Ubi quid ambiguum est, non cito sententiam proferamus. Lib. 2, super *Matth.*, cap. 13, can. 10, num. 110, super illud: *Qui seminavit bonum semen.*

S. JOHANNES
CHRYSOST.

48. Nullae sententiae sunt ferendae, nisi probatio praecedat. Homil. 12, super *Genes.*

49. Iudicium praecedit mores, sententia actibus prior est. Serm. *de Jacob et Esau.*

50. Fons est perenniter manans divinarum vis sententiarum, nunquam deficiens, nunquam interquiescens. Homil. 5, de *Fide Anan.*

51. Nunquam diversa merita, una adstringit sententia. Serm. *de Elia.*

52. Non a male, sed a bene valentibus accipienda est sententia. Homil. 14, super *I Cor.*

53. Non confundamus divinas litteras, neque sancti Spiritus sententias propriis sententiis pervertamus. Lib. 2, de *Compunct. Cordis.*

54. Facilis impeditur sententia, quam revocatur. *De ruina Monast. Ordin.*, cap. 5.

S. ISIDORUS
HISPAL.

55. Melior est ex sententia veniens, quam ex opinione sententia: nam illa vera est, ista dubia. Lib. 2, de *Sion bono*, cap. 1.

NICOLAUS
DAP.

56. Altera parte absente, definitiva non feratur sententia. Habet. in *Decret. Gratiani*, part. 2, caus. 3, quest. 9, can. *Revers.*

PEIR. ILLAS.

57. Temerarium est in re periculosa et ardua, precipitare sententiam. Epist. 14, ad *Arsulph. Lectoniens. episc.*

58. Tu non nisi ex assertionem parium, et rationalium animi motu sentias ad sententias esse procedendum. *Ibid.*, tract. de *Inst. episcopi.*

S. PETRUS
BARLAN.

59. Saepe sententia quae ab uno considerata iuris equitate deponitur, ab aliis praedictum deputatur. Opusc. 7, cap. 26.

PHILO IUD.

60. Ingenuis sine furo e sincera conscientia liberam sententiam deponere decet generosus animos. Lib. *Quid omnia probus ubi sit.*

61. De inertiis tollis suspenditur sententia. *De Profugis.*

RICHARD. A
S. VICTORE.

62. Nulla sententia certior redditur, quam qua ex communi animi conceptione formatur. Part. 1, lib. 4, de *Trinit.*, cap. 5.

ARISTOTEL.

63. Pertinet, et in sententia obfirmatus, de sententia non decedit, etiamsi suadent ratio. Lib. 7, *Morat.*, cap. 9.

CICERO.

64. Viliosum est in sententia, si quid absur-

dum, aut alienum, aut non notum, aut submissum est in verbis, si iniquitatum, si abjectum, si non aptum, si durum est. *De optimo genere Orator.*, num. 7.

65. Quot homines, tot sententiae. Lib. 1, de *Fyrib.*, num. 15.

66. Gravis animus dubium non habet sententiam. In suis *Sent.*, sent. 151.

67. Index quam tulit de reo, sententiam, revocare non potest; immutabilis est, semel emissa. Lib. 3, *Controver.* 23.

68. Multi sunt, qui detracto verbo, aut mutato aut adjecto, putant se alienas sententias inveniisse: qui hoc faciunt, similes videri solent furibus, alienis pocula ansas mutantibus. *Ibid.*, lib. 5, *Controver.* 34.

69. Difficilis est sententia, quam non rem, sed vim rei quaerit. Lib. 3, de *Beauf.*, cap. 8.

Vide etiam tit. *Therapsis*, sent. 14; *Judicij corruptio*, sent. 68; *Mutator*, sent. 93; *Orator*, sent. 45; *Retor*, sent. 16.

SEPULTURA.

SENTENTIA PATRIUM.

MIRCA
PUL.

SENECA.

1. In sepulchris Christianorum, requies defunctorum est. Lib. 2, *Offic.*, cap. 28.

2. Nullis unquam negata defunctis inhiliterentur sepulture commercia sepulture. Lib. 5, epist. 31, ad *Valentinianum Imper.*

3. Sericea vestes, et auro intertexta velamina, quibus divitis corpus ambitur, damnata vivuntium, non subsidia defunctorum sunt. *De Nabothae*, cap. 4.

4. Unguentum accipis, o dives, postquam mortuus es, et furtivus es, perdis alienam gratiam, nec acquiris tuam. *Ibid.*

5. Sola virtus comes est defunctorum, sola sequitur misericordia. Lib. 7, super *Luc.*, cap. xvii in illud: *Homines cuiusdam dicitis*, etc.

6. Homines frustra pretiosa struant sepulchra, quasi ea animae, et non solius corporis recordacula sint. *De Bono mortis*, cap. 10.

7. Qui divina vocatione ab hac vita recedunt, cum Psalmis et psalterium tantummodo vocibus debent ad sepulchrum deferri. Part. 1, tit. 5, cap. 1, § 10.

8. Ubique corpora fidelium sepeliuntur, vel inscripta etiam inimicorum rabie relinquuntur, aut pro eorum libidine discerata absumantur, non ideo vel minus integra, vel minus gloriosa in eorum resurrectione futura sunt. In quest. super *Genes.*, lib. 4, quest. 141.

9. Provisis sepeliendis corporibus locus, bonae affectionis humane est erga funera suorum. *De Cura pro mortuis*, cap. 4.

S. ANTON.

S. ANTON.

S. AUGUST.

S. BONAV.

10. Nec aliquid obest fidelibus negata eorum corporibus sepultura: nec aliquid, si exhibeatur infidelibus. *Ibid.*, cap. 9.

11. Corpori humano quidquid impenditur, non est praesidium salutis, sed humanitatis officium. *Ibid.*, cap. 18.

12. Curatio funeris, conditio sepultura, pompa exequiarum, magis sunt vivorum solatia, quam subsidia mortuorum. Lib. 4, de *Civili Dei*, cap. 12.

13. Si aliquid prodest impio sepultura pretiosa, obest pio vilis, aut nulla. *Ibid.*

14. Sepultura humanorum corporum Christianis etiamsi fuerit negata, nil admittit. *Ibid.*, in titulo, cap. 43.

15. Nulla corpora Christianorum terra non terat, sed nullum eorum quisquam a colo et terra separavit, quam totam implet praesentia sui, qui novit unde resuscitet quod creavit. *Ibid.*, cap. 43.

16. Praeclaras exequias in conspectu hominum exhibet purpurato illi diviti turba famulorum: sed multo clariore in conspectu Domini ulcero illi pauperi ministerium praebuit angelorum, qui cum non extulerunt in marmoreum tumulum, sed in Abrahae gremium sustulerunt. *Ibid.*

17. Sepulture curam philosophi contempserunt. *Ibid.*

18. Non sunt contemnenda et abijcienda corpora defunctorum, maximeque justorum atque fidelium. *Ibid.*, cap. 43.

19. Antiquorum justorum funera officiosa pietate curata sunt, et exequis celebrata, et sepultura provisae: ipsique cum viverent, haec se sepeliendis, vel etiam transferendis suis corporibus, illis mandaverunt. *Ibid.*

20. Non hoc apud Deum perit, quod ex animis hominum membris officii diligentiusque persolvitur. *Ibid.*

21. Morere ut vivas, sepelire ut resurgas. *De verbis Apostoli*, serm. 15.

22. Qui humanitatem suam usque ad sepulchrum porrigit mortuorum, etiamsi id faciat mente tranquilla adductus, officio bonitatis, misericordiae tamen vocandus est. *De morib. Eccles.*, cap. 27.

23. Defuncta corpora necessariorum officii sunt deducenda ad sepulturam, nec simulata, sed religiose: non autem deservenda inimicorum obtruncationibus, tanquam canum moribus projicienda. Epist. 19, cap. 2.

24. Sepulchra foetida et immunda sunt intus, sed extra sunt pulchra: unde merito sepulchra dicuntur quasi senipulchra. Super *Luc.*, cap. xi, in illud: *Quia estis in monumenta.*

Tom. IV.

25. Non valet impio Ecclesiastica sepultura, sed potius est, et ad poenam. Serm. 2, de *S. Jacobi.*

26. Quid illi diviti valuit marmoreus locus? quid illi decor ille purpureus? quid turba plorantium famulorum, postquam ductus est ad infernum? *Ibid.*

27. O quam dura est domus ista sepulchri, et quam stricta, quam foetida; quam pauperula, et quam obscura, quam communis est omnibus divitibus et pauperibus, rusticis et regibus, viris et mulieribus, parvulis et senibus! Serm. 2, de *S. Jacobi.*

28. Heu! qui paulo ante vivebat in deliciis in palatio, totus manducatur a vermicibus in sepulchro. *Ibid.*

29. A sepultura sacra excluduntur omnes excommunicati, omnes haeretici, usurarii, et omnes peccatores, nisi prius absoluti fuerint et confessi. *Ibid.*

30. Contemptus corporum mortuorum, non ad parvam rectorum injuriam: nam si sepelire est pietatis officium, volatilibus cali abijcere, magna crudelitas constat exemplum. Super *Paula*. lxxviii, vers. 2.

31. Ad exaltandam memoriam filiorum, diligenter commendatur sepultura patrum. Super *Gen.*, cap. 47.

32. Sepelire mortuum, est opus misericordiae; et ideo de condemnatis ad mortem, et suspensis in patibulo praecipitur hic quod non preveatur sepultura. Super *Deuter.*, cap. 21.

33. Pompa funeris, agmina exequiarum sumptuosa, diligentia sepulture, monumentorum opulenta constructio, virorum quolibetque solatia sunt; non adjutoria mortuorum. Super illud I *Theosal.* iv: *Sicut et ceteri, qui ipse non habent.*

34. Cura sepeliendi et sepulchra construendi inter bona opera in Scripturis sanctis deputata sunt: impleant ergo homines erga suos officia postremi muneri. *Ibid.*, cap. 4.

35. Qui apud memorias Martyrum sepelitur, hoc tantum videtur mihi prodesse defuncto, ut commendans eum etiam Martyrum patrocinio, affectus pro illo supplicationis augetur. In *Decretis*, part. 2, causa 13, quest. 2, can. *Non estimemus.*

36. Grave nimis est, et procul nimis est a sacerdotis officio alienum, pretium de terra concessa patrumque quaerere, et de alieno velle facere licita compendium. Lib. 7, et *Registr.*, indict. 2, cap. 53, epist. 55, ad *Januarium episcop. Sardini.*

37. Sed si quando aliquem in Ecclesia vestra sepeliri conceditis, si quidem parentes ipsius,

CASSIODOR.

GLOSS. INT.

GLOSS. ORD.

GRATIEN.

S. GREGOR.
MAGNUS.

proxime heredes pro luminaribus sponte quid offerre voluerit, accipi non vetamus: peli vero aut aliquid exigi, omnino prohibemus. *Ibid.*

33. Quod valde irreligiosum est, ne aut venalis fortasse, quod alicui, dicatur. Ecclesia, aut vos de humanis videamini mortibus gratulari, si eorum cadaveribus studeatis querere quolibet modo compendium. *Ibid.*

HAYMO.

39. Mortuo sepultura debetur. *Serm. 2, Dom. 2, post Pent.*

S. HIERON.

40. Legimus quomacumque ad funera et ad sepulturas quorundamlibet Sanctorum, angelos advenisse, et exequiis eorum obsequia preestitisse: nec non et animas electorum usque ad caelos cum hymnis et laudibus detulisse. *Epist. 10, ad Paulum et Fructosum. ad Avincpt. B. M.*

44. Ex simplici sepultura Domini, ambitio divitiarum condemnatur, qui nec in tumulis eidem possunt carere divitiis. *Lib. 4, super Math., cap. 27, can. 1, num. 349, super illud: Accepto corpore Joseph, etc.*

HUGO CARD.

43. Obsequium funera in quatuor consistit: in lacrimis, in vigiliis, in orationibus, in oblationibus. *Super Genes., cap. 23.*

43. Honestas sepultura, cum sine superfluitate et superstatione est, opus est misericordiae. *Super Ecclesiastic., cap. 38.*

S. INNOC. III.

44. Casuilibus mortuus privari non debet Ecclesiastica sepultura. *Lib. 3, Decret., cons. 75.*

S. JOHANNES CHRYSOST.

45. Sepulturam non prohibeo, sed motus servetur, ut legatur corpus, non nudum mandetur terra. *Homil. 83, super Joan.*

46. Ubique sepeliatur, Dominus est terra et plebuitudo eius. *Homil. 26, super Epist. ad Hebr.*

S. JOHANNES DAM.

47. Omnia sepulcrum factore refertum est, memorie causa, et delectationis hostis. *Orat. 2, de Assumpt. beate Mariae Virginis.*

LACTANTIUS

48. Illud et maximum pietatis officium, est peregrinorum et pauperum sepultura. *Lib. 6, de Divin. inst., cap. 12.*

49. Non paliamur figuram et signum Dei fieri ac volaribus in gradum jacere, sed reddamus illi terra, unde oritur est. *Proso.*

50. Et quamvis in homine ignoto necessarium sepulcrum implerem, nulli prorsus minus negandum.

51. Et quod praestamus nostris per affectum, praestemus alienis per humanitatem, quae est multo certior iustiorque: cum jam non homini praestatur, qui nihil sentit: sed Deo, cui charissimum sacrificium est opus hoc iustum. *Ibid.*

ORIGENES.

52. Homini mortuo sepultura religiosa deferenda est. *Homil. 3, in cap. 3, Leticia.*

S. PETRUS

53. Miser dives accepit ante animae, quam cor-

poris sepulturam: nec ante quicquam corporis, quod postea traditur in sepulchro. *Serm. 124.*

54. Qui hodie induitur purpura, cras inceditur sepultura: hodie qui hominibus dominatur, cras a verminibus factus putredo corroditur. *Proso.*

55. Hodie qui regalibus infans redimuntur, cras vilibus panniculis examina cadaver obvolvitur.

56. Hodie splendet coronatus in regalis excellentia solio, cras fotat marcidus in sepulchro. *Lib. 7, epist. 7, ad Agnelem Imperatricem.*

57. Hinc est quod sepultura vocatur ex more memoria, sc. ut per eam memorantur vivi, et percipiunt refrigerium mortui. *Serm. 2, de Translatione S. Hilarii.*

58. Sepulcrum docuit est vermium. *Serm. 3.*

59. Vivi habent suas patrias, mortuorum omnino terra sepulcrum est. *Lib. de Joseph.*

60. Pars est benedictionis sepulchri et e contra, maledictionis, sepultura carere more animi. *Lib. 24, super Joan., cap. 16, in illud: Quis Pararete erit.*

61. Sepultura inventa est, ne horror et fotor sit vivis, et ad fidem resurrectionis futura. *Super 4, sent. dist. 15, quest. 2, art. 3.*

SENTENTIA PAGANORUM.

62. Iustitia est vita jam factis debitum praestare. *Lib. 1 de Virginitas, cap. 4.*

63. Mortuis parentibus ea pulcherrima est sepultura forma, quam moderatissima est. *Syzygus 4, lib. 4 de Legibus.*

64. Sepulera sint in locis nullo modo excultis, neque ad culturam aptis, eaque nec magna, nec magno opere exquisita, sed ut defunctorum corpora recipiant. *Ibid., lib. 12.*

65. Impensa monumenti supervacua est, memoria nostri durabit, si vita meruimus. *Lib. 9, epist. 19 ad Pisonem.*

66. Omnibus natura sepulcrum deest, naufragos idem finctus, qui exipit, sepeliri: suffocatos corpora eructibus in sepulcrum suam desunt: eos qui vivi uruntur, postea funerari: sed hominibus aut, insepultis obijciunt. *Lib. 8 Declam., cont. Travers. 4.*

67. No quis insepultus esset, feram natura prospexit: quem servitia proiecisti, dies condet. *Epist. 92.*

68. Non defunctorum causa, sed vivorum inventa est sepultura: ut corpora et vivi, et odore facta amoverentur. *De remediis fortitae.*

69. Hostis iudicatus, ultimum supplicio afficitur, sepultura honore spoliatur. *Lib. 4, Diector. memorat., cap. 7.*

Vide etiam tit. Infernas, sent. 98: Parentes, sent. 65: Suffragia defunctor., sent. 14, 15, 18, 23.

CHRYSOS.

S. FERDIN.

DARLUM.

S. FERDIN.

DARLUM.

S. FERDIN.

DARLUM.

S. FERDIN.

DARLUM.

S. FERDIN.

DARLUM.

S. FERDIN.

DARLUM.

S. FERDIN.

DARLUM.

S. FERDIN.

DARLUM.

S. FERDIN.

DARLUM.

S. FERDIN.

DARLUM.

S. FERDIN.

DARLUM.

S. FERDIN.

DARLUM.

S. FERDIN.

DARLUM.

S. FERDIN.

DARLUM.

S. FERDIN.

DARLUM.

S. FERDIN.

DARLUM.

S. FERDIN.

DARLUM.

S. FERDIN.

DARLUM.

S. FERDIN.

DARLUM.

S. FERDIN.

DARLUM.

S. FERDIN.

DARLUM.

S. FERDIN.

DARLUM.

S. FERDIN.

DARLUM.

S. FERDIN.

DARLUM.

S. FERDIN.

DARLUM.

S. FERDIN.

DARLUM.

S. FERDIN.

DARLUM.

S. FERDIN.

DARLUM.

S. FERDIN.

DARLUM.

S. FERDIN.

DARLUM.

S. FERDIN.

DARLUM.

S. FERDIN.

DARLUM.

S. FERDIN.

DARLUM.

S. BONAV.

Disputatio. Sequi Christum est se perfecte illi configurare. *In cap. 18, Luc., super illud: Veni, sequere me.*

Quid est crucem accipere, et Dominum sequi, nisi patientiam servare, dum contingit affligi? *Serm. 8, de sancto Andrea.*

SENTENTIA PATRUM.

S. AMBROS.

1. Tunc citius nostra exauditur oratio, cum Christum, quem mens alloquitur, etiam corpus sequatur. *Serm. 56 de Cruce Christi.*

2. Is qui Deum sequitur, tutus semper est. *Lib. 4 de Abraham, cap. 2.*

3. Disce vir, disce Christiane, quomodo verum Jesum sequi debeas. *Super Psalm. xxxvii.*

4. Si vis mi Regi debere terram, relinque omnia, et sequere Christum. *Lib. 9 super Luc., cap. xx, in illud: Cuius habet imaginem, etc.*

5. Societas Christi, caeca est Christiani. *Serm. 61 de Pentecoste.*

6. Sequamur Jesum semper, nec desinamus: quod si semper sequamur, nunquam deficiamus, dat enim viam sequentibus se. *Lib. 7, epist. 54 ad Strichonem.*

S. THOMAS AQUINA.

7. Christum fortiter imitari, dignum est et salubre et honorificum. *In Speculo Evang., serm. cap. 4.*

S. ANSELM.

8. Quid est a mundo exire, et ad Christum ire, nisi vita refricare, et animam vinculo amoris Deo religare? *Serm. Dom. 5, post Pascha, super illud: Quia a Deo exiit.*

S. ANTONIUS DE PADUA.

9. Surge et sequere me, ut non ulterius calcet terram, sed ascendas in caelum. *De Passione Salvatoris.*

S. AUGUST.

10. Qui didicerunt a Domino Jesu Christo miles esse et humiles corde, plus exultando et orando prouident, quam legendo et audiendo. *Epist. 112, ad Paulinum.*

S. BASILIUS.

11. Quisquis vestigia Christi sequitur, quasi pedes eius pretiosissimo odore perfundit. *Lib. 3 de Doctrina christi.*

S. CYPRIAN.

12. Crux carnis ipsa crucifigenda est, et transfigenda clavibus amoris Dei, ne solus et liberis membris reluctanter portare non possit: sequi enim Dominum, nisi eum peritas, omnino non vales: nam quomodo eum sequeris, si non es eius? *Epist. 38, ad Lactan.*

Vel dicitur stultus, quasi statim ulius, ab uliescor: quia stultus statim uliosum exprobit, nec deliberat.

Vel proprius stultus est, qui per stuporem non movetur injuria: sevitiem enim perfert, nec ulius est, nec ullo ignominiam metu movetur: quia stultus est hebetior corde. In *Decret. Gratiani*.

Dicitur a spiritu amens, quasi absque mente: et stultus is cujus sensus ignorantie depravatus et corruptus est. *Epist. ad Romanos*.

Definitio. Stultitia est rerum appetendarum et vitandorum non quolibet, sed vitiosa ignorantia. Lib. 3, *de Libero arbitrio*, cap. 24.

Stultitia est in facili dietisque per ignorantiam recti ac boni erratio. *De divin. inst.*, lib. 5, de *Justitia*, cap. 18.

Differentia. Differt stultitia a fatuitate: quia stultitia est hebetudo cordis, et obtusio sensuum: fatuitas autem est totaliter spiritualis sensus privatio. 2, 2, *quest. 86*, art. 1.

1. Stultus regere se non potest, et nisi moderatorem habeat, precipitatur propriis voluntatibus. Lib. 2, epist. 7, *ad Simplicianum*.

2. Stulto et imperato servitus est, et quod pejus est, cum paucioribus preest, pluribus dominis et gravioribus servit. *Prose*.

3. Servit enim propriis passionibus, servit cupiditatibus suis, quarum dominatum nec nocte potest fingere nec die.

4. Quia intras se dominus habet, intras se scurrilitatem patitur intolerabilem: generata enim servitus eius est, altera corporis, altera animi. *Ibid.*

5. Recidenda insipienti potestas est, non adjuvanda libertas: quia in libertate insipientia, ruina voluntatis est. *Ibid.*

6. Stultitia etiam stultorum iudicio misera est. Lib. 1, *contra Academ.*, cap. 7.

7. Aversionem stultitia consequitur, stultitia quippe quaedam cecitas est. Lib. 3, *de Libero arbitrio*, cap. 24.

8. Infans nec stultus, nec sapiens est. *Ibid.*

9. Serpens sapientia decepti simus, Dei stultitia liberamur. Lib. 1, *de Doctrina christi*, cap. 14.

10. Stultitia vera est falsa sapientia. *De Peccat.*, cap. 9.

11. Caret stultus sapientia. *De utilit. cred.*, cap. 13.

12. Lamentari quisque sana mente mavult, quam latari in amentia. Lib. 8, *de Civit. Dei*, cap. 27.

13. Ut qui morbo laborant, medicinae auxilio indigent: sic stulti, sapientia opus habent. Homil. 12 in *prime. Prov.*, et hab. apud divum Joannem Barms. lib. 1 *Parall.*, cap. 24.

14. Quid stulti proprium? non posse et velle nocere, in suis *Prov.*, verbo *Quid*.

15. Stultus quod vivil, mortem potius quam vilam esse censuerim: quomodo vita cum sterilitate? Serm. 63, super *Gen.*

16. Stultus reputatus fuit Christus, quando recessit ab appetitu aliorum: stultior, quando voluit affligi: stultissimus, quando voluit crucifigi: et tamen haec est sapientia sanctorum. Serm. 2, in *Hexam.*

17. Insipienti non nisi sua placent: omnis enim stultitia laborat fastidio sui. In *Speculo discipuli*, part. 4, cap. 16.

18. Stulti sunt in sensu leves, ita et in verbo precipites. *Ibid.*, part. 2, cap. 2.

19. Stultus est, qui inter vanitatem stultorum versatur. *De recta vivendi ratione*, cap. 72.

20. Aut quidam: Ego me esse stultum existimo, fatuum esse non opinor, id est, obtusis quidem sensibus, non tamen nullis. In *Decretis Gratiani*.

21. Stulti esse apud vos dicitur, ut in Deo vere esse sapienter valeatis. Super *Job*, cap. 17.

22. Tanto quisque amplius intus stultus fit, quanto conatur exterius sapiens videri. Lib. 48 *Moral.*, cap. 26.

23. Stultitia unius, multis periculum accersit, etiam si multis levis et contemptibilis sit: in *Eccl.*, cap. 9.

24. Sapientia illuminat, stultitia excecat. Homil. 10, super *Eccl.*

25. Stultus, qui necit discernere inter bonum et malum, nec potius effugit, nec blandius emolitur. Super *Prov.*, cap. 4.

26. Stultum laedere, semper bonum est. *Ibid.*

27. Stulti tunc facie corriguntur, cum stultitiam suam non cognoverint. *Ibid.*, cap. 26.

S. AUGUST.

S. BASILIUS MAGNUS.

V. BIDA.

S. BERNARD.

S. BONAVENT.

GLOSS. REBR.

GLOSS. ORD.

S. PETER. B.

S. PETER. B.

GLOSS. ORD.

S. GREGOR. MAGNUS.

S. GREGOR. MAGNUS.

S. GREGOR. MAGNUS.

S. GREGOR. MAGNUS.

S. GREGOR. MAGNUS.

S. GREGOR. MAGNUS.

S. GREGOR. MAGNUS.

S. GREGOR. MAGNUS.

S. GREGOR. MAGNUS.

S. GREGOR. MAGNUS.

S. GREGOR. MAGNUS.

S. GREGOR. MAGNUS.

S. GREGOR. MAGNUS.

S. GREGOR. MAGNUS.

S. GREGOR. MAGNUS.

S. GREGOR. MAGNUS.

S. GREGOR. MAGNUS.

S. GREGOR. MAGNUS.

S. GREGOR. MAGNUS.

28. Non major stultitia, quam quod homo sibi sapiens esse videtur. *Ibid.*, cap. 28.

29. Stultus mavult esse phreneticus ridens, quam sapiens plangens. Super *Ecclesiasten*, cap. 2.

30. Contingit sæpe quod ille, qui fatuus appareret exterius in facie, sapiens sit interius in corde. Super *Iac.*, cap. 6.

S. IOHANNES
CHRYSOST.

31. Natura stultum fieri, nihil habet criminis: per prudentiam vero stultum fieri, et venia privatur, et majus affert supplicium. Serm. 20, super *Evangelium ad Romanos*.

32. Stultus mundo ille est, qui exteriori contempta sapientia, sibi persuadet nihil ei ad fidei susceptionem profuturam. Homil. 29, super *I Cor.*

S. ISIDORUS
HISPALENSIS.

33. Nihil stultitia pejus, nihil insipientia detestius, nihil turpius. Lib. 2, de *Synonym.*, cap. 13.

34. Insipiens assidue peccat, facile decipitur, stultus in vita cito dilabatur. *Ibid.*

LACT. FIRM.

35. Stultus quid sit hominum ac justum, nescit, et ideo semper peccat: ducitur enim quasi captivus a vitia, nec resistere ullo modo potest, quia caret virtute, quam nescit. Lib. 5, de *Divin. inst.*, cap. 18.

PHILO JUD.

36. Nullum homini gravius malum stultitia accidere potest. Habet apud D. Joan. Damasc., lib. 1 *Parvul.*, cap. 24.

37. Mochi atque interitus cause, est stultitias. *Ibid.*

38. Stultus nulla in re consistere solet, pondusque est ipsius omnis vita, nec firmo ullo gradu definit. *Ibid.*, lib. 2, cap. 1.

SENTENTIE PAGANORUM.

ARISTOTEL.

39. Stultitia rationis est vitium, ac morbus, infelicitatis vitæ totius causa. Lib. 1, de *Virtutibus*, cap. 3.

40. Stultitia proprium est, prave de rebus judicare, praveque consulere, prave presentibus cum rebus congressi conflictarique, prave de iis rebus, que in vita bona malaque versantur, sentire. *Ibid.*, cap. 6.

CATO POET.

41. Insipiens esto, cum tempus postulat aut res: Stultitiam simulare loco, prudentia summa est. Lib. 2 *Distichor.*, metr. 41.

SENECA.

42. Nihil inanis est, diligenti stultitia. Lib. 3, *Controu.*

43. Stulto nulla re opus est: nulla enim re scit uti, sed omnibus eget. Epist. 9.

44. Omnis stultitia laborat fastidio sui. *Ibid.*

45. Stulti vita ingrata est, trepida est, tota in futurum fertur. Epist. 15.

46. Humilis res est stultitia, obiecta, sordida, servilis, multis affectibus et severissimis subiecta. Epist. 37.

47. Nihil stultitia peccatum habet, tam superne

illi metus quam infra, ad omnia pavet. Epist. 59.

48. Ut sis bestus, ut stultum videri sine. Epist. 71.

49. Inter cætera mala, hoc quoque habet stultitia, semper incipit vivere. Epist. 13.

Vide etiam tit. *Derisio*, sent. 6; *Disputatio*, sent. 36; *Familiaribus*, sent. 116; *Proævio*, sent. 27; *Prodigalitas*, sent. 4; *Profectus*, sent. 116.

SUASIO.

SENTENTIE PATRUM.

1. Sicut graviori dignus est supplicio, qui persuaserit crimen infantulo, et incensum precipitavit: ita qui invalidum et insipientem et improvidum circumscripserit persuasionem erroris. Super *Psal.*, cxviii, serm. 21, vers. 5.

S. AMBROS.

2. Exiguus momenti mens inclinatur humana; et huc atque illuc pro versutia suadentis frequenter impellitur. Lib. 4, super *Luc.*, cap. 4, in illud: *Jesus ductus est in desertum*.

3. Exempla facilius suadent, quam verba. Super *I Cor.*, xiv.

4. Lingua male persuadentium, gladius acutus est. Part. 4, tit. 6, cap. 13, § 4.

S. ANTONIO.

5. Tanta est humana fragilitas, ut ad sibilum unius verbi deiciatur. Part. 4, tit. 5, de *Justitia*, cap. 12, § 2.

6. Prudentia excubias, atque diligentissima vigilantis est, ne subrepente paulatim inanis suasionem fallamur. De *Moribus Eccles.*, cap. 34.

S. AUGUST.

7. Non mihi videtur magnas laudis futurum fore hominem, si propterea posset bene vivere, quia nemo male vivere suaderet: cum et in natura posse, et in potestate habeat velle non consentire suadenti. Lib. 11, de *Genesi ad lit.*, cap. 4.

8. Noli putare te non esse homicidam, quando fratri tuo mala persuades: si fratri tuo mala persuades, occidis. Tract. 42, super *Evangelium Joann.*, de cap. viii.

9. Sicut propria cogitatione non peccat invitus, ita dum consentit male suadenti non utique nisi voluntate consentit. *Prose.*

10. Sed tanta gravitas est, non solum nullo suadenti propria cogitatione peccare, sed etiam peccatum alteri suadere, quam ad peccandum alterius suasionem tradere. Lib. 3, de *Lib. arb.*, cap. 10.

11. Non sicut mihi adiacet suadere, eo modo adiacet etiam persuadere cuiuslibet. Epist. 156.

12. Per artem rhetoricam et vera suadentur et falsa. Lib. 4, de *Doctrina christi*, cap. 2.

13. Quod non est verum, nemini est omnino suadendum. *Contra mendac.*, cap. 19.

14. Non mihi sinas accidere, quibus mihi impietas persuadetur. *Annot. in Job*, cap. 10.

15. Malignus suavior peccati, etiamsi non persuaserit, merito pomam deceptoris incurrit. Lib. 3, *contra Crescon.*, cap. 5.

16. Ad doctrinam perinet, cum suadetur omne quod bonum est. De *Grat. Christi*, cap. 10.

17. Nisi radicem mali humanus reciperet sensus, nullo modo male suadenti accommodaretur assensus. Lib. 1, *contra Julian.*, cap. 9.

18. Diabolus suadere potest, cogere omnino non potest. Homil. 12, et *Quinquag. homil.*

S. BERNARD.

19. Exemplum operis, est plurimum faciens suadibile quod dicitur, dum monstrat factibile quod suadetur. Serm. de *S. Benedicto*.

20. Dabis voci tue verbum virtutis, si quod suades prius tibi illud cognoveris persuasisse, validior operis, quam oris vox est. Serm. 59, super *Cant.*

21. Quocumque modo alius alium, exemplo, verbo, blanditiis, terroribus, negligentis, ad peccandum induci, animam suam perdit. Serm. 2, *fer. 3 Pent.*

S. DONAT.

22. Sicut melius persuadet vita quam signa, et exempla quam verba: sic efficacius persuadet contemptus mundi et mortificatio carnis. Serm. 4, *Dom. 4 post Pent.*

23. Tanto difficilius est resistere alienius persuasioni, quanto ille qui persuadet, magis amatur. Super *lib. 2 Sent.*, dist. 21, art. 2, quest. 3.

24. Non esset laudabile bene vivere, nisi esset qui male vivere suaderet. *Ibid.*, dist. 23, art. 4, quest. 2.

25. Cum diabolus suadet peccatum, quodammodo exigit a nobis ut prostremus et arma nostra, quibus nos occidat. Lib. 1, de *Perfect. relig.*, cap. 2.

S. GREGORIO.

26. Facile est antiquo insidiatori infectis vetita suadere, qui potuit liberis atque incorruptis sua calliditate decipere. Super *Paula.*, xviii, vers. 13.

S. HIERON.

27. Vera ratio est persuadendi, cum id possidet ut impetremus a vobis, quod concupiscitis. In *Epist. parænetica ad Valerian.*

28. Ad negligentiam vitæ, non nos negligentium turba persuadent: cessent, cessent inquam solatia malemenda discriminis. *Ibid.*

S. AUGUST.

29. Humilis que dicit, non ex auctoritate precipit, sed ex ratione persuadet. Super illud *Job vi: Loquentes id quod iustum est*.

S. GREGORIO.

30. Difficile inimico resistitur, si persuasionibus illius anima delectatur. Super *septem Psalmos penitent.*, super *Psalm.* iii, vers. 7.

S. HIERON.

31. Tanta debet esse efficacitas, qui alios movet, ut bona non solum dicat, sed et persuadent. Lib. 6, in *I Reg.*, cap. iii, super illud: *Ad immanandum Domino vent.*

32. Nullius suasioni consentias, in qua gravari

potes. Lib. 7, in *Regist.*, indict. 2, cap. 2, epist. 2, ad *Januar. episc. Carulitan.*

33. Cave venenata animalia, que de curio tuo saturari ventrem suum cupiunt: non enim suadent quod tibi, sed quod sibi prosit. Epist. 10, ad *Furiam*.

S. HIERON.

34. Diabolus non cogendo, sed suadendo nocet. Lib. 4, de *Animæ*, cap. 17.

S. VICTOR.

35. Diabolus homini persuadere potest, assentiendi autem voluntatem dare non potest. Serm. de *Cloesti*.

HUGO A. S. VICTOR.

36. Diaboli est quidem suadere, sed nostrum persuasiones ejus superare: suadet hominibus terrenos honores, ut auferat caelestes: hortatur ad mundi divitias, ut spirituales adimat. Homil. 5, *ex divers.*, in *Matth.*

S. JOHANNES CHRYSOST.

37. Profecto inanis est ratio hominis, qui nihil persuadendi potest, qui semper et in omnibus opinionum lubrico vacillet. Lib. 7, de *Nagis curial.*, cap. 2.

S. ISIDORUS HISPAL.

38. Hæretici haustum lethiferi succi hominibus persuadendo propinquant. Lib. 3, de *Sum. bone*, cap. 13, sent. 11.

S. PETRUS BLESSENS.

39. Humana suasio sine gratia Dei, nihil aliud est, quam res sonans, aut cymbalum tintiens. Epist. 54, ad *Pictor. archid.*

S. PROSPER.

40. Absit ab animis piorum, et Christi sanguine redemptorum, stulti miumum et perniciosa persuasio. Epist. ad *Trifinum*, de *Lib. Arbitr.*, cap. 1.

41. Vide etiam tit. *Decipio*, sent. 10; *Diabolus*, sent. 74; *Iniquitas*, sent. 63; *Invitas*, sent. 23; *Orator*, sent. 3; *Peccatum in genere*, sent. 23, 24; *Prædicatio*, sent. 234; *Suavitas*, sent. 40.

SUAVITAS.

SENTENTIE PATRUM.

1. Multa videntur in hoc seculo premita ac suavia esse, que non sunt: luxuriosus videtur jucunda, sed exhausto fit amara patrimonio. *Prose.*

S. AMBROS.

2. Dulcis parat libidinis, cum ferret: sed eadem horrida, et execranda est, cum proditur.

3. Suaves cupulae sunt, cum sumuntur: sed fastidæ, cum digeruntur.

4. Non est ergo vera suavitas: nisi que secundum verbum Dei est: ut quis honorum meritorum atque virtutum subsidiis gaudeat se esse munitionem. Super *Psal.* cxviii, serm. 9, vers. 4.

5. Nihil tam cœcum, quam secularis suavitas periculum, que dum mulet animum, vitam obruit, et corporeis quibusdam scopulis sensuum mentis illidit. Lib. 4, super *Luc.*

6. Quam suave mihi subito factum est, errore a suavissimis margaritis: et quas amittere metus fuerat jam dimittere gaudium est! *Prose.*

7. Ejictebas enim eas a me, vera tu et summa

S. AUGUST.

S. AMBROS.

S. PROSPER.

S. AMBROS.

S. AUGUST.

S. AUGUST.

S. AUGUST.

suauitas: eieciabus, et intrahos per eie omni voluptate dulcor, sed non carni et sanguini: omni luce clarior, sed omni seruitio inferior, omni honore sublimior, sed non sublimibus in se. Lib. 9, *Conf.*, cap. 1.

8. Fortitudinis est, ab omni mortifera suauitate rerum transmittit esse extrahere et, unde se auerrens, conuicere ad dilectionem aeternorum. Lib. 2, de *Doctrina christi.*, cap. 7.

9. Sicut sepe sumenda sunt et amara salubria ita semper vitanda est permixta dulcedo. *Proec.*

10. Salubri suauitate, vel suauiter salubritate quid melius? quanto enim magis illic appetitur suauitas, tanto facilius salubritas prodest. *Ibid.*, lib. 4, cap. 5.

11. Fallax dulcedo est, quam plures atque maiores posarum amaritudines consequuntur. *Proec.*

12. Quis ab hominibus nondum spiritalibus gratiam percipientibus suauis admittitur quod volatur, fallit perentium falsa dulcedine. Lib. 3, de *diuersis Quaest. ad Simplician.*, quest. 1.

13. Cogitamus quantis amaritudinibus admittitur sit, si quid dulce ac fructuosum in via huius vite occurrit suo nobis illud. *De Spiritu et Anima*, cap. 49.

14. Dulcedo huius saeculi ad tempus fauces indulcet, sed in magnam amaritudinem postea conuertitur. Super *Psal.* cxxv, vers. 4.

15. Dulce est semper ad considerandum, quod ad amandum et laudandum semper suauis est. In *Memoriis*, cap. 28.

16. Morio carnis mortifera suauitate traham carnem meam, solui timens. Lib. 6, *Conf.*, cap. 12.

17. Amor rerum temporalium non expugnat: nisi aliquis suauitate aeternorum. Lib. 6, de *Moribus*, cap. 10.

18. Mundi iustitias moror est; omnis suauitas, dolor est; omnia dulces, amarus est; omnis decorum fœdum. *Epist. ad quosdam Sanctimoniacos.*

19. Non est dignus dulcoris acuminis, qui amaritudinis insensit insensum gravamine. *De disciplina scolasticorum*, et habet. opud Bodan.

20. Tanto ceterum suauitatis abundantius est copia quod etiam ad capiendum eam non sufficiunt cordium nostrorum vasa. *Serm.* 44, *Pent.*

21. O homine Deus, si tam nobilis est odor, quam dulcis est tunc dulcedinis sapor, si tanta virtutis est modica de gustata, quantum iucunditatis habet felix inebriatio? *De Solit.*, cap. 2.

22. Caro mel inimici appetit, dulcedo enim eius ad extremum, felle et amaritudine suos amatores replet. *De recta vivendi Re.*, cap. 9.

23. Cum ea que sensui suauia sunt, in viti conspiciunt, vide ne caparis isodem: nam in illo laqueus et esca mortali laetitia, neque enim undam placator haurim in aquam mitti. *Ibid.*, cap. 29.

24. Captivos post se trahit sensus pestifera et inimica dulcedo. *Proec.*

25. Virus amaritudinis obscuratur fraude dulcedinis.

26. Provoct prius odor suavis poculi, sed prefoct infusus sapor in venis.

27. Mel est quod ascendit in labia: sed est, quod descendit in viscera. *Homil.* 3, *Epiphani.*

28. Fallax dulcedo est, quam plures atque maiores posarum amaritudines sequuntur. Super *Epist. ad Rom.*, cap. 7.

29. Si dulcoris vera appetimus, prius necesse est, ut hic amara toleremus. Lib. 26 *Moral.*, cap. 42.

30. Valde dulcor est sanctis viris superna die, celestis iocunditas: eo quod dulcoris, ac valde dulcoris per amorem Dei saturantur. Lib. 4, in *I Reg.*, cap. 19, super illud: *Rursum itaque post Sauli respondit.*

31. Seruus Dei non semper amarus de suo debet ore proferre, sed quod dulce et suauis est. Lib. 4, *Dialog. aduers. Pelag.*

32. Quod raritate dulcor est, assiduitate in amaritudinem vertitur. Lib. 8, super *Ocean.*, cap. 48. *De immo mortis*, etc.

33. Vera dulcedo quanto perfectius sentitur, tanto desiderabilius appetitur. *De Alleg.*, in *Luc.*, super *Magnificat*, vers. 2.

34. Si vere dulce est quod percipitur, et hoc dulcoris necesse est, si amplius percipiatur. *Ibid.*

35. Gustata suauitate dulcedinis Dei, marcescit in homine carnalis voluptas. Super *Gen.*, cap. 32.

36. Mali quod cum suauitate hie bibunt, in morte cum amaritudine eroment. Super *Hierem.*, cap. 48.

37. Suauitas que est in Deo nostro, dulcis est, sapore sancto repleta est, nutrit, fortet, defendit, et fortificat. *Proec.*

38. Consolationem prestat, benignitatem non negat, tolerantiam facit, iustum, sustententem, humilem, benignum, largum, sobrium, castum, castitate plenum, hospitalitate prœditum, prudentia ornatum, temperantia clarum, fortitudine firmum, iustitia liberatum. Super *Psal.* lxxvii.

39. Inspice diligentius aduentum in te suauitatem, ne forte ab avaris medicis, imo vero insidiatibus subdole tibi preparata sit. *Grad.* 28, de *Different. quæst.*

40. Suauitas variorum voluptatum appetitur, quibus enervatus animus extinguatur. Lib. 7, de *Divin. Inst.*, cap. 6.

41. Quidquid est suave, persuadeat: et animo penitus, dum delectat, insidet. *Ibid.*, lib. 6, cap. 21.

42. In suavi colloquio non est suauitas admittenda. *De Charitate*, cap. 52.

SENTIENTIE PLAGIANTIBUS.

43. Omne suave, quod mixtum cum suaviori est, suauis redditur. *Secl.* 19, *Problem.*, quæst. 48.

Vide etiam: tit. *Conuersatio*, sent. 42; *Felicitas*, sent. 40; *Prosperitas*, sent. 65; *Sonettus*, sent. 41.

DEFINITIO. Subtilis est, qui aliquis superioris jurisdictioni ad obediendum subiectus est.

DIVISIO. Quadruplex est subjectio: est subjectio secundum conditionem; est subjectio secundum necessitatem; est subjectio secundum timorem; est subjectio secundum dilectionem. Super *Psal.* cix.

DUPLEX est subjectio: una voluntaria, altera involuntaria. Super *Epist. ad Philipp.*, cap. 2, lect. 3.

PRODUCTIO. Humilitas sicut subiectionem parit, sic subjectio humilitatem. *Proec.*

Libertatem omnino fugit humilitas, et subiectionem fugit elatio. Stat subjectus humilis, notus sibi, iudicatus a se, prostratus omnibus, deoribus Deus, beneuolus fratribus. Part. 2, de *Companet. et Complacit.*, cap. 2.

SENTIENTIE PATRIBUS.

1. Qui subiectus est vitiis, multis se dominis addidit, ut seruitio ei exire vix liceat. Lib. 2, de *Jacob.*, cap. 8.

2. Disco Deo esse subiectus, ut non quod ipse vis eligas, sed quod Deo vis esse placitum. Lib. 19, super *Luc.*, cap. xxii, in illud: *Non meo voluntas, sed tua fac.*

3. Multum provoct subditos facta presidentia. Part. 4, tit. 5, de *Iustitia*, cap. 3, § 2.

4. Omnis creatura, vult nolle nisi Deo et Domino suo subiecta est. *De Agone Christiano*, cap. 7.

5. Non ordo rectus, aut ordo appellandus est omnino, ubi deterioribus meliora subieciuntur. Lib. 1, de *Lib. Arbit.*, cap. 8.

6. Iniquus est, qui vult sibi seruire quod infra se est, cum ipse seruire superiori nolit. Lib. 1, de *Doctr. christ.*, cap. 28.

7. Potentior animus non cogit in aliquid, nisi quod sue potestati subditum est. *De inuicem. animæ*, cap. 18.

8. Hæc est libertas nostra, cum subditum veritati. Lib. 2, de *Lib. Arbit.*, cap. 13.

9. Corpori celesti etiam corpora terrena subiecta sunt. *Ibid.*, lib. 3, cap. 14.

10. Est anime natura perfecta, cum spiritui suo subditur. *De Fide et symbol.*, cap. 19.

11. Omnia corporalia in ordine suo diuine providentie legi subdita administrantur. *De Agone Christi*, cap. 8.

12. Ut corpus nostrum seruituti subiciamus, facile fieri potest, si prius nos ipsos subiciamus Deo bona voluntate et charitate sincera. *Ibid.*, cap. 7.

13. Subiciamus animam Deo, si volumus seruituti subicere corpus nostrum. *Ibid.*, cap. 12.

14. Sublimibus Angelis Deo beate seruitibus, subdita est omnis natura corporum. Lib. 8, de *San. ad h.*, cap. 24.

15. Appetitus cum rationi subditus non est, miserus facit. Lib. 1, de *Lib. Arbit.*, cap. 8.

16. Qui per ipsam subiectionem noluit tenere quod vere est, affectat per superbiam elationem simulare quod non est. Lib. 14, de *Ciuit. Dei*, cap. 13.

17. Homo subdit sibi quod habet commune cum bestia, subdit Deo quod habet commune cum angelis. Lib. 22, contra *Fouet.*, cap. 38.

18. Peccatis merito humana natura subdita est hosti. Lib. 6, contra *Julian.*, cap. 20.

19. Subdita nobis erunt omnia, si nos subditi sumus Deo. *Tract.* 8, super *Epist. Joan.*

20. Ardua res nimium, famulari post dominatum. In suis *Proc.*, verbo *Ardua*.

21. Sicut summa et intolerabilis superbia est, superiori se proponere; ita inferiori se subdere, summa et plens iustitia est. *Proec.*

22. Sicut grandis et gravis est superbia, proferre se equali, aut equare prebato, ita magnum humilitatis est, inferiorum se extubere equali, aut equali inferiori. *Serm.* 4, *Epiph.*

23. Parum est esse subiectum Deo, nisi sis et omni humane creature propter Deum. *Serm.* 42, super *Cant.*

24. Causa ruinae subditorum, est ruina prelatorum: reformatio subditorum, est bona vita prelatorum. Super *Lament. Hierem.*, cap. 1, in illud: *Parce ejus destructio.*

25. Vita subditorum tribus modis prelatos alloquitur: per miseriam; per desiderium; per obedientiam. *Ibid.*, cap. 2.

26. Sit homo interior totus Deo, sit exterior totus prelato subiectus. In *Speculo discipul.*, part. 2, cap. 3.

27. Intolerabile iugum peccatorum, et fœda dominatio, et erubescenda subjectio. *Homil.* A.

UNIVERSIDAD ADRIANO DE NEBRISINA

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF TORONTO



28. Si te non regit superior, cruciat te et affligit inferior, inclinet sub iugo Dei cervicem suam anima tua, ut et sub iugo animæ tuæ colium suum subijcitur caro tua. *Ibid.*, homil.

29. Maxima consolatio boni prelati, est digna conversatio subditorum. Super *Epist. ad Hebr.*, cap. 13, art. 43.

30. Si regibus et prelati tam prohibita sunt atque damnable, se super subjectos suos extollere, quanto est iniquius damnableque si quis se elevet super eos, quibus non preest, aut super æquales, et potissimum super majores superiorumque suos: quod proceras diabolum est? Super *Epist. Jacobi*, cap. 1.

31. Christo subijci cave recusus, quoniam ex ea subijctione fructus certus atque securus proficiscitur. De *Vita spirit.*, cap. 15.

32. Qui non vult subesse uni, subijcitur multis. De *Timore Dei*.

33. Subditus prelatum suum, non hominem considerare debet, sed illum pro cuius amore est subiectus. In suis *Opus.*, collat. 5.

34. Quidam sunt subditi proprii sensus, errore decepti, qui quocumque superioris præceptum, quod indomita voluntati repugnat, statim regule iudicant esse contrarium. *Ibid.*, Serm. 5.

35. Subjectus peccato, facit quod non vult. Super *Epist. ad Rom.*, cap. 7.

36. Cum subjectorum corda superbia castigat, hoc sumopere genere nititur, ut sua sola considerare funditus negligant, et semper tactis cogitationibus, rectoris sui iudices fiant. Lib. 34 *Moral.*, cap. 18.

37. Sicut prelati curandum est, ne eorum corda aestimatione singularis sapientie locus superior extollat: ita subditi providendum est, ne sibi rectorum facta displiceant. *Ibid.*, lib. 25, cap. 14.

38. Dum aliene voci humiliter subdimur, nosmetipsos in corde superamus. *Ibid.*, lib. 35, cap. 10.

39. Sollicitudo, quam subditi exteriori impendunt, sub certa necessitate mensura tensusat. Part. 2 *Pædagog.*, cap. 7.

40. Iudicare de subditis digne nequeunt, qui in subditorum causis suis, vel odium, vel gratiam sequuntur. Homil. 26, super *Evang.*

41. Rector peccantem subditum, nisi correctum honorare debet; subditus autem nec tunc prelatum despiciere, cum se iustum, et illum agnoverit peccatorem. Lib. 2, in *I Regum*, cap. III, super illud: *Puer autem Samuel*.

42. Quisquis alieno imperio subjectus est, hoc solum consideret, quia quod sibi secundum Deum

injungitur valde magnum et exersum in lucro est menti, quod vitam præparet in mercede retributionis. *Ibid.*, super illud *I Cor.* VII: *Circumcisio nihil prodest*, etc.

43. Audacius a subjectis delinquitur, si prelatorum infirmitas agnoscat. *Ibid.*, lib. 4, cap. 5.

44. Spiritus beati de se nulla presumentes, virtuti sui officii perpetua humilitate subijciunt. *Ibid.*, lib. 2, cap. 1, super illud: *Et infirmi succedite sibi robare*.

45. Ad hoc locorum gradus rationis ordo distinxit, et iudicia esse constituit, ut nec prepositi in opprimendis se frustra valeant occupare subiectas, nec subjecta contra suos prepositos offensa sit resultandi licentia. Lib. 7, in *Registro*, iud. 1, cap. 8, epist. 8, ad *Leonem episc. Cateviana*.

46. Ille Deo subjectus esse cavet, qui aliquid de sua virtute posse præsumit. Super *Pædagog.* XXXIV, cap. 54.

47. Subjectio tres continet gradus: primus est, subdere se majori; secundus, subdere se pari; tertius, subdere se minori. Serm. de *Ananti. B. M.*

48. Quem conditio subijci, famulus addicit, servitus ipsa compellit: cum discretis ista separatim consistant, dum alius est dominus, alius servus, alius imperans, alius qui dignitate suscipitur, alius qui conditione subijci demonstratur. Homil. 1, in dictam *Joan. xv*: *Vos amici mei estis*, etc.

49. Homo ille beatus est, si imperanti animo serviat corpus, si virtutibus subjecta sint vitia. *Prose.*

50. Unde tibi homo ex te nascetur iudicium, dum imperas servo, et non pares domino: dum famulus dominaris, et dominantem ipse non servas? *Ibid.*

51. Virtus subditi, est honor et obedientia. Homil. 26, super *I Cor.*, in illud: *Debet mulier velamen labere*.

52. Quando qui preest, subditum suum diligit, tunc omnia bene compacta sunt: non ita subijci queritur dilectio, sicut principis erga subditum. Homil. 10, super *Epist. ad Colos.*

53. Amanti subijci nihil omnino erit difficile. *Ibid.*

54. Qui subditus persistit, nihil indignus censet, nihil abjectus, quam aliena ditioni subijci. Homil. 1, super *II Thimoth.*

55. Subditus nihil sit servilis, quam aliene potestati subjacere. Homil. 67, ad *Popul. Antioch.*

56. Qui subjectus est, atque alterius parat

imperio, ipse adversus seipsum sententiam fert. *Græc. h.*

S. JOHANNES BAPT. 57. Omnes qui recte subesse didicerunt, recte quoque imperio fungi scient, cum ad potentiam pervenerint. Lib. 1 *Parall.*, cap. 21.

S. THEODORUS BISEPENSIS. 58. Non erit caro subjecta animæ, nec vitium rationi, si animus non est subditus conditori. *Prose.*

59. Tunc autem recte subijciuntur nobis omnia que sub nobis sunt, et nos subijciuntur eis, a quo nobis illa subjecta sunt.

60. Nam et que videntur subjecta esse ei, qui Deo subjectus non est, illo potius subijcitur ei, qui suam voluntatem subjugat smori eorum que sibi esse subjecta existimat. Lib. 1, de *Summa bono*, cap. 9, sent. 2.

S. LAURENTIUS JUSTIN. 61. Hoc est singulare trophæum, carnem spiritumque subjugare conditori. *Prose.*

62. Nunquam Deo qui poterit esse subjectus, qui menti suo imperare nequivit. Serm. de *S. Hieronymo*.

63. Ille veraciter subesse novit, qui omnium se agnoscit minimum. De *Compect. et complinet.*, cap. 2.

LENOVICIA BROSUS. 64. Optatius tibi sit subesse, quam preesse. In *Speculo Spirit.*, cap. 2.

S. PAULINUS. 65. Nemini subjectus est, qui se soli Deo subijcit. *Epist. ad Amant. episc.*

PHILO THEO. 66. Illissimum est præstantioribus subijci. Habet apud D. Joan. Damasc. lib. 2 *Parall.*, cap. 76.

S. THOMAS AQUINAS. 67. Subditi suos prelatos sequuntur dupliciter, scilicet quantum ad facta et dicta. Quantum ad facta, dum subditi prelatorum exempla sequuntur; quantum vero ad dicta, dum eorum præceptis obediunt. Super *I Cor.*, cap. 2, lect. 4, in illud: *Imitatores mei estote*.

68. Cujuslibet subditi virtus est, ut bene subdatur ei a quo gubernatur. 1, 2, *Quest. 92*, art. 1.

THOMAS A KEMPIS. 69. Nil quietius spontanea subijctione. Serm. 1, ad *Novit.*, divis. 1.

70. Multo tilius est stare in subijctione, quam in prelatu. Lib. 1, de *Unit. Chr.*, cap. 9.

71. Curra line vel illius, non invenies quietem, nisi in humili subijctione sub prelati regimine. *Ibid.*, cap. 9, sect. 1.

72. Tanto plus proficit in virtutibus et sapientior erit, quanto humilis superioribus se submittet. In *Dialogo Novit.*, cap. 2.

SENTENTIA SAGANORTH.

73. Serviant desideria melioribus. Epist. 65. Vide etiam lit. Dominus, sent. 16; *Exemplum*, sent. 55, 56; *Imperare*, sent. 26; *Libido*, sent. 6; *Mens*, sent. 80; *Prelatio*, sent. 38, 136, 100; *Ration. IV.*

ritas, sent. 6; *Resipere*, sent. 17; *Reverentia*, sent. 12, 48; *Spiritus in genere*, sent. 15.

SUBLIMITAS.

SENTENTIA PATRUM.

1. Tota tenet, qui alta timet. Part. 1, in *Apolo.*, cap. 15.

2. Magna sublimitas, magnam debet habere cautelam. De *Dignit. Sacerdot.*, cap. 3.

3. Honores hominum in sublime ponunt, sed diu in alto cum stare non sinunt. Part. 4, lib. 3, cap. 7, § 11.

4. In sublimitate positi quanto magis elevantur, tanto magis sublimari conantur, ut lapsum graviorem ruunt. Serm. 2 *Dion. 4 Quadrag.*

5. Quanto his celsior potestate, tanto humilior flas pistato. Epist. 54, ad *Maccedoniam*.

6. Potentior est et tutior solidissima humilitas quam ventosissima celsitudo. Lib. 8, de *Trin.*, cap. 7.

7. Viri sublimis culpa, grave peccatum est, in *Quest. vet. et novi Test.*, quest. 16.

8. Quanto quis sublimior est, tanto magis (licet leve peccatum ejus) grave est crimen. *Prose.*

9. Sicut humilitas in potente sublimis et magna est, ita et culpa ejus pro crimine habenda est. *Ibid.*, quest. 102.

10. Peregite viam sublimitatis, pede humilitatis. De *sancta Virginit.*, cap. 52.

11. Quo potestas sublimior est, eo ad peccandum major audacia, que totum sibi licere credit quod potest. De *vita christiana*, cap. 3.

12. Si peccatrices animæ permittantur habitare in sublimitibus locis, inhonestum est; quia non conveniunt illis, quibus nec bene ulli possunt, nec ornamentis aliquid conferunt. Lib. 3, de *Lib. Arb.*, cap. 9.

13. In creaturis quærebant sublimitates, et irruerunt in confusiones et errores. Lib. 1 *Conf.*, cap. 29.

14. Quanto nunc major erit exaltatio malorum, tanto gravior erit in futuro dejectio: et brevis quidem erit exaltatio, æterna vero damnatio. Super *Pædagog.* XXXVI, in illud: *Et exaltati*, etc.

15. Altior professio virtutis, altiores debet ritum tenere vivendi. De *Templo Salomonis*, cap. 7.

16. Quanto quis altior profecerit, tanto gravius (si corruperit) colliditur. Serm. de *Cantico Læcchie regis*.

17. Sublimis gradus, sed eo amplius periculosa est ruina. Serm. 2, ad *Paulum*.

18. Tanto quisque debet esse humilior, quanto est sublimior. Serm. de *Donis Spirit. S.*, cap. 2.

19. Nemo repente fit summus : ascendendo, non **vocando**, apprehenditur summus scalæ. *Serm. 4, de S. Andrea.*

20. In alto posito non alium sapere difficile est, et omnino inusitatum : sed quanto inusitatus, tanto gloriosius. *Epist. 42, ad Hieronymum Senonensem archiep.*

21. Timor de adepta altitudine, tædium magis, quam placere facit altiora. *Ibid.*

22. In alto non alium sapere, sed humilibus consentire, nil Deo charius, nil rarius apud homines. *Epist. 123.*

23. Ad hoc vos Deus in sublimitate posuit, ut tanto majori Ecclesie utilitati viratis, quanto in ea eminentiori auctoritate præstetis. *Epist. 229, ad tres Episc.*

24. Aligerem locum scribitis esse, sed non tutiorem; sublimiorem, non accentiorem; terribilissimam protinus, terribilissimus est locus iste. *Epist. 237, ad Eugen. Pap.*

25. In sublimitate sine vanitate esse quis potest? *Serm. de Quæque vegetat.*

26. Per humilitatem ad sublimitatem ascenditur, hoc est alla via præter ipsam : qui enim aliter ascendit, cadit. Ergo descendit ut ascendas, humiliare ut exalteris. *Serm. 2, de Omnibus SS.*

28. Mira res ! quia quanto plus te elevas, tanto plus a Deo distas. *Serm. 3, de Uno confesso, etc., in ord. 26.*

27. Magna superbia est, altum petere gradum : ad alta semper diabolus suadet honores ambire, et fugere despectum. In *Alphabet. Belg.*, lect. 42, pag. 629.

28. Sicut præemptoria est altitudo quæstula, ita et periculosissima est obliata. *De Pénit. et cont.*, cap. 5.

29. Ha decepti in sublimitate complexi humilitas, ut qui vocatus est superius nesciat se sublimem. *Ibid.*

30. Quanto aliquis seipsum erigit altius inanisque extollit, tanto moretur profundius cadere. *Super Epist. ad Rom., cap. 1, art. 4.*

31. Qui altius est, cadens majoris casus reperiit. *Epist. ad Damas. papam, de morte D. Hieron.*

32. Sublimius Christiani vera et integra, est humilitas animi. *Epist. 6, ad Theodoram, cap. 9.*

33. Decet ut qui majoris est gradus, pluribus virtutum actibus mirandus fulgeat. *Super Psalm. LXXII.*

34. Eklilo casus est. *Super Psalm. LXXII.*

35. Nemo infima deserens, repente fit summus. *Lib. 22, Moral., cap. 41.*

36. Cœ quod sine disciplina est, exultari non valet : quia humana mens sicut male elevata,

in infimis premitur : sic bene pressa, in sublimibus levatur. *Ibid.*, lib. 13, cap. 11.

37. Quanto quis hic altius erigitur, tanto curis gravioribus oneratur. *Ibid.*, lib. 17, cap. 12.

38. Omnis superbia eo ipso in imo jacet, quo in alta se erigit : ut inde magis cunctis supplicata sit, unde cunctis expetit superbie. *Ibid.*

39. Nequaquam valet in culmine humilitatem discere, qui in imis positus non desinit superbiere. *Prosec.*

40. Quid est potestas culminis, nisi tempestas mentis? *Part. 1 Pastoralis, cap. 9.*

41. Ille veraciter sublimis est, qui in suis cogitationibus humiliatur. *Lib. 4, in Registro, indict. 43, cap. 82, epist. 58, ad Joan. Episc. Constantinap.*

42. Rectus ordo cujuslibet electi est, ut ante sublimitatem ecclesiasticæ culminis, culmen concedat virtutis, pro honore Dei culmen obtineat gloriosum, sed majori sublimitate fulgeat in revelata virtutum perfectione. *Lib. 4 in Reg., cap. 5, super illud : Et altior erit omni populo.*

43. Alta speculi vitæ spiritualibus sunt vitanda, non appetenda, quia ex oculis se aperiant, et que absorbendo recipiunt, ad inferna perducunt. *Prosec.*

44. Quidquid in hoc sæculo altum cogitur, non est vera altitudo, sed torrea que ad inferna perducit. *Lib. 4 in Reg., cap. 5.*

45. Qui sublimis est ordine, sublimis est estimatione. *Ibid.*, super illud : *Cum advertisset numerum suum, etc.*

46. Cœlestia desideria, spirituales virtutes in sublimi sunt : affectus autem terreni, concupiscentias sæculares in infimis. *Ibid.*, lib. 5, cap. 3, super illud : *Surrexit et accendit, etc.*

47. In sublimi postulo detrimentum est, si majora non aggregantur, sed in modicis consistit. *In Apolog. de sua fuga.*

48. Quanto sublimior assensu es, tanto lapsus periculosior. *Epist. 8, ad Demetrium.*

49. Quanto quis humilior, tanto sublimior est. *Epist. 26, ad Pammach.*

50. Difficile, imo impossibile est, ut in utroque sæculo qui primus sit, ut in celo et in terra appareat gloriosus. *Epist. 34, ad Julian.*

51. Excessu periculosius stant : et citius corrumpunt, que sublimia sunt. *In Regula Monachor., cap. 24, de Virt. humilitat.*

52. Latentur ad ascensum, sed timeamus ad lapsum : non est tanti gaudii exordia feruisse, quam maroris de sublimioribus corruisse. *Lib. 23, super Ezech., cap. 41.*

53. Sunt quidam qui dum volunt terminos excedere, et ad alta voltare, in ima merguntur.

S. BONAV.

S. CYPRIAN.

S. DIONYSIUS CARTHUS.

S. TEREENTIUS CRESSENTIENS.

S. FULGENT.

GLOSS. ORD.

S. GREGOR. MAGNUS.

Lib. 1, super *Matth.*, cap. vi, can. 5, num. 49, super illud : *Respect volutatis celi.*

54. Nisi parva fuerint, magna omnino non possunt : ad summa non scandinavus, nisi per ima gradiamur. *Super Epist. ad Eph.*

55. Melius tibi est ut humilis sis, et vilearis : quam sublimis et ignoraris. *Super Psalm. cxviii, cap. 72.*

56. Habet unde cadat, qui in alto est. *Super Epist. ad Rom., cap. 7.*

57. Qui humilis est, is ad verum sublimitatis acumen volavit : amplectamur igitur humilitatem, si sublimis fieri desideramus. *Homil. 66, super Matth. oper. perf.*

58. Externa celsitudo, necessitatis atque timoris est; interior vero (que in humilitate consistit) celsitudinis divinis similis esse cognoscitur : que non solum appellatione ac nomine, sed reipsa sublimitas est. *Ibid.*

59. Sublimis esse dicitur aut proceritate corporis, aut quia in editiore loco sit collocatus. *Ibid.*

60. Sicut ramum arborum in excoelo positurum, etiam si leve aura flaverit, movet : sic et sublimis homines in culmine dignitatum existentem, etiam levis natiæ fama conturbat. *Homil. 2, super Matth. Oper. imperf.*

61. Si quis sublimis esse, ne sis sublimis, et sublimis eris. *Serm. 7, super Epist. ad Philipp.*

62. Nemo repente fit summus : sed a ramis quibusque inchoat, ut ad maxora perveniat. *Apud D. Antonin., part 4, in prologo.*

63. Si ne humiliare, tunc sublimis efficior. *Homil. 25, super Epist. ad Hebr.*

64. Gradus altior, ornatum altiorum requirit. *Prosec.*

65. Quanto altior gradus, tanto, si ruas, erit periculosior casus. *Epist. 1, ad novum Probyt.*

66. Saepe mens ad summa ab imis erigitur, et saepe a summis ad infima pondore carnis inclinata reflectitur. *Lib. 3, de Summo bono, cap. 15, sent. 11.*

67. Quanto quisque amplius sæcularis honoris dignitate sublimatur, tanto gravius curarum pondus aggravatur : et quo magis monte et cogitatione subjicitur, quibus sublimitatis gradu præponitur. *Ibid.*, cap. 48, sent. 3.

68. Omne quod supereminet plus moribus afficitur, quam honoribus gaudet.

69. Quanto quisque in superiori constitutus est loco, tanto in majori versatur periculo. *Prosec.*

70. Et quanto splendore honoris celsior quisque est, tanto si delinquat peccator major est. *Ibid.*, cap. 50, sent. 5.

71. In summo honore, summa sit humilitas :

HERO A S. VICTORE.

HUGO CARD.

S. JOHANNES CHRYSOST.

JOHN. FELIX.

S. GREGOR. HEPHAL.

S. HIERON.

quamvis summus sis, humilitatem tene : quamvis sis sublimis potestatis, in te celsitudinem reprime. Non te extollat honor, præfide humilis culmina sublimitatis. *Lib. 2, de Synonym., cap. 16.*

72. Tanto quisque sublimior est, quanto justior. *Lib. 5, de Divin. instit., cap. 16.*

73. Coram Deo humilis et albetus est, qui fuerit conspicuus et sublimis in terra. *Ibid.*

74. Quid tam insolitum, tam pavendum, quam sublimitas humilii dignitas non merenti? *Serm. 2, de Anniver. die assumpt. ejus ad Pontificat.*

75. Miseri ad hoc altius extollitur, ut decendant altius. *In suo Oratione.*

76. Eum qui te sublimem extulit, confitro : ut in ea sublimitate permanens. *Orat. 8, de Superb.*

77. Si altior, quam melior esse appetis : non premium, sed precipitium expectabis. *Epist. 132, ad quemdam Abbat.*

78. Pensate vos, qui estis positi in superlativo gradu hominum : si tantus est lapsus a gradu positivo, quam gravior est a superlativo? *Ibid.*

79. Culmen celsitudinis, occasio est peccandi. *Lib. 1, Epist. 20, ad Cuthbertum antipap.*

80. Quanto sublimis teipsum extuleris, tanto citius graviorque casus ad terram propinquum tibi locum relaberis. *Lib. de eo quod deterius potiori, etc.*

81. Disce supercilium deponere, disce cavere. Antè pedes forecum, quisquis sublime minaris. *In Psychomach. De superb. et humilit. pugna.*

82. Nemo dignus est a Deo sublimari, nisi qui scilicet pro Deo vituperia pati. *In Valle illor., cap. 17, sect. 2.*

LACT. FIRM.

S. LEO L.

MIN. FELIX.

S. NILES.

PETRES HILSENS.

S. PETRES DANIAN.

PHILO JUD.

FRUDENT.

POETA.

THOMAS A REMPIS.

PLINIIUS H.

SENECA.

COLLECTOR.

SUBSTANTIA.

Definitio. Substantia est entis essentia, que subsistat.

SENTENTIE PATRUM.

1. Que est substantia Dei? ipsum quod Deus est, simplex, singulare, per se nulla conceptione permixtum, lympidum, bonum, perfectum, beatum, integrum, sanctum, totum. *Lib. de Fide contr. Arianos, cap. 4.*
2. Nullus motus sine substantia. *De Immort. animæ, cap. 3.*
3. Omnis substantia aut vivit, aut non vivit. *Ibid.*
4. Absit ut quod potest in corpore qualitas

S. AMBROS.

S. AUGUST.

creati corporis, non possit in seipsa substantia Creatoris. Epist. 57.

5. Cum sint omnes substantiæ naturaliter bonæ, ordo in eis laudatus honoratur, perversitas culpata damnatur. Epist. 20, cap. 2.

6. Quidquid in Deo intelligi potest, substantia est. De fide et Symbolo, cap. 9.

7. Nulla omnino est creatura, quæ non a Deo initiatur perfectionemque habeat substantia sue. De Genes. imperf., cap. 4.

8. Sicut substantiam quæ movetur per tempus ipsa præcedit et locum præcedit substantia quæ tantum per tempus quæ nec per locum, nec per tempus. Lib. 8, de Genesi ad lit., cap. 20.

9. Præstantior est imago corporis in spiritu, quam ipsam corpus in substantia sua. Ibid., lib. 12, cap. 16.

10. Omnis substantia aut Deus, aut ex Deo. Lib. 2, de Lib. Arb., cap. 13.

11. Substantiæ intelligibiles sensibilibus substantiis incorrupta veritate lege præponuntur. De duob. animab., cap. 6.

12. Substantia non per seipsum, sed per suas qualitates, sicut aqua et ignis dicuntur sibi esse contrarias. De Natura et gratia.

13. Corporis substantia in viris fidelibus, sive conjugatis, sive continentibus, templum Dei est. Lib. 1, ad Nupt.

14. Plus concupiscentia mundi, quam substantia nocet. In Declarat.

15. Limesa et glutinosa nimis, non modo exterior, verumtamen inferior substantia nostra videtur, et facile cor hominum omnibus quæ frequentat, adheret. Ibid.

16. Temporalis substantia multis est nociva, et damnationis æternæ occasio. Lib. 2, de Profectu relig., cap. 44.

17. Solet inter fratres major substantia discordiæ fieri gravioris causa. Lib. 1 Moral., cap. 4.

18. Terræ fundamentum est substantia carnis. Ibid., lib. 5, cap. 29, super illud Job iv: Quantu magis hi, qui habitant, etc.

19. Qui indigent proximo exteriorum substantiam præbet, sed vitam suam a nequitia non custodit, rem suam Deo tribuit, et se peccato: hoc quod minus est obicit auctori, et hoc quod minus est servavit iniquitati. Ibid., lib. 19, cap. 14.

20. Terrena substantia superna fideiati comparata, pondus est, non subsidium. Homil. 37 super Evang.

21. Si habes substantiam, vende, et da pauperibus: si non habes, grandi onere liberatus es: nudum Christum nudus sequere, durum, grande, difficile, sed magna sunt præmia. Epist. 4, ad Rustic.

22. Sicut in Christo sunt tres substantiæ in una persona, sic in Deo tres sunt personæ in una substantia. Prose.

23. In tribus substantiis est aliud, sed non alius: in tribus autem personis est alius, sed non aliud. Serm. 2, de Genes. SS.

24. Ille substantiam quam colloca, ubi patriam habes; qui peregrinus es in hoc mundo. Homil. 15, super Math. Oper. imperf.

25. Quis est stultitia illic relinquere res suas unde exiturus es: et illic non premittere, quod iurus es? Ibid.

26. Humana substantia semper pauper est: et quantumvis homo habuerit, nihil se putat habere. Ibid., homil. 33.

27. Illa substantia sola vera est, quæ omnino desiderium satiat, et adhuc superabundat. Ibid.

28. Negotiatorum substantia non stabilis est: aut enim ipsis viventibus peritura est: aut a malis heredibus dissipanda est, aut ad extraneos et inimicos ventura est. Ibid., homil. 33.

29. Substantia hominis non est corpus, sed anima. Ibid., homil. 25.

30. Substantia substantiam superiore nunquam perfecte intelligere potest, diamus parum interest. Homil. 5 de Incomprehens. Dei natura.

31. Ipsa Dei substantia ignaturur; non an sit, sed quid sit. Ibid.

32. Quia substantia consistit Deus, nescimus. Ibid., homil. 2.

33. Auget inopiam multiplicata rerum temporalium substantia. Epist. 17, ad Quendam cleric.

SENTENTIÆ Paganorum.

34. Nulla substantiarum intellectivarum et naturalium existit, quin operetur, præter substantiam infamam et debilissimam, cuius actionem aliquam apparere est impossibile. Lib. 7, Theolog., cap. 3.

Vide etiam tit. Eleemosyna, sent. 224; Negotiatio, sent. 46, 47; Pastor, sent. 82.

SUFFICIENTIA.

Definitio. Sufficientia est habitus quidam, qui ad unum finem pervenit ita ut neque quid deat, neque redundet; ejus mater est justitia, nutritrix autem virtus. Lib. 2 Pedagogi, cap. 12.

Sufficientia est temperantia circa appetitum habendi, qua quis non plus appetit, quam sufficit. Part. 1, in Descript. terminor., cap. Temperantia.

SENTENTIÆ Patrum.

1. Satis mihi est quod habeo (alienum non requiro) sive parum, sive multum habeam, mihi plurimum est. Prose.

2. Sufficit mihi in quo sum, nec deest, nec super

S. ISIDORUS

S. ANTONIUM

S. JOHANNES CHRYSOST.

S. AUGUST.

PETRUS DA

ARISTOTE

S. BASILIUS MAGNUS

V. BEZA.

BONIFIDIUS.

CLEMENS ALEX.

JOANNES

S. AVRELIUS

perdit. Non deest, quia nihil quero amplius: non superduo quia non soli mihi habeo, sed pluribus. Lib. 2 Offic., cap. 17.

3. Perfectum est cui nihil deest; nullus autem est in vita presenti, cui non deat aliud, et cui sufficit quod habet. Part. 2, tit. 12, de Infidelitate, cap. 9, § 1.

4. Ad victum necessarium pauca sufficient, et paucis pauperes voluntarii sunt contenti. Part. 1, tit. 12, cap. 3, § 1.

5. Quod saluti satis est, delectationi parum est. Lib. 10 Conf., cap. 31.

6. Sufficientiam appeti non deest propter seipsam, sed propter salutem corporis. Epist. 121, ad Probam, cap. 6.

7. Sufficientiam rerum necessarium non propter seipsam queri solet, cum detenter queritur, sed propter necessitatem. Ibid.

8. Sufficientiam non indescere vult, quisquis vult, nec amplius vult: aliqui non ipsam vult, et ideo nec descere vult. Ibid.

9. Plus vult quam sat est, avarorum est: tantum autem sat est, quantum sibi exigit naturæ in suo genere conservandæ modus. Lib. 1, de Lib. Arbit., cap. 17.

10. Sufficientia vel propria, vel amicorum, quamvis temporalis est, pro æternæ vitæ adoptione abicienda est. Epist. 121, cap. 7.

11. Quid ei sufficit, cui virtus felicitasque non sufficit? Lib. 4, de Civit. Dei, cap. 21.

12. Plus homo appetendo minus est, qui dum sibi sufficere delegit, ab illo qui ei vere sufficit, deficit. Ibid., lib. 11, cap. 13.

13. Paupertas cum sufficientia, omni fructu et voluptati a modestis præfertur. Homil. 7, in Hexam.

14. Quod satis est cui contingit, nihil amplius optet. In suis Prov., verbo Quod.

15. Si quod natura satis est, replere indigentiam vult, nihil est quod fortune affluentiam petas: pauci enim minimisque natura contenta est. Lib. 2, de Consolat. Philæ, prosa 5.

16. Naturæ minimum, avaritiæ nihil satis est. Ibid., lib. 3, pros. 3.

17. Quid homini sufficit, cui conditor ipse non sufficit? In Collat. de Contemptu sæculi.

18. Duplex est sufficientia, indigentis et contentiscentis. Sufficientia indigentis sufficit sustentare naturam, ut possit ad servandum Deo perdurare: et hæc sufficientiam natura docet. Sufficientia contentiscentis excedit mensuram, limites non habet, nisi impossibilitatis, hoc solum relinquat quod non sperat adici. Lib. 2, de Profectu relig., cap. 65.

19. Ille ditissimus est, cui sua sufficiunt. De s. sermone. Novit, in Eccles., cap. 7.

20. Bona nutritrix est charitas, quæ copiosum habet vitiæ, nempe sufficientiam. Lib. 2 Pedagogi, cap. 1.

21. Victus qui inundat et obruit sufficientiam, homini multum officii, animam segnem et inertem reddit, corpus vero valetudinarium, et quod in morbis facile prolabitur, efficiens. Ibid.

22. Nescit sufficientiam rerum temporalium externam commoditatem, qui non aliquando passus est earum magnam indigentiam. In Annot., super Psalm. lxx.

23. Numquid satis est? fortassis satis, sed laborant non satis amanti. Serm. 2, super Cant.

24. Qui abundant in bonis spiritualibus, temporalia quantumcumque modica eis sufficiunt, imo pro divitiis compulantur. Super Psalm. xxxii.

25. Sufficit tibi quod habes, ne superflue queas quod adipisci non vales. Super Eccles., cap. 29.

26. Mira secretitas est cordis, aliena non querere, sed uniuersumque dei sufficientia contentum manere. Lib. 15 Moral., cap. 13.

27. Grandis exultatio anime est, cum parvo contentus fueris. Lib. 2, alicora, Joann.

28. Victus et vestitus, divitiæ Christianorum est. Epist. 1, ad Paulin.

29. Accipe quod in ventrem mittis, non quod in sæculum: accipe tunicam, que corpus tegat, non que areas impleat. Super Psalm. cxix, vers. 5: Dat escam esurientibus.

30. Detur delictis quod sufficit, ne deficiat, non quo superbias. Lib. 2, de Claustro anim., cap. 18.

31. Nolimus superflua desiderare, sed sufficientiam, et sic semper ditabimur. Homil. 16, super I Cor.

32. Quæ superflua sunt, imminuenda, et sufficientia solum est amanda. Homil. 19, super II Cor.

33. Sufficientia divitiarum usum peti, sine quibus non licet vivere. Ibid.

34. Qui nihil ultra necessarium sufficientiam requirunt, in gratiarum actione vivunt, et in omni alacritate sunt et splendore. Homil. 1, super Epist. ad Coloss.

35. Qui supra quod est satis habent, non modo in ipsa sufficientia, sed et in necessariis quibusdam impediuntur. Homil. 7, de Pauli.

36. Presentibus pro sufficientia utamur, cœli erimus cives, et magna fuit fidentia. Ibid.

37. Paucis contentus esto, et simplicibus delectare. Lib. 1, Bêchir. parvular., document. 12.

28. Laboribus temporalibus exercemur, et tentationibus vite presentis erudimur. Ibid., tract. 7.

29. Tentatio accidit, persevera usque in finem, quia tentatio non pervenerat usque in finem. Tract. 15, super Joan.

30. Non parva est tentatio, si contra tuam sit causam tua postulatione. Ibid., tract. 75.

31. Ecclesia catholica inter tentationes vivi, crescit, perdurat, pervenit; sed, cum pervenerit, succedet quies labori. Homil. 45, ex Homil. Quinquag.

32. Quis diabolus falsi contra nos non potest dicere, quod vera que dicat; ideo tentat, ut habeat quod dicat. Ibid., homil. 38, cap. 4.

33. Frequenter speratur prosperitas, qui superari non poterat adversitate. In suis Proc., verbo Frequenter.

34. Tentator perigill hos acrobios pulsat insidiis, quos maximo videt abstinere a peccatis. Ibid., verbo Tentator.

35. Tanta arte pugnandi diabolus fideles semper impugnat, ut nullum eis unquam securum a certando tempus relinquat. Lib. 2, super Edoas., cap. 14.

36. Impossibile est humanam animam non tentari. Lib. 4, super Marc., cap. 14, in illud: Ne intres in tentationem.

37. Sape antiquus hostis postquam monti nostre tentationum certamen intulit, ab ipso suo certamine ad tempus recedit, non ut illate malitia finem præbeat, sed ut corda que per quietem secura reddidit, repente rediens, facibus inopinatis irrumperet. Lib. 1, super Luc., cap. 19, in illud 11: Diabolus recessit ab illo.

38. Filigamus potius ardore quam cedere: eliamsi gravis tentationum fervor, utriusque hominis statum vehementer affluerit. Serm. 3, vigili. Nativit.

39. Potest inimicus excitare tentationis motum, sed in te est si volueris dare, seu negare consentium. Serm. 5, Quadr.

40. Diabolus plus confidit in adiutorio carnis, quantum magis nocet domesticus hostis. Lib. Medit., cap. 15.

41. Caro suggerit mollia, mundus vana, diabolus amara. Ibid., cap. 14.

42. Quod resistentem fatigat, vincentem coronat. De inter. Dona., cap. 10.

43. Demonum officium est suggestiones malas ingerere, nostrum est illis non consentire. Lib. Medit., cap. 14.

44. Diabolus dupliciter tentat, ut Leo, et ut Draco. Prius tentat ut draco, ad seducendum; postmodum ut leo ad frangendum. Prius animam tentat molliore per blanditias, postea tentat frangere per panas. Super Luc., cap. 19, in illud: Resisti ob illo.

45. Habes signum vere dilectionis, si non reperis impetu tentationis. Serm. 2, Dom. 17 post Pent.

46. Quanto tentans est versutior et callidior, tanto difficillius est ejus laqueos et cautelas evadere. Super lib. 2 Sent., dist. 21, art. 2, quest. 3, argum. 2.

47. Sanctus vir se tentari post virtutes desiderat, ne ex confidentia virtutum torpescat. Super lib. 2 Sent., dist. 2.

48. Tentat Deus ut erudiat, diabolus ut decipiat,

V. HEDL.

S. GERANUS
EPISCOPUS
CASEROGRO.

CLEMENS
ALEX.

S. CRISOSTOMUS.

GRATIANUS
CAUSIDUS.

S. BOGROT.

S. BERNARDUS.

S. BOSS.

FRANCISCUS
XAVIERUS.

mundus ut allicit, homo ut concupiat, caro ut inficiat. In Controv., part. 1, sect. 2.

49. A carne, a mundo, a diabolo, et a Deo procedunt tentationes. Lib. 4, de Perfectu relig., cap. 2.

50. Ioseph diabolus hostis noster contra nos inermis est, et solis astutis suggestionibus nos impugnat, audendo ut peccemus, non cogendo. Ibid.

51. Illa tentatio magis periculosa est, que minus molestia sentitur. Ibid., lib. 2, cap. 2.

52. Tunc maximam impugnationem sustinet, quando se quis impugnari non sentit. Homil. 34.

53. Boni viri diaboli quidem tentatione pulsantur, sed Dominum adiutorem habere non desunt. Super Psalm. cviii, vers. 11: Non sit illud iuror, etc.

54. Martyrii occasio, est quavis tentatio. Lib. 4 Stramat.

55. Vacuum esse passionibus, non est non impugnari a demonibus: sed illud potius, ad illis impugnatum non expugnari. De Perfect. spirit., cap. 98.

56. Finis tentationis est cognitio: homo tentat aliquem et bene et male: bene, dum querit eum cognoscere ut prosit: male dum querit eum cognoscere ut nocent. Super Epist. Jacobi, cap. 1, art. 2.

57. Magis timere debet Christianus se non esse in statu salutis et gratie, et ad electorum consortium non pertinere, dum nil adversitatis, nil tentationis sibi contingit. De Mortificat. viciosa.

58. Tanto quisque instantius atque ferventius Deo adhaereat, et in acibus virtutis se occupet, quanto acius et frequentius tentationibus impugnetur. De Perfectu Spirit. art. 18.

59. Necessario bonum dici potest secundum Deum, nisi approbetur tentatione. Doctrina. 10.

60. Nulla unquam tentatio, strenuam pietatis athletam offendant. De recta vitendi Ratione, cap. 54.

61. Non est grave oppugnari tentationibus, sed grave est per ignaviam cedere. De Pagna carnis, cap. 3.

62. Cupis non succumbere tentationi? omnem tuam voluntatem abeinde, et requiem obtinebis. Ad Monachos, Barcelona. 8.

63. Nemo a stimet se a Deo deteri, cum traditur tentationi. Homil. in Litanis.

64. Inimicus noster mille contra nos nocendi exercet ingenia: juniores quoque et insipientes, vel indecorosis gula blandimentis attentat, vel aculeis non edomitis passim impugnat. Proleg.

65. Meliores vero quoque aceniores per elationis atque jactantiae malum pro profecto ipso ac meritis propriis expugnare conatur. Ibid., homil. 8, ad Monachos.

66. Nullus se Dei servum reputare debet, quoniam per tentationem et tribulationem non transierit. Proleg.

67. Annulus est quemdammodo vieta tentatio, quo Dominus servi sui animam sibi desponsat, in suis Opus., collat. 28.

68. Nulla virtute potest diabolus expugnare hominis animum (quantumvis corpus atterat foris) nisi propria voluntate consentiat. In David., super cap. Job.

69. Qui gravissimis tentationibus sollicitatur ad malum, ita ut pone consentiat, ipse est in maximis periculis, et quasi morti proximus. In Amos, super Psalm. ix.

70. Diversis machinis diabolus utitur, et cum certamine manifesto eedit, ad hoc se victum demonstrat, ut vincat: ad hoc fingat simulat, ut persequentem missis post tergum sagittis, occidat. Proleg.

71. Evidentibus quippe vitis provocat, in quibus si palam superetur, illico superbiam pernicissime jaculatur; et vitium auctor in eo quod vincere non potest vitia suis, vincit virtutibus alienis.

72. Armis, quibus eliditur, surgit: et virtute, qua deicitur, deicit.

73. Laudat, qua se perspicit superari, virtutem ut victus possit captivare vincentem.

74. Inpet enim cordi jactantiam, ut graviore lapsu de alto possit deiecer, si quos in hominibus videt gradu firmiore pugnare.

75. Nam cum gula delectamenta porrigit, si suscipiatur, fomitem libidinis subministrat: si respiciatur, jactantiam de abstinentia seminat.

76. Insinuat dilectionem pecunie, si temerit assensum, avaritiam gladio animam confidit incautam: si autem fuerit repulsus, insidias (quas per tenacitatem tendere non potuit) per libertatem nequissimus tendit. Epist. 3, ad Probam., cap. 15.

77. Quos tentatione libido superare non potest, gravioribus stimulis urget. Super illud Gen. xix: Vini que faciebant.

78. Diabolus ut inermis vincatur, cum aperta mala suggerens, omnia bona simuliter tollere conatur; sed armatus venit, cum alia bona intacta præterit, alia latenter corrumpit. Super Job., cap. v.

79. Sicut nos Deus tentari, ut videamur nobis infirmi, et tamen custodit. Super illud Job 11: Ecce in manu tua, etc.

80. Cum tentatio nos percutit, elatio mentis succisa eedit, ut jam quærat manam levantis. Super illud Job 11: Succidat me.

S. FRANCIS
ASSISIENSIS.

FRANCISCUS
XAVIERUS.

S. PULGENTIUS.

GLOSS. INT.

GLOSS. ORD.

81. Vita tentationibus est referta. Super illud *Job vii: Militia est vita hominis, etc.*
- GLOSS. INT. 82. De carne exit tentatio, quae consumit, et sine sonitu perforat, ita ut aliquando mens non sentiat. Super *Job, cap. xiv.*
- GLOSS. ORD. 83. Diabolus durus terat, cum sub specie virtutis quasi infirmis laqueus occultatur. *Ibid., cap. xl.*
- GLOSS. INT. 84. Diabolus quanto magis frangitur, tanto tentat subtilius. *Ibid., cap. xli.*
- GLOSS. ORD. 85. Requies diaboli, lectulus tentationis est. Super *Isaiam, cap. xiv.*
86. In tentationem inducitur, qui tentationes frangitur. Super illud *Math. vi: Et ne nos inducat in tentationem.*
87. Tentatio est necessaria ad coronam. Super *Math., cap. vi.*
88. Vere omnes mali, vel fidei boni, ingruente qualibet tentatione, peiores fiunt. *Ibid., cap. vi.*
89. Tribus modis diabolus impugnat. Carnis concupiscentia, exterioribus mundi oblectamentis; et per se, cum universos ventos impulsione laxat. Super *Math., cap. vi.*
90. Utile est sanctis, tentationibus examinari; ut vel tentati, quam fortes fuerint appareant; vel cognita per tentationem sua infirmitate, fortiores fieri discant. Super *Luce, cap. xxii.*
- S. GREGOR. MAGNUS. 91. Mens in Deum immobiliter fixa, tentationum impetum despici, nec equalibet terroris jacula perterritus. *Lib. 31 Moral., cap. 47.*
92. Erga deum celestis militis pectus antiqua hostis tanto acutiora spicula perquirat, se quanto despici robustius conspiciat. *Ibid.*
93. Daemonem audit, qui tentationem sentit: exaudit vero, qui tentationi consentit. *Ibid., lib. 4, cap. 34.*
94. In hac vita dum sumus, aliquando tentari vitis necesse est. *Proec.*
95. Cum tentamur vitis, pia dispensatione nobiscum agitur, ne his virtutibus, quibus proficimus, extollamur.
96. Vita dum nos tentat, proficiens in nos virtutes humiliant; per tentantia vitis discimus, quid de nobis sumus, et per illa restringimur, ne intrinsecus extollamur. *Ibid., lib. 23, cap. 17.*
97. Diabolus eos pulsare negligit, quos quicquid iure possidere se sentit. *Ibid., lib. 23, cap. 17.*
98. Diabolus humanas mentes in quadam fervore insimul concutit, sed aperta opera qualiter concussi animam ut evasit ostendit: intus namque prins ebullit in elatione, quod foris postmodum spumat in opere. *Ibid., lib. 34, cap. 18.*
99. Antiquus hostis neque in exordio intentio-

- nis ferit, neque in itinere actionis intercipit, duriores in fine laqueos tendit, quem tanto nequitius obsidet, quanto solum sibi remansisse ad decipiendum videt. *Ibid., lib. 1, cap. 20.*
100. Pia mens cum tentationum procella incretore intrinsecus videtur, intra conscientiam portum fugit. *Ibid., lib. 2, cap. 9.*
101. Sepe aereae potestates mundas mentis cogitationes ardore libidinis, et castos motus animi lurinam tentatione perturbant. *Ibid.*
102. Iustus tentatus non solum vires, a quo accipiat, discit: sed quanta eas vigilantia servet, intelligit. *Ibid., cap. 27.*
103. Antiquus hostis humanum genus duobus modis tentare conuenit: ut videlicet corda stantium aut tribulationibus frangat, aut persuasione molliat. *Ibid., lib. 3, cap. 6.*
104. Diabolus non solum per seipsum, sed et per eos, qui nobis adhaerent nos tentat. *Ibid.*
105. Si post virtutum munera nulla tentatione animus concepit, has se habere ex semetipso gloriatur. *Ibid., lib. 8, cap. 47.*
106. Diabolus ex se tentare quolibet injusto appetit, sed eos qui tentandi sunt, prout tentandi sunt, non nisi tentari Deum iuste permittit. *Ibid., lib. 48, cap. 8.*
107. Iusti animam gratia vocat, tentatio interrogat. *Ibid., lib. 59, cap. 49, super illud Eccles. iv: In primis elegit eum, etc.*
108. Si tentationi in corde nascenti festine non resistitur, hac eadem, qua intritur mora roboratur; et existens foris in operibus, vinci vix prevalet, quia ipsam intus membrorum dominam mentem captivam tenet. *Ibid., lib. 24, cap. 7.*
109. Tanto altius inter tentationum fluctus mens attollitur, quanto sollicitus ab huiusmodi cogitatione vacuatur. *Ibid., cap. 17.*
110. Cum per tentationem humilitas proficit, prospera est ipsa adversitas, quae mentem ab elatione custodit. *Ibid., lib. 26, cap. 28.*
111. Diabolus singulis hominibus vitis conveniunt insidiatur, et prius complexionem multescensque perspicit, et tunc temptationis laqueos opponit: alius letis, alius tristibus, alius timidis, alius letis moribus existit. *Proec.*
112. Quia laetitia voluptas iuxta est, letis moribus luxuriam proponit.
113. Quia tristitia in iram facie labitur, tristibus poculum discordiae porrigit.
114. Quia timidi supplicia formidant, paventibus terrores intentat.
115. Quia elatos extolli laudibus conspiciat, nos ad quasque voluerit, blandis favoribus trahit. *Ibid., lib. 28, cap. 12.*

116. Humanum est, tentationem in corde perpeti: demoniacum vero est in tentationis certamine in operatione superari. Part. 1. *Paoloralis, cap. 11, super illud Cor. x: Tentatio vos non apprehendat.*
117. Omnino metuenda et cavenda est hostis astutia, ne quos aperta nequit tentatione subvertere, latente telo saevius valeat trucidare. *Lib. 7, in Regibus, indict. 2, cap. 110, epist. 110.*
118. Blanda et leta appetenda callidis adversarius mentibus suggerit, qui nunquam melius vincitur, quam cum ad devotes orationis lamenta curritur. *Lib. 5, in 1 Regum, cap. 3, super illud: Absconderunt se.*
119. Afflicto electae mentis, omnis diabolicae tentationis peremptorius numerus est. *Ibid., super illud: Afflicti est populus, etc.*
120. Cum tentamur, divina gratia iuxta est, ut sustinentes adjuvet; iuxta et divina iustitia, ut deficientes damnet. *Ibid., super illud: Ecce Samuel veniebat.*
121. Humanum cor ad omnem tentationis impulsio facile concutitur, si virtute constantia interius non firmatur. *In septem Psalm. Psal., super Psalm. m, vers. 40.*
122. Antiquus hostis terrarum locis a tentatione non excluditur, quia si in paradiso hominem stravit, quis locus extra paradisum esse potest, in quo mentes hominum penetrare non valeat? *Lib. 8 in Regibus, indict. 3, cap. 45, epist. 45, ad Palatinum Praesbyter.*
123. Manifestum est quod nisi Deus ipse auxiliatus fuerit, et ad se clamantes defenderit, hostis noscitur vinci non poterit. *Ibid., lib. 4, indict. 13, cap. 106, epist. 56.*
124. Si inter tentationum breves tenebras fortes sumus, cito divina lux auxilii aderit, in eujus sylvam tenebrarum virtus evanescent. *Lib. 5, in 1 Regum, cap. 1.*
125. Dum Deus tentata corda tangit, ad spem victoriae erigit. *Ibid.*
126. Tentatis electis, divini auxilii splendor valde vicinus est. *Ibid.*
127. Malignus spiritus ut mentes tentando superet, prius tenebras cogitationum malarum objicit, deinde concupiscentiarum flammam accendit quia nisi prius mentem excaverit, ad pravitatem concupiscentiam non impellit. *Ibid.*
128. Si illi tam graves tentationes sustinent, qui excessu corpore solis cogitationibus oppugnantur, quid patitur nulla, quae dulciter tentatur? *Epist. 22, ad Eustoch.*
129. Sancto fidei ignite diaboli extinguuntur sagittae. *Ibid.*

130. Nusquam diabolus aperta fronte se prodit. *Epist. 90, de Vita Mathei.*
131. Tanto facilis vincitur, quanto ei citius repugnatur. *Epist. ad Demetrium.*
132. Frequentibus procellis christiana vita qualiter aique tentatur, et pressuris labatur et crescit. *Epist. 6, ad Amicum.*
133. Miser et infelix est, qui non fuerit in felicitate tentatus. *Ibid.*
134. Extorram se noverit ab amore Dei, qui nescit tentationibus vexari. *Ibid.*
135. Quid quisque possit, nisi tentatus non dicit. *Ibid.*
136. Impossibile aliquem (sicut sanctus sit) sine tentatione transire in hoc saeculo. Super *Psalm. lxxv, vers. 48.*
137. Praecedit tentatio ut sequatur victoria. *Lib. 4, super Math., cap. 4, can. 5, num. 16, super illud: Tunc reliquit eum diabolus.*
138. Hummam est, in corde tentationem perpeti: diabolicum vero est in tentationibus certamine fatigari. *De Allegor., super Exod., lib. 3, cap. 17.*
139. Diabolus tanto acrius justum per tentationes pungit, quanto eum ad sublimiora et secretiora per habitum, et vitam ordinis cernit transire. *De Allegor., super IV Reg., lib. 7, cap. 14.*
140. Multum prosunt tentationes electis, quia per tentationis victoriam pertingunt ad coronam. *De Orat. Dom., cap. 2, pet. 6.*
141. Quatuor sunt cause tentationum: prima est loci amonitas; secunda est locus divitiarum; tertia est pretiosus ornatus; quarta est mulierum species. *Lib. 4, de Claustr. anime, cap. 4.*
142. Labore annihilatur pondus tentationum, otio multiplicatur tentatio. *Ibid., lib. 2, cap. 14.*
143. In hoc saeculo diabolus insidiatur, mundum aduleatur, caro delectatur, anima excrucatur, locus homo conturbatur. *Lib. 4, de Anima, cap. 5.*
144. Suggestit diabolus, delectatur caro, spiritus consentit. *Lib. 2, de Nuptis spirit., cap. 1.*
145. Dominus saepe permittit tentari de vitio aliquo, ne tentati de alio succumbamus. Super *Gen., cap. 14.*
146. Tentationes fortes et dure, testimonium sunt quod fugerit homo a diabolo: diabolus enim non vexat, nisi adversarios suos. *Ibid., cap. 31.*
147. Diabolus illum qui recedit ab eo, foris persequitur, omni peccatorum genere tentans, nunc de isto, nunc de illo: et si forte inveniat offensum, cito subvertit eum. *Ibid.*
148. Tentatio cui non consentitur, non est peccatum, sed materia excrucanda virtutis. Super *Job, cap. 1.*

149. Tentatione pulsante cognoscit homo qualis ex se, et qualis ex Deo sit. *Ibid.*, cap. 33.

150. Quia Deus misericors est et probari tentationibus nos permittit, non reprobari: cito consolationem infundit, et paginam tentationum interna pax tranquillat. *Ibid.*, cap. 34.

151. Volens tentari diabolus, sed tentando, nesciens, pergit et probat. *Ibid.*, cap. 41.

152. Tentationes et insultus vitiorum, iustus non nocent, sed prosunt. Super *Psalm.* cxvii.

153. Omnium tentationum gravissima est non tentari: hinc enim gravissima vis est tentatio, quia quicunque vulnera facit. *Prose.*

154. Primum est stultas secretas, secundum est torpor animi, tertium est contempus fratrum, quantum est elatio mentis, quantum est negligentia sui. Super *Sap.*, cap. iii.

155. Hoc est optimus modus contra tentationes diaboli, non litigare cum eo, id est, non turbari: quia ex quo homo non consentit, nec turbatur, diabolus statim cessat. Super *Isa.*, cap. 56.

156. Tunc facile occiditur diabolus, quando tenera est tentatio, et resistitur. *Ibid.*, cap. 37.

157. Multi devoti tentationibus demonis, per electionem egrotant, et plurimi moriuntur. *Ibid.*, cap. 38.

158. Si diabolus, cuius potestas magna est, te graviter tentaverit, locum tuum ne dimiseris. Super *Thren.*, cap. 4.

159. Iustus homo in tentatione non solum purgatur a culpa, sed etiam virtutibus confortatur ad bona digna speranda. Super *Esai.*, cap. 4.

160. Non debemus pelere: ut moveatur tentatio: sed ut animus non vincatur. Super *Joan.*, cap. 12, in illud *Matth.* vi: *Et ne nos inducat in tentationem.*

161. Quanto quis melior, et austerioris vite, magis tentatur. Super *Epistolam ad Romanos*, cap. 8.

162. Non in hoc differt a peccatore vir sanctus, quia non similiter et ipse tentatur: sed quia hic etiam magna impugnatione non vincitur, ille autem etiam parva tentatione superatur. *Prose.*

163. Non esset justus alienus laudabilis fortitudo, si vinceret in tentatione, cum utique victoria locum habere non possit absque adversitate certaminum. Collat. 18, ubi *Petrus*, cap. 13.

164. Constantis, et vigili, et sobrius, a tentationibus firmus evadit, et quanto majores sunt, tanto ejus fortitudo magis augetur. *Prose.*

165. Desse autem et supinus si vel tenuis tentationum aura efficitur, statim commoretur et decedit. Homil. 2, super *Gen.*

166. Mos Dei est, ut nec a tentationibus viros virtute claros totaliter liberet, sed in ipsis tentationibus tantam suam declaret virtutem, ut tenta-

tionem ipsam eis fiant occasio iustitie magne. *Ibid.*, homil. 62.

167. Tentationis ignis positus super carnem, comburit radices concupiscentiarum in ea, ut non facie concupiscit. Homil. 2, super *Matth. Oper. imperf.*

168. Quanto gravior fuerit tentatio, tanto magis facit clarescere animam. *Ibid.*

169. In aqua semel baptizamus, in igne autem per tentationem pene dum vivimus. *Ibid.*

170. Qui murmurat de periculo tentationis, murmurat necesse est de periculo probationis. *Ibid.*, homil. 49.

171. In spiritualibus rebus nisi processerit tentatio, non potest esse probatio. *Ibid.*

172. Qui ad bellum transmittitur, ad gloriam paratur: et cui tentatio imponitur, correctio ei ostenditur. *Ibid.*, homil. 31.

173. Diabolus his maxime insidet, qui spiritualia attingunt negotia: ibi multa fraudes, ubi virtus: illic invidia, ubi misericordia. Homil. 1, ad *Popul. Antioch.*

174. Nihil illa claros et bonos emulatores hominis stultitibus, sicut tuba tentationum. Epist. 7, ad *Olympianum.*

175. Justus, ob id ipsum quod strenue diabolus confutatus est, tentationibus afficitur. Homil. 43, super 1 *Cor.*

176. Nihil horum te perturbet, si mali in quiete, tu in tentationibus ac pressuris vivis. Homil. 8, super 11 *Tim.*

177. Fortis armatura in tentationibus patientia est. Homil. 30, super *Epistolam ad Hebr.*

178. Tribus generalibus modis diabolus omne bellum in omnibus excitatur. Aut ex nostre negligentia, aut ex superbia, aut ex demerita invidia. Ex his primus miserabilis est, secundus miserrimus, tertius autem lentus. Grad. 26.

179. Nullum certum argumentum est, quod demones a nobis veluti sint, si nos acerrime oppugnent. *Ibid.*, grad. 26, de *Different. quatuor.*

180. Tentaria? leta communis est mors quantum vivendum: absque tentationibus nullo pacto processit vita ducitur tolera quam habes, quia dum decuit, certus esto, succedet altera tibi fortassis asperior. Lib. 3, de *Concord. theologic.*, prosa 4.

181. Quanto homo justus pluribus impugnatur tentationibus, et quanto renitens eis pluribus vincitur, tanto frequentius, certius, et ideo fortius, quia humiliter, in Deum se precipit, de Deo sperat, et confidit. Lib. 4, de *Concord. theologic.*, prosa 3.

182. Stet miles Christi, ne preceat tentari: hostes enim debiles sunt, non vincunt, nisi volentem. Super *Prolog. Regule S. Benedicti*, cap. 2.

183. Necessarium est, et omnino utile, ut ten-

temur: sed magnopere cavendum, ne superemur. *Ibid.*, cap. 2, text. 8.

184. Licet diabolo data sit facultas tentandi, non tamen datur ei potestas nocendi, nisi quantum Deo permittente, utile est ad nostram exercitacionem. *Ibid.*, cap. 2, text. 17.

185. Licet quibusdam intolerabiles diaboli tentationes videantur, tamen ubi sentit resistantem, facillime debilitatur: quanto enim percussus fuerit, tanto magis refrigerat et deficit. *Prose.*

186. Hostis ille debilis est, non vincit nisi volentem. *Ibid.*

187. Ante conversionem procedit turba peccatorum, post conversionem sequitur turba tentationum. *Prose.*

188. Utile est Dei servo post conversionem tentari, quantum a terrore negligentie sollicitudinis vitis ad virtutes animam per exercitium preparat meritorum. *Ibid.*, cap. 2, text. 32.

189. Plus laedit diabolus una oratio, quam nos ejus offendat tentatio. In cap. 7 *Regule S. Benedicti*, grad. 4, verbo *Hoc.*

190. Tentationibus notis semetipsum innotescimus et experimur, si Deum veraciter timeamus. Lib. 4, homil. 10, ad *Monachos.*

191. Neminem antiquus hostis tentando, potest deicere, nisi quem invenierit prius a semetipso defecisse. *Prose.*

192. Ocio qualis torpentem, incautum supplantat militem, illumque prosternit facillime, quem armo invenerit dondatum. *Ibid.*

193. Nisi mens prius excreta fuerit, voluntas demoni non succumbit. *Ibid.*, homil. 24.

194. Diabolus tentat improbe et prociaciter, sicut canis: quia saepe repulsus, saepe redit: et sicut canis impudens per unam januam pulsus, redit per aliam. *Prose.*

195. Tentat vitia frequenter et assidue, ut quem impetu vincere non potest, saltem tadio vincat. Lib. 4, de *Tentat. relig.*, cap. 4.

196. Tentatio, cui non consentimus, occasio nobis est meritorum. *Ibid.*, cap. 44.

197. Sicut aurum in igne splendet, sic homo bone voluntatis in tentatione proleat. *Ibid.*

198. Nulla sunt sine tentationum experimentis opera virtutum, nulla sine probationibus fides, nullum sine hoste certamen, nulla sine congressione victoria. *Prose.*

199. Nam sicut caro si sale non aspergitur, statim nigra fit et corrumpitur: ita et anima, nisi tentationibus continuis salietur, cito resolvitur et velatur. *Ibid.*

200. Non adversus Dominum murmurare, nihil enim impium pietas parit: non tentat ut perimat, sed probatur ut approbet. *Ibid.*, lib. 2, cap. 4.

200. Est variati hostis ista conditio, ut impetu magis cometur tentare quam vincibus: quod si quempiam suis iniquis suggestionibus in primis molibus fortiter senserit oblectari, contentum abscedit confusus. Epist. 3, ad *quendam Monachos.*

201. Qui tentatus non est, scire non potest, cuius fortitudinis existat: pulsetur contraria, ostendit utrum sapiens sit, an stultus, sibi ipse innotescit. *Ibid.*

202. Tentationes nobis ad virtutum exercitia utiles sunt, quae et mala purgant preterita, et premia nobis cumulant aeterna. *Ibid.*

203. Valde necessarium est justum in hac vita a iustocibus vitis tentari: ut dum vitis pulsatur, de virtutibus non superbit. *Prose.*

204. Tentari oportet justum, sed tentatione plaga, non tentatione hincis. Lib. 3, de *omnino Bono*, cap. 4, sent. 42.

205. Ex se diabolus tentare quoslibet injusto appetit: sed eos qui tentandi sunt, et prout tentandi sunt, non nisi tentari Deus iuste permittit. *Ibid.*, cap. 5.

206. Diabolus non est immisor, sed inceptor potius vitiorum: neque alibi concupiscentia fomenta succendit, nisi ubi prius pravum cogitationis delectationes asperxit. Qui si a nobis aperitur, sine dubio confusus abscedit, statimque franguntur tentationis ejus jacula. *Ibid.*, sent. 6.

207. Qui suggestiones diaboli non recipit, in ejus insidias minima transit. *Prose.*

208. Nam facile in consequenti opere repellitur, si prima oblectamenta illius respiciunt.

209. Diabolus serpens est lubricus, cuius si capilli, id est, prima suggestioni non resistitur, tota interna cordis, dum non ventur, illabitur. *Ibid.*, sent. 13.

210. Tentationum diabolice ruinam initia fragilia sunt: quae si non moventur, sed per usum in consuetudinem transeunt, in novissimis fortiter convalescent, ita ut aut nunquam, aut cum difficultate vincantur. *Ibid.*, sent. 44, etc.

211. Diabolus suis fautoribus blanditur, Dei vero servis tentamenta molitur. *Ibid.*, sent. 16, etc.

212. Diabolus sanctos omnes non tentando possidet, sed tentando persequitur: nisi qui non in eis intrinsecus regnat, contra eos extrinsecus pugnat. *Prose.*

213. Tunc contra eum, quem possidet, diabolus acris terit, quando es virtute divina ab eo expellendum cognoscit. *Ibid.*, sent. 17, etc.

214. Plus contra eos diabolus diversis tentationibus insidet, qui possunt aliis sua utilitate prodesse: ut dum illi impediuntur, non proficiant qui decedunt sunt. *Ibid.*, sent. 19, etc.

UNIVERSIDAD

UNIVERSIDAD

5. 2005. CLIX.

1015. CLXX.

1016. CLXXI.

215. Diabolus quando decipere quæquam querit, prius naturam uniuscuiusque intendit, et inde se applicat: unde aptum hominem ad peccandum insperat. *Prose.*
216. Ex ea parte homines diabolus tentat, qua eos pro excremento humere facile inclinari ad vitia conspiciat, ut secundum humoris consuetudinem adhibeat et tentationem. *Ibid.*, sent. 23.
217. Quem non decipit diabolus, per carnis luxuriam, cupiditatis ac nocendi malitia tentat. *Prose.*
218. Quem autem nec sic decipit, insidiatur ei superbiæ ruina: undeque enim dolos præparat, quosque inveniat viam, per quam incautum decipiat. *Ibid.*, sent. 27.
219. Unusquisque ad tentationem animum, preparare debet: minus enim, dum sperata advenit. *Ibid.*, cap. 58, sent. 8.
220. Non potes tentationes vincere, nisi de juvenis eruditis; educatis enim vitio, crescit carnis tentatio. Lib. 2, de *Synonyma*, cap. 4.
221. Patientia virtus deficit, nisi tentatione emulatur. *De Ligno vitæ*, tract. 5, de *Patientia*, cap. 4.
222. Ad tentationem pugnans animus preparamus, et intelligamus, quia quanto studiosioris pro nostra salute fuerimus, tanto vehementius ab adversariis tentamur. *Ibid.*
223. Nulla sine tentationum experimentis opera virtutis, nulla sine probatione fides, nullum sine hoste certamen, nulla sine aggressionis victoria. *Ibid.*
224. Non potest absque tentatione homo ad perfectionem venire: nec sibi immolescit, nisi tentatus: nec potest coronari, nisi vincit: nec potest vincere, nisi certaverit: nec potest certare, nisi inimicum et tentationem habuerit. *Ibid.*
225. Ad virtutis perfectionem præcambio tentatio via est: que non solum hominem perficit, verum etiam divinam providentiam thesuros patefacit. *De Cæto Comad*, cap. 6.
226. Optimum humane infirmitatis medicamentum, est tentatio. *Prose.*
227. Ex impulsu animi tentationis, humilitatis lux emicat, dum sibi ipsi animus notus sit qualis sit. *Ibid.*
228. Nemo se fallat, nemo se decipiat, neque ita quisquam de cordis sui puritate confidat, ut patet se nullis tentationum periculis subjacere, cum pervigil ille tentator, eos acrioribus pulset insidias, quos maxime viset abstinere a peccatis. *Prose.*
229. Tentatione vincitur, qui vincit ab eadem non veretur. *Serm. 3 Quadragesimæ.*
230. Fallitur prorsus quicumque inter tentatio-

- nes hujus vite ab omni se vulnere credit immunem. *Ibid.*, serm. 3.
231. Quantumlibet sapienter et provida iudex animus suis exterioribus præsit, inter ipsas tamen curas nimis ei semper vicina tentatio est. *Serm. 5, de Jejun. septuagintæ mensis.*
232. Nulla sunt sine tentationum experimentis opera virtutis, nulla sine perturbationibus fides, nullum sine hoste certamen, nulla sine congressione victoria. *Serm. 1 Quadragesimæ.*
233. Tentat sanitas, tentat infirmitas; dum illa materia est negligentis, et hæc causa tristitias. *Serm. 11 Quadragesimæ.*
234. Facilius et feliciter ipsum malignum spiritum prava suggerentem vincere solemus, si ejus immisiones tanquam muscas volitantes contemnimus. *In Speculo spirit.*, cap. 3.
235. Arce tentationes, tentatus vero tibi fortunam præsta. *Parentes*. 158.
236. Quod corpori sano valentique cibus est, idem est tentatio animo forti ac generoso. *Orat. 6, de Acedia.*
237. Plumas emittunt venti: et tentatio confirmat animi fortitudinem. *Ibid.*
238. Sicut caro, si sole non aspergatur, quævis sit magna, et præcipua, corrumpitur: ita et anima, nisi tentationibus acidibus quodammodo salutar, continuo resolvitur ac relaxatur. *Homil. 27, in cap. xxxiii Num.*
239. Fortitudo quedam et munimem est anime, tentationum. *Ibid.*
240. Necessè omnes qui volunt exire de regno diaboli, et fines ejus evadere, tentationum ingruentium certamina tolerare. *Serm. 33, de S. Christophoro.*
241. Vitia, que intra nos sunt, tentationibus in tentatione concordant, et vires iniquis spiritibus administrant. *Opusc. 13, cap. 24.*
242. Carni, que tentatur, necesse est ut presidens spiritus principetur: ut cum illa abijcit pugnam, iste quasi desuper intendant miseretur virgum, dum rigidi terroris adhibet disciplinam. *Opusc. 32, cap. 6, grad. 19.*
243. His qui ad celestem patriam tendunt, tentationes desse non possunt. *Ibid.*, cap. 7, grad. 29.
244. Sæpe tentatio virtutibus adhibetur, ut laborioso Christi militi merces uberius acquiratur. *Ibid.*
245. Per mala tentationum ad præmiorum bona transitur. *Ibid.*, cap. 7, grad. 20.
246. Per experimenta tentationum ad bonitatem (que præcambio Christi est) pervenitur. *Ibid.*
247. Cavendum est, ne dum tentationes repunt, subreant. *Super Psalm. ciii, vers. 28.*

248. Qui nunquam tentatur, nunquam probatur. *Super Palm. cxxiv, vers. 2.*
249. Ad insignem utilitatem fidelium materia est reservata certaminum, ut non superbiat sanctitas, dum pulsatur infirmitas. *Lib. 1, de Vocat. genti.*, cap. 8.
250. Laudabilis est atque feliciter pugnantem non potuisse vini, quam desiderem non potuisse tentari. *Ibid.*, lib. 2, cap. 35.
251. Si quis forte aliqua victus tentatione corruerit, non absorbeat tristitia, nec de Dei miserationis diffidat. *Ibid.*, cap. 37.
252. Omnis tentatio surgit aut interius, aut exterius: interius per cogitatum, exterius per sensum. *Part. 1, de Benjamin minore*, cap. 31.
253. Milites Christi non minus vincunt tentationes fugiendo, quam tolerando. *Super Psalm. xl, in prius.*
254. Demones nullum tempus, nullum modum, nullum oppugnandi locum intentionum relinquunt: undique laquei, undique machinæ concitantur, donec animam penitus subegerint; aut capere se posse desperent, donec aut ejecerint, nisi spem omnem deposuerint. *De Provida*, sect. 1.
255. Post tentationem consolatio. *Quest. 6, super Deuteronom.*
256. Vere magnam et vehementem est tentationis bellum, remissio, et delicia, et regnum, et potestas, et forma corporis. *Super II. Reg.*, quest. 25, cap. 2, in illud: *Et erit mulier aspecta valde pulchra*, etc.
257. Impugnatur homines a demonibus ex ipsillorum malitia, ordo autem impugnationis ab ipso Deo est. *Part. 1, quest. 114, art. 1.*
258. Tentare ut necat, ita diaboli proprium est, ut homini non competat, nisi ut diaboli ministro. *Ibid.*, art. 2.
259. Diabolus hominem spirituales non statim tentat de gravibus peccatis, sed paulatim a levioribus incipit, ut postmodum ad graviora perducat. *Part. 3, quest. 41, art. 4.*
260. Diabolus non superveniret tibi ad tentandum, nisi te in majore effectu videret. *De triplici Tentat.*
261. Non poterit aliquis diu in disciplina et devotione perseverare, qui contra tentationes viriliter non pugnat. *Serm. 1, ad Novit.*
262. Nullus, quævis imbecillis, frangatur aut tentationibus perturbetur: sed meminerit quod tanto ibi erit corona prædiosior, quanto fuerit in resistendo conflictus major. *Serm. 5, Ad frat.*
263. Nescimus sæpe quid possimus, sed tentatio aperit quid sumus. *Lib. 4, de Inat. Chr.*, cap. 13, sect. 5.

Tom. IV.

264. Quando in mundo vivimus, sine tentatione esse non possumus. *Prose.*
265. Nemo tam perfectus est et sanctus, qui non habet aliquando tentationes, et plene eis carere non possumus. *Ibid.*, cap. 13, sect. 1.
266. Sunt tentationes homini sæpe valde utiles, licet molesta sint, et graves: quia in illis homo humiliatur, purgatur, et eruditur. *Prose.*
267. Omnes sancti per multas tentationes transierunt et profecerunt: et qui tentationes sustinere nequeverunt, reprobi facti sunt et defecerunt. *Ibid.*, cap. 13, sect. 2.
268. Non est aliquis ordo tam sanctus: nec locus tam secretus, ubi non sint tentationes. *Ibid.*
269. Multi querunt tentationes fugere, et gravius incidunt in eas: per solum fugam non possumus vincere, sed per patientiam et veram humilitatem efflicimur fortiores. *Ibid.*, cap. 13, sect. 3.
270. Vigilandum est præcipue circa initia tentationis: quia tunc facilis hostis vincitur, si ostium mentis nullatenus intrare sinitur, sed extra limen statim ut pulsaverit, illolvitur. *Ibid.*, cap. 13, sect. 5.
271. Quidam a magnis tentationibus custodiuntur: et in parvis quotidianis sæpe vincuntur: ut humiliati nunquam de reipsum in magnis confidant, qui in tam modicis infirmantur. *Ibid.*, cap. 13.
272. Suggestionem spernere diaboli, insignis est virtutis, et magis meriti. *Ibid.*, lib. 3, cap. 6, sect. 2.
273. Tentationibus et tribulationibus probatur homo, quantum proficit, et ibi majus meritum existit, et virtus melius patescit. *Ibid.*, lib. 4, cap. 13, sect. 8.
274. Valde vilis quandoque res est, unde gravis tentatio provenit. *Ibid.*, lib. 3, cap. 29.
275. Virtus monachi in tentationibus apparet. *Lib. 5, libell. 7, de Fortitud.*, num. 43.
- SENTENTIE PAGANORUM.
276. Non dubium est, quin certius robur sit, quod non vincitur, quam quod non læcessitur, cum dubis sint vires in experie. *De Constantia sapient.*, cap. 3.
277. Pulsari homo potest, capi non potest, nisi velit. *Epist. 74.*
- TENTATIO CHRISTI.
- Vide CHASTUS TENTATIO.
- TEPIDITAS.
- SENTENTIE PATRUM.
1. Tepide viventes Christiani, difficiliter corri-

guntur quam pagani. In suis *Præc.*, verbo *Tepide*.

2. Tepidi, si diu ita permanserint, sub onere aut opprimuntur, et succumbunt, aut quodammodo in inferno sunt. *Serm.* 3, de *Apost.*

3. Tude tam perniciosa tepiditas emanat, quia affectus, id est voluntas eorum, qui tepidi sunt, nondum purgata est, nec hominum sine voluntate non poterunt, a propria concupiscentia abstracti graviter et illiceti. *Præc.*

4. Amant enim in carne suas terrenas consolatiunculas, sive in verbo, sive in signo, sive in facto, sive in aliquo alio: et si hoc incurrunt aliquando, non tamen penitus rumpunt; inde est quod raro affectiones suas dirigunt in Deum, et eorum compunctio non continet, sed horaria est.

5. Impleri autem desideria Domini anima non potest, que his tepiditatibus subiacet; et quanto magis illis evapohitur, tanto magis istis impletur: si multum, multum: si parum, parum.

6. Neque enim spiritus et caro, ignis et tepiditas in uno domicilio commorantur prosperam cum tepiditate ipsi Domino saltem somnium provocare. *Ibid.*

7. Quorum tepida conversatio, horum obedientia sine devotione, sermo sine circumspectione, oratio sine cordis intentione, lectio sine edificatione. *Præc.*

8. Quos, ut videmus, vix gehennæ metus indubet, vix pudor cohibet, vix frenat ratio, vix disciplina coeret.

9. Non tibi horum vita inferno penitus approquare videtur, dum intellectu affectu, et effectu intellectu repugante, necesse habent mittere manum ad opera fortium, qui cibo fortium minime sustentantur, socii plane tribulationis, sed non consolationis?

10. Ergo minus obsecro; quicunque ejusmodi sumus, resarcimus animas, spiritum rescoligimus, stupentes perniciosa tepiditatem, etiam non quia periculosa est, et Deo saltem etiam vomitum provocare: certe quia molestissima, plena miseria et doloris, et inferno plane proxima umbra mortis iure censetur. *Psalm.* *Serm.* 6.

11. Si tepidus es, et evas, jam formidans, non discedas ab eloquio Domini, et inflammas tibi; quiloquium ejus ignitum valde. *Serm.* de *multiplici Utilitate verbi Dei*.

12. Sepso corde tepido et arido necessimus, orationi incommittimus: persistentibus autem repente infunditur gratia, pinguisque pectus, replet viscera inundatio pietatis. *Serm.* 9, super *Cent.*

13. In tepiditatem incidis, cum incipis reatissius agere. *Serm.* 1, ad *Frates*.

14. Si semel animam, animæ incuria, et spiritu dormitante, frigus tepiditatis pervaserit, mox aubit quidam animi rigor, et vigor lenescit; languor fingitur vitiis; horror austeritatis intenditur; timor sollicita paupertatis; contumeliam amicum; subtrahitur gratia; protrahitur longitudo vite; sopitur ratio; spiritus exanguis; defervescit novitius fervor; ingravescit tepor fastidiosus, reliquescit fraterna charitas; blanditur voluptas; fallit securitas; revocat consuetudo, dissimulatur lex; abdicitur jus, sus proseriditur; demingitur timor Domini. *Serm.* 63, super *Cent.*

15. Postremo fit saltus de excelso in abyssum, de pavimento in sterquilium, de solio in cloacam, de celo in ventum, de claustro in saccum, de paradiso in infernum. *Ibid.*

16. Semper in robusto et vegelo corpore, animus mollior atque tepidior jacet. *Epist.* 253, ad *abbat. Geron.*

17. Perniciosa tepiditas, quia periculosa est, quia molestissima est. *Lib.* 6 *Florum*, cap. 45.

18. Gratia Dei in tepiditas virtutem annitit. *Serm.* 2, *dom.* 2, post *Pent.*

19. Asutus et crudelis hostis diaboli, calliditate veteris ariditatis, ac multiformis ingenii, annas que simul persuasione nequissima delectat ac tepidas effleat, etiam in aliorum subversione eas tibi servio compellit. *Homil.* 35.

20. Melius tibi fuerat in saeculo mansisse frigidum, quam in monasterio non esse ferventem. *Homil.*, *homil.* 30.

21. Nullus respicitur, nisi qui tepidus invenitur. *Super Psalm.* lxxxix.

22. Multi sunt: qui in initio conversionis sua, in servitio Dei ferventes existunt; sed processu temporis tepescunt. *Super Apostol.*, cap. 2, art. 4.

23. Vir in torpore ac negligentia diis suis transigens, seipsum decipit. *Ad Monachos*, parines. 34.

24. Ille Deus, tantorum numerum repræmisisset non vult in servitio suo habere tepidum, despici fastidiosum; recusat coetum, respuit indевotum. *Homil.* 2, ad *Monachos*.

25. Periculosum est atque perniciosum, negligentius ac tepidius agendo multorum animas depravare. *Ibid.*, *homil.* 4.

26. Spiritu tepido et paulatim a gratia frigescere necesse est carnes et sanguinem, que sua sunt, quætere. In suis *Opus.*, collat. 40, de *Necessaribus*.

27. Animum ejus, qui proxime Deum accedere velit, non tepescere oportet, sed spiritu fervere. *Super Luce.*, cap. 45.

28. Qui in sanctis monasteriis sunt tepidi, moriendi sunt quasi egri; non sunt efficiendi, ut

MAURO.

HUGO CARD.

ANAS. CASS.

S. BOIXA.

K. CERAMUS ARELUC.

CASIMIRO.

HONORATUS GAMBIE.

S. JONNES GANTIGN.

S. EPHRE.

PAUL. TURT.

S. FRANC. ASSISIENS.

OTLOS. OZZ.

S. GREGOR. MANGRE.

mortui. *Lib.* 4, in l *Reg.*, cap. 4, super illud: Non exardet vos.

29. Torpentes sibi hæc posse ad salutem sufficere credunt, quod sua dimiserunt, quod varia crimina sub habitu religionis constituit, non admittunt: atque idcirco dormiunt, non admittunt: atque idcirco dormiunt, libant, et secure vivunt; dumque hoc faciunt, tepidi existunt. *Super Apostol.*, cap. 2, super illud: Quia tepidus es, etc.

30. Novitii primo fervorem magnum concipiunt, sed postmodum tepiditatem pariunt. *Super Luce.*, cap. xxxiii.

31. Sicut immensa gloria fideliter servientibus Deo repræmititur in futurum; ita postea gravissima preparantur his, qui tepide negligenterque que promiserunt fuerint executi. *De Canon. inst.*, *lib.* 4, de *Inst. reman.*, cap. 33.

32. Cum monachus elatione cordis in perniciosissimum teporem noxiisque concitetur: nec verus monachus, nec secularis electus est. *Ibid.*, *lib.* 12.

33. In qui professus monachum, nec tamen vitam perfectionis arripit, a spirituali ferros igne disciscit. *Præc.*

34. Qui semel tepido exoratus initio monachi caput abuti vocabulo, nec fervore, quo debuit iter sua professionis arripuit; non et se ulterius perfecta sapere, nec alterius poterit monitis erudiri. *Collat.* 4, *abbat. Danielis*, cap. 40.

35. Ividens est tepida mentis indicium, si verborum salutarium medicamina, quavis studio nimis assiduitatis ingestam, fastidiose negligenterque suscipiat. *Collat.* 43 *abbat. Nestoratis*, cap. 43.

36. Is enim tepidus animus est, etiam si multi temporis curricula ad sui penitentiam introstrat, nihil firmum atque robustum poterit promereri: nec Deum facile ad misericordiam commovebit. *Homil.* de *Jana prophetis*.

37. Nihil adeo nocet Deo serviro volentibus, sicut mentis tepiditas, que semper in principio ex parte quadam negligentia oritur; sed nisi statim curetur, successive mirabiliter augetur. *Part.* 4, de *Reptione claustr.*, tract. 4, reg. 4, art. 7.

38. Cum monachus in tepiditate fovam semper occident, ad pristinum fervorem difficulter revertit. *Quæst.* 5, in *convictio abbati habita*.

39. Tepidus est, qui secleribus et vitiis majoribus non involvitur, et tamen sine fervore Dei amoris, otiosus inter alios conversatur. *Ibid.*

40. Citius ad veram penitentiam frigidus convertitur, quam a consuetæ negligentia tepidus emendatur. *Ibid.*

41. Multa remissa conversio in pristino errore revertit, ac vivendi tepore resolvit. *Præc.*

42. Horum ergo exempla quisque conversus

evitia, ne dum timorem Dei a tepore incipit, rursus mundanis erroribus immergatur.

43. Tepiditas in conversatione olosa verba et vana cogitationes esse notans non conspicit; quod si a tepore mentis evigilaverit, ea que levissima existimant, lentissimè quasi horrenda atque atrocisæ pertimescit. *Lib.* 2, de *rum. Bonis*, cap. 40, sent. 4.

44. Væ qui eromitur, quoniam regno Dei inoptus judicatur. *De castis Cornubi.*, cap. 7.

45. Tepiditas charitatem suffocat, devotionem extinguit, virtutes debilitat, oculos ercat, egravat corpus; enervat mentem. *Ibid.*, cap. 45.

46. Sicut vita continens et abstinentie labor, atque agoniam certaminis, faciunt nunquamque vicium virtutis appellari: ita e contrario remissa vita et ignava, facit vicium ignavie appellari. *Homil.* 25, in cap. xxxi, *Romer.*, super illud: Dixit ad viros virtutis, etc.

47. Nihil remissum, nihil tepidum habeamus in nobis: sed cum fervore spiritus, et calore lidet euncta pergamus. *Lib.* 9, in cap. xii, *Epist. ad Rom.* super illud: Spiritus fervens, etc.

48. Vicina morti labes est torpor animorum. *Epist. ad Mochar.*

49. Devotior est fervidus penitens, quam tepidus innocens: cum ille materiam fervoris habeat, hic tepiditatis. *Serm.* 56, de *S. Martin.*

50. Mens que tot ætionum secularium ventos recipit, ab amoris intimi fervore tepescit. *Opus.* 12, cap. 11.

51. Nunc quia Christum agnovisti, et negligis quem agnovisti, qui susceptus es, quasi infra os Dei per lidet agnitorem, projicaris per teporem. *Lib.* 4, de *Generatione Dei*.

52. Si incipis tepescere, incipies male habere. *Lib.* 4, de *Invitatione*, cap. 25, sect. 11.

53. Sicut carbo frigidus conjunctus igni ardens, fit calidus et ardens, sic tepidus sociatus ad fervido et devoto, fit ampe fervidus et devotus. *In Hortula Rosarum*, cap. 1.


54. Tepidus de mane, raro fervescit in vespere. *Ibid.*, cap. 12.

55. Sunt quidam ÷cti et tepidi fratres, in quibus non est fervor spiritallis, sed tantum exterior appetit habitus humilis cum affectu honoris. *Serm.* 4, ad *Naves*, div. 4.

56. Sicut ad successum ollam mittere non appropinquant; si vero tepida fuerit, insident in ea, et faciunt vermes: ita et monachus successum igne divini amoris fingunt demones, tepidum vero illudunt et insontunt. *Lib.* 3, num. 204.

Vide etiam *lit. Inopere*, sent. 53.

TERRA. *Etymologia.* Terra a *terro, teris*, dicta est. *Serm.* 3, S. ANTONIS DE PADUA.



CASSIODOR. Terra dicta est a *terendo*, quod commeanium gressibus atteratur. Super *Psalm.* xi vers. 19.
 YUGO CARD. Divino. Triplex est terra, terra, quam terminus; terra, quam gerimus; terra, quam quærimus. Prima est terra mortuorum; secunda, est terra mortuis, scilicet corpus mortuum per peccatum; tertia est terra viventium in æternum. Super *Genes.*, cap. 24.

SENTENTIE PATRUM.

S. AMBROS. 1. Terra exercituum est hominis, cœlum corona. *Eustr.* 1, super *Genes.*, ad *Hieronim.*

S. ANTONIUS DE PADUA. 2. Vere conterritus; qui se terram agnoscit. *Serm. Dom. 22 post Translatum.*

S. AUGUST. 3. Melius est carne ambulare super terram, quam cupiditate ire sub terram. Super *Psalm.* lxxi. vers. 9.

4. Non vis ut det te Deus manducandum draconis? nisi esse cibum draconis. Ubi dictum est draconis: Terram manducabis; ubi dictum est et prævaricatori: Terra es, et in terram ibis; cibus serpentis esse non vis, nisi esse terra; non eris terra, si terra non supias. Super *Psalm.* ciii, cone. 4.
 5. Terra corpus est simplex, quia elementum. *De Quant. animæ*, cap. 1.

6. Inter omnia elementa mundi terra videtur minus speciosa, quam cœtera. Lib. 1, de *Gen.*, contra *Ariam.*, cap. 7.

7. Aliter absorbet terra aquam siliens, aliter solis radius candens; illa indigentia, iste potentia. *Epist.* 49, quæst. 1.

8. Acutum cor nihil est, quando in terra est. *Epist.* 246.

9. Deus fecit hominem et bestias, ut impleret terram bonis terrenis. *De catechis. Rud.*, cap. 13.

10. Deus terram fundavit, atque fecundat. *Lib. 7, de Civitate Dei*, cap. 29.

11. Altera pars sumus cœli, altera terræ. *Lib. Medit.*, cap. 37.

12. Pone in terra terrena, sursum cor. *Tract.* 48, super *Joan.*

13. Terram sapitis, terrenis pascinimi, delectamini, inhabetis, sursum corda non habetis. *Tract.* 38, super *Joan.*, in illud: Vos de decore estis, etc.

S. BERNARD. 14. Quid, o homo, que super terram sunt desideras et diligis, cœlestia vero non curas? *Serm. de Misericordia humana.*

S. BONAV. 15. Terra sunt, qui terrena sapunt. *Expos.* 2, super *Psalm.* cxviii, cap. 2, vers. 3, art. 2.

16. Terra fertilis si diu inculca fuerit, silvescit; si nimis cogitur fructificare, lit macra; sed si medium tenetur, fertilis perseverat. *Lib. de Profectu relig.*, cap. 1.

16 bis. Qui terrenis inhæret, invenire non potest, nisi quod in terrenis habet. *De septem Invenitur xternitatis*, lit. iii, dist. 5.

17. Omnia que de terra orta sunt, in terram revertentur. Quid terra de terram vendis? momento quod terras, et in terram revertetur. *Hab. in Decret. Gratiani*, part. 2, causa 13, quæst. 2, can. in *Ecclesiasten.*

17 bis. Terram teris, terram geris, et in terram convertetur, qui de terra sumeris. *Ibid.*

18. In quantum to a terrenis abstractioris, in tantum te cœlestibus insinabis. *Homil.* 3, *Epist. plan.*

19. In terrenis caro quiescit, sed spiritus definit. Super *Job*, cap. 41.

20. Terrena sapunt, qui imaginem terreni, non cœlestis possunt. Super *Hieron.*, cap. 1.

21. Omne terrenum revertitur in terram. Super *Daniel.*, cap. 7.

22. Terrena operans, terrena expectans est. Super *Luc.*, cap. 14.

23. Terra, quia nos omnes genuit, macet est orantium. *Lib. 2 Moral.*, cap. 12.

24. Altitudines terre sunt, lucra rerum, blandimenta subditorum, divitiarum abundantia, honor et sublimitas dignitatum: que terreni eo ipso alta estimant, quo magna putant. *Ibid.*, lib. 31, cap. 49.

25. Terram semper innotuit qui curvus est. *Homil.* 31, super *Eccl.*

26. Qui terrenarum rerum amore vincitur, in Deo nullatenus delectatur. *In septem Psalms. Penult.*, super *Psalm.* lii, vers. 14.

27. Quisquis terreno studio terram relinquit, terram non relinquit, sed appetit. *Homil.* 40, super *Eccl.*

28. In terra seditio est, bella, atque discordia. *Epist.* 29, ad *Theodorem.*

29. Christiani cœlum debent amare, non terram. *Epist.* 37, ad *Pammach.* et *Ocean.*

30. Qui terrena sapunt, et terrenis inhiant, carnis desiderio solent aggravari. *Lib. 2, de Claustræ animæ*, cap. 23.

31. In rebus conditis nihil terra infirmus, vel corruptibilis invenitur. *Lib. de Vanit. mundi.*

32. Est terra, que plena est furore Domini: et est terra, que plena est correptione Domini. *Prose.*

33. Terra, que plena est furore Domini, est infernus: terra, que plena est correptione Domini, est ignis purgatorius. *Serm.* 63, de *Divert.*

34. Est terra, que plena est voluptate Domini, que est paradisi: et est terra, que plena est sustentatione Domini, et est hic mundus. *Ibid.*

35. Terra dedit, nec cogitare, nec loqui, nec audire possunt, nisi de terrenis: quis ibi cor, ibi

CONCILIUM
TRIBUENSS. EUSEBIUS
KESSEN.

GLOS. INT.

GLOSS. ORD.

S. GREGOR.
MAGNES.

S. EUSEBIUS.

YUGO A T.
VICTORIE.

LACT. GRAN.

REGOLAR.

lingua, ibi aures eorum sunt. Super *Prov.*, cap. 17.

S. JOANNES CHRYSOST. 36. Terra ipsa est nutritrix, et mater nostra ipsa-que nostra patria est, et commune sepulchrum. *Homil.* 2, super *Genes.*, in illud *Gen.* 1: Terra autem invisibilis erat.

HEATO.

HUGO A. S. VICTORE.

HUGO GARD.

S. THOMAS AQUINAS.

CASSIODOR.

S. THOMAS AQUINAS.

S. EUSEBIUS CAESARIENS.

S. FRANCISCUS THELEM.

GLOSS. INT.

S. GREGOR. MAGNUS.

S. GREGOR. NAZ.

S. HIERON.

S. JOANNES CHRYSOST.

JOAN. TRIST.

60. Odium timor avertit, fidem metus tollit : ubi timor est, audacia sequitur : ubi metus est, desperatio occurrit. Lib. 2. de Synonymis, cap. 16.

61. Timiditas in sapiente esse non debet. Lib. 2. de diva. Inst., cap. 3.

62. Maturus, quiesco, tam saluti prospicere velis : ne tunc timere velis incipias, cum non possis. Epist. 11. ad Quendam Cleric.

63. Nihil timetis eorum, quae sub caelo sunt, quoniam protegit Deus coeli. *Ibid.*, serm. 12. *Quadrages.*

64. Victoris cupidus, nescit timere. Serm. 22. 135.

65. Quis est qui timent volens? *Ibid.*, serm. 135.

66. Nihil fortius ad expugnandum gratiam Dei, quam timor humanus, qui plures quos opprimat. Serm. 98. de S. Andr.

67. Aliter quis timet, ne malum quo puniatur, incurrit : aliter ne bonum, quod delectatur, amittat. Lib. 3. de Vita Contemplat., cap. 31.

68. Timoris vacillans maximus, est legum timor. Epist. 2. ad Joan.

69. Quis tu, ut times a mortali homine? hostis est, cras non comparat : Deum time, et hominum terrores non expavesces. Lib. 3. de Inst. Cler., cap. 36, sect. 3.

SENTENTIAE PAGANORUM.

70. Vir fortis timore vacat. Lib. 3. *Ethic. ad Nicomach.*, cap. 6.

71. Is, qui metuendo exuperat, timidus est : nam timet ea quae non oportet, et ut non oportet, desinit autem et in confidendo : metuentiam male sese habet circa spem, quippe cum universa metuat. *Ibid.*, cap. 7.

72. Plus in metuendo nulli est, quam in illo ipso quod timetur. Lib. 6. epist. 4. ad Torquatum.

73. Qui se metui volunt a quibus metuuntur, eosdem ipsi metiantur necesse est. Lib. 2. de Offic.

74. Metus absit claris retineatur. *Ibid.*

75. Minus est quam servus, dionibus qui servus timet. In suis *Sentent.*, sent. 282.

76. Multos timere debet, quem multi timent. *Ibid.*, sent. 226.

77. Stultum est timere, quod vitari non potest. *Ibid.*, sent. 206.

78. Multis terribilis, caveto multos. In *Diectis sapient.*, ex Augustino, dict. 5.

79. Quisquis ab omni timore voluerit fieri vacuus, timeat quod sunt timendis. Lib. 1. de Legibus.

80. Timor est emendator asperimus. Lib. 7. epist. 17. ad Celerem.

81. Necesse est multos timere, quem multi timeant : ita natura constituit, ut quod alieno metu

magnum est, a suo non vacet. Lib. 2. de Ira, cap. 11.

82. Si vultis nihil timere, cogitate omnia esse timenda. Lib. 6. *Quaest.*, cap. 2.

83. Qui in ipsa re trepidare moluerit, ante rem exerceat. Epist. 48.

84. Plura sunt, quae nos terrent, quam quibus praesunt : et saepius opinioniones, quam re laboramus. Epist. 13.

85. Quid ad te quam potius sit quam times, cura id propter quod times nemo non possit. Epist. 4.

86. Nihil tam certum est ex his, quae timebuntur, ut non certius sit et formidata subdare et sperata decipere. Epist. 13.

87. Si vis omnem sollicitudinem exuere, quicquid veraris ne evocati, eventurum utique propone : et quodvisque illud est malum, tecumque metire, ac timorem tuum laxa : intelliges pro certo aut non magnum, aut non longum esse, quod metuis. Epist. 24.

88. Tam demens est qui timet, quod non est securus, quam qui timet, quod non est paucius. Epist. 30.

89. Hoc primum imbecillio mentis atque egregie est, fortitudine inoperta. Epist. 30.

90. Proprium est necitum trepidare. Epist. 07.

91. Nihil est nec miserius, nec stultius, quam semper timere. Epist. 98.

92. Qui timetur, timet : nemo potuit terribilis esse secure. Epist. 105.

93. Stultum est timere, quod vitare non potest. De *Morbis*.

94. Qui a multis timetur, multos timet. *Ibid.*

95. Cum alius timueris, teipsum verere : cum saepe sine aliis esse potes, sine te nunquam. *Ibid.*

96. Animus vereri qui scit, scit tunc ingredi in suis *Provi*.

97. Quotidie damnatur, qui semper timet. *Ibid.*

98. Nonnumquam loquens, nullum timebit. *Sent.* 378.

99. Fidelis homo semper in metu est, usque quo est ad Deum. *Ibid.*, sent. 414.

Vide etiam tit. *Discretio*, sent. 44 ; *Dolor*, sent. 69, 60 ; *Dulcor*, sent. 25 ; *Episcopus*, sent. 10 ; *Lapsus*, sent. 45 ; *Poenitentia in genere*, sent. 66 ; *Servitus*, sent. 41 ; *Sullitudo*, sent. 48, 437 ; *Victoria in genere*, sent. 55.

TIMOR DEI.

Etymologia. Deus Hebraice, immo dicitur timor, quia qui solus est timendus. Super *Ezech.*, cap. 28.

Definitio. Timor Dei, est fide et moribus, praecipue

586. timor divinum diligens custodia. Part. 4. de *Virginit.*, cap. 22.

Timor Dei, est anxietas cordis, retrahens hominem ab illicito usu membrorum, sensuumque exteriorum, ne anima a Deo peccatis vel aliquantulum separetur. *Ibid.*

Timor Dei retinaculum quoddam et salutare vinculum est, quo arctetur homo, ac prohibeatur a commissione malorum. Sect. 4. super *Psalm.* XIII.

Quid aliud est Deum timere, nisi non timere adversus Dominum Majestatis? *Prose.*

Quid est timor ille, nisi votiva subjectio, obedientia non coacta, ulro impensa reverentia?

Quid est timor ille, nisi reverentia humilis, ex debiti necessitate impensa, necessitate non passa?

Quid est timor ille, nisi temeritatis et negligentiae magis privato, quam necessitatis coactio? Serm. 19. super *Cant.*

Timor Domini, est in fide et bonis moribus divinum praesceptorum vigilans custodia. De *Fructu carnis et Spiritu*, cap. 12.

Timor Dei nihil aliud est, quam murus et praesidium, ac turris animo inextinguibilis. Lib. 1. *Peregrin.*, cap. 4.

Timor Domini nihil aliud est, quam nulla (per laudanda sunt) bona praesumere. Part. 4. de *Legibus*, tractatus de *Timore*, cap. 2.

Deum timere, est cuncta quam Deus prohibet, exorcendo, et abominando, contemnere. *Prose.*

Ille Deum timet, qui satagit cavere quae prohibentur. Opusc. 26. cap. 5.

Prose. De timore Domini nascitur compunctio, de compunctio procedit contemptus facultatum, de contemptu humilitas procreatur, de humilitate mortificatio voluntatum generatur : mortificatio extirpantur atque marcescunt universa vicia, expulsiōne vitarum virtutes fructificant, pullulatione virtutum paries cordis acquiritur : puritate charitatis perfectio possidetur. Lib. 4. de *Inst. monachorum*, cap. 43.

SENTENTIAE PATRUM.

1. Timor Dei quantalibet terroribus inferatur, non aliud agit, quam ut quem fecerit timendum, faciat et volentem : nec solum volentem, sed etiam sapientem. Lib. 2. de *Veritate gent.*, cap. 9.

2. Deum timere, gaudere est. Lib. 10. epist. 84. ad *Demetri.*

3. Sicut timor saeculi indicatus est, ita timor Dei magna fortitudo. Lib. 3. de *Sermon.*, cap. 2.

4. Qui Christum timet, non timor est subditus, sed devotus : et pavidus hic timor, non infirmitatis est. Super *Psalm.* cxxvii, serm. 6. vers. 1.

5. Bene timet, qui hominem se esse cognoscit. *Ibid.*

6. Timor Dei expellit peccatum tribus modis, corrigendo scilicet praeterita, vitando praesentia, cavendo futura. Part. 4. lib. 6. de *Causis peccatorum*, cap. 10, § 4.

7. Cum timor Dei funditur et radiceur in charitate, crescente charitate auguetur timor. *Prose.*

8. Mens quam plus est illuminata et inflammata, plus timet. *Ibid.*

9. Timor Dei utilis est peccantibus, penitentibus, tribulatis, tentatis et contumplatis. *Prose.*

10. Primo utilis est peccantibus, quia peccator considerans Dei misericordiam, ad statum penitentiae adducitur.

11. Secundo utilis est penitentibus, quia inducit ad contritionem, confessionem et satisfactionem.

12. Tertio utilis est tribulatis, quia facit tribunal patientem, gaudentem, constantem in tribulationibus.

13. Quarto utilis est tentatis, quia tentatum facit diligenter in pugna spirituali, incantit sollicitudinem in aggreddendo, perseverantiam in pugando, et confidentiam in vincendo.

14. Quinto utilis est contemplatis : sicut enim servus Domino, cui servit, assistit saepius, obsequitur humiliter, alioquitur dolens ; sic facit timor Dei de contemplatis. *Ibid.*, etc. cap. 16, § 3.

15. Timor Dei cogitationem de nostra mortalitate, et de futura morte necesse est incutiat, et quasi clavatis carnibus omnes superbia mutus ligno crucis affigat. Lib. 2. de *Doctr. Christiana*, cap. 7.

16. Homo timens Deum, voluntatem ejus in Scripturis sanctis diligenter inquirat. *Ibid.*, lib. 3. cap. 1.



17. Cum dicit Dominus : Timorem meum dabo in cor eorum, ut a me non recedant : quid aliud est, quam quod talis ac tantus erit timor meus, quem dabo in cor eorum, ut mihi perseveranter adhaerant? De *Bono persever.*, cap. 2.

18. Fera servit, Deum time. Serpens insidiatur, Deum time. Homo te odit, Deum time. Diabolus te impugnat, Deum time. Tota enim creatura sub illo est quem jubetis timere. Super *Psalm.* xxxiii, vers. 2.

19. Si times Deum, et ille times Deum quia peccator es, quo timus es? quid fueris? vis ab illo fugere? ad ipsum fuge. Vis fugere ab irato? fuge ad placatum. Super *Psalm.* cxxii.

20. Sicut videmus per setam introduci limum quando aliquid sultur seta prius intrat, sed nisi exeat, non succedit limum : sic timor Dei primo occupat mentem : non autem ibi remanet timor, quia deo intravit, ut introduceret charitatem. Tract. 9. super *Epist. Joan.*, de esp. 4.

21. Crux ipsa mortalitatis carnis eructigenda



est, et transgrediendo clavis timoris Dei, ne solutus et liberis membris, reluctantem portare non possis. Epist. 38, ad *Anton.*

22. Cupiditatis nimenda initium est, Deum timere; qui solus timeri sine amore non potest. In 83 *Quest.*, quest. 36.

22. *Ita.* Dei timor non solum inchoat, sed etiam pericit sapientem. *Ibid.*

23. Timor Dei non magnam est presidium procedentibus ad salutem: cum autem quisque pervenerit, fors mittitur. Super *Psalm.* v, vers. 9.

24. Si adhuc propter possum timere Deum, nondum ams quem sic timere. *Præc.*

25. Aliud est timere Deum, ne mittat te in gehennam: aliud est timere Deum, ne recedat a te: ille timor nondum est castus, hic autem castus. *Tract.* 9, super *Epist.* *Joan.*, cap. 4.

26. Ubi non est timor Dei, ibi regnum est peccati. *Tom.* 2, in suis *Præc.*, verbo *Ubi.*

27. Non est locus quo admittas superbiam, repletus timore Domini. *Serm.* 54, super *Cant.*

28. Ubi timor Domini non est, ibi perditio est anime: ubi timor non est, ibi dissolutio vitæ est: ubi timor non est, ibi abundantia peccatorum. *Serm.* 4, ad *Sororem.*

29. Exigit Deus timori, ut Dominus: honorari ut pater, ut sponsus amari. *Serm.* 83, super *Cant.*

30. Timor Domini expellit peccatum, sive quod jam admissum est, sive quod tentat intrare. *Serm.* de *Diversis Affect.* anime.

31. Timor Dei est quo concutitur anima, discutitur conscientia, excutitur super lethalis, incutitur solitudo. *Serm.* de *optem Donis Spiritus sancti.*

32. Nunquam homo debet esse sine Dei metu. *Serm.* 56 ad *Sororem.*

33. Tota beatitudo est timere Deum. *Serm.* 5, *Omnia Sanctorum.*

34. Timor Domini radix est et custos omnium bonorum. De *donis Spiritus sancti*, cap. 4.

35. Bene initium sapientie timor Domini dicitur, quia tunc primum Dominus anime sapit, cum eam afficit ad timeendum, non cum inseruit ad gaudendum. *Serm.* 23, super *Cant.*

36. Deum timere timore casto, et mandata eius observare, hoc est omnis homo. *Lib.* de *Amore Dei.*

37. Timor Domini est preciosus, sicut hortus; virtuosus, sicut venus; preciosus, sicut thesaurus. *Tit.* 5, *Dictæ*, cap. 1.

38. Sicut Mater Dei est Virgo et decor virginum: sic timor Domini castus decor est, et virgo virtutum anime. *Ibid.*

39. Vis mereri ut ad summum complementum

pervenias? certe time Deum. *Serm.* 2, de *septem præceptis.*

40. Timor Dei facit recedere a peccato, et sollicitat in opere bono, ut bonum bene fiat. In *Alphab. Religiosor.*, lect. 19.

41. Sapienter semper in compunctione, et semper in metu est. *Homil.* 29.

42. Sicut remissa securitas culpas admittit, ita timor desiderabilis delicta semper excludit. Super *Psalm.* 11.

43. Timor Domini non ad miseriam, sed ad gaudium ducit: quippe qui beatos efficit, et sanctos operatur. *Ibid.*

44. Deum timere, non trepida confusio, sed imperturbata constantia est. Super *Psalm.* xviii, vers. 10: *Timor Domini sanctus.*

45. In omni sanctitate versatur, qui suum iudicem et timere cognoscitur et amare. *Ibid.*

46. Mixta cum pavore dilectio, timor est Domini, qui usi seculari reverentia nuncupatur. *Ibid.*

47. Dei timor quia iustus et rectus est, tandem generalis amorum tribuit, ardorem charitatis inflammant. Super *Psalm.* xxxi, vers. 24.

48. Nesciunt timere Deum, qui hæretica pervasitate cæcæ sunt, vel idolis scelerata mente deserviunt. *Ibid.*, vers. 25, *Tinet cum.*

49. Humanus timor diffidentiam tribuit, divinus autem spei firmamenta concedit. Super *Psalm.* xxiv, vers. 16: *Firmamentum est Dominus.*

50. Si motus Dei nescitur, conversionis medicina negligitur. Super *Psalm.* cx, vers. 9.

51. Timor Domini ex amore descendit, ex charitate nascitur, ex dulcedine præparetur. Super *Psalm.* cxxvii, vers. 1: *Qui timet Dominum.*

52. Timor Dei peccata extrudit: bona ergo est ars, terrere ne peccemus. *Lib.* 2 *Podag.*, cap. 8.

53. Timor Dei erudit ac castigat, et in dilectionem resilit. *Lib.* 2 *Stromet.*

54. Nunquam aliquis metum Dei capiet, nisi si. *STADOC.* extra omnes vias hujus sollicitudines positas fuerit. De *Project. spirit.*, cap. 46.

55. Gnum qui laudabiliter agunt, Dei timor fundamentum est. Super 1 *Petri*, cap. ii.

56. Timor Dei omni Christiano est necessarius, quia præservat a vitis, custodit in bonis, et sollicitum facit timentem, ne cadat in laqueum inimici. Super *Epist.* *Petri*, cap. 1, art. 3.

57. Nihil dulcius, quam timere Deum. *Ibid.*, cap. 4, art. 6.

58. Nihil adeo ab anima depellit timorem Dei, ut quisquam presumptio. *Doctrina* 4.

59. Timor Dei comes est justitie, qui illam optime novit servare. *Homil.* 2.

S. CESARIUS
AHELAT.
CAESAROD.

S. PAS.
IAPA.

S. FRANG.
ASSISILAS.

CLEMENS
ALEX.

GRIGOR.
ALEX.
&
GLOSS. GRD.

DIONYSIUS
CARIUS.

S. KRISTUS.

60. Talis sit timor Dei, ut desperatio non se intermisceat. *Ibid.*, *homil.* 13.

61. Qui timorem Dei sibi vindicat, carnis voluptatem non admittit. De *timore Dei.*

62. In quo non est timor Dei, omnibus diabolus patet, atque insidias. *Es non habente timorem Dei.*

63. Nihil præstantius esse potest timore Domini. De *Vita spirituali*, cap. 17.

64. Scamper mente timorem Dei sumit; nam timor Dei velat gladius anceps est, omnem concupiscentiam pravam excidens. De *Patientia et Consummat.*

65. Initium remuntiationis Monachi, est timere Dominum: qui enim divini timoris expers est, extra portas regni Dei demorabitur. Ad *Monachos Pereni.*

66. Ne desiparis, o homo: impossibile enim est sine timore Dei proficere. *Ibid.*, *paræm.* 39.

67. Magnam lumen anime est timor Domini, ex ea tenebras depellens, ipsamque mundam ac puram reddens. De *humilit. comparanda.*

68. Timor Domini Paradisus est deliciarum: ubi vero non est timor Domini, ibi vulpes habitabunt. De *Timore Dei.*

69. Timor Dei in corde iusti, sicut scutum est in manu militis. *Ibid.*

70. Qui omnipotentem Deum metuit, nec contra Evangelium, nec contra apostolos, nec contra prophetas, nec contra sanctorum Patrum instituta agere aliquid ullo modo consentit. *Iab.* apud *Gratian.* in *Decretis*, causa 2, quest. 3, part. 2, cap. Qui.

71. Ubi est timor Domini ad atrium suum extendendum, ibi inimicus non potest habere locum ad ingrediendum. *Opusc.* in *Admonit. ad fratres*, cap. 26.

72. Timor Dei de plantario ortus charitatis: non audeo dicere quod charitas est, nec tamen audeo negare. *Serm.* 19, super *Cant.*

73. Timor Dei non videtur, quia nihil vel peccati vel periculi metuit: et timor manet, quia nihil audacter vel temere presumit. *Ibid.*

74. Timor Dei approximatur ad charitatem: pene illa est, sed pene non est: causa distat, par est affectus. *Ibid.*

75. Tremunt Angeli, presentiam Dei contemplant; pavent homines, iudicium expectantes: formidant demones, virtutem ingentissimam sentientes. Super *Orat. Manasses*, super illud: *Omnes pavent et tremunt.*

76. Timor Domini fiduciam fortitudinis præstat, quia mens nostra tanto valentius terrores rerum temporalium despiciit, quanto sa auctori earum veracius formidine subdit. Super *Præc.*, cap. 14, in illud: *In timore Domini.*

77. Qui vere timet Deum, non potest esse sine fide. Super *Eccles.*, cap. 1.

78. Tria commendantur timentibus Deum, credere, sperare, diligere. *Ibid.*, cap. 3.

79. Sicut erubrum grana a paleis accernit, ita timor Dei sortidas cogitationes a corde repellit. *Ibid.*, cap. 27.

80. Qui Deum quasi sempre presentem pertimescit, neminem fraudare intendit. *Ibid.*, cap. 29.

81. Catholicus Deum timens, omnia agit Doctorum consilio et Scripturarum documento. *Ibid.*, cap. 32.

82. Qui Deum timet, scientia non caret. Super *Math.*, cap. 5.

83. Timor Dei corrigit, timor hominum differit, sed voluntatem non auferit. *Ibid.*, cap. 14, super illud: *Timet populum.*

84. Aliquando biande loquitur Deus, ut amaretur: aliquando terribiliter, ut timeatur. Super *Job*, cap. 38.

85. Timor Dei non est miserie, sed gaudii. Super *Psalm.* 11.

86. Melius est ut servato Dei timore egeas opibus, vel etiam quolidiano victu; quam ut desiderio plura acquirendi Dei timorem perdas. Super *Præc.*, cap. 15.

87. Ortus justus est, cum incipit Deum timere. Super *Eccles.*, cap. 3, in illud: *Tempus nascendi.*

88. Qui magis timet Deum, magis sapiens est: et quanto sapientior, tanto fructibus bonorum operum plenior, non enim timor Dei otiosus est. Super *Eccles.*, cap. 1, in illud: *Plebsque sapienter, timere Deum.*

89. Timor unius Dei, alios expellit timores. Super *Levi.*, cap. 35.

90. Mens non revocatur, nisi timore. Super *Epist.* ad *Rom.*, cap. 2.

91. Qui Deum timet, nihil negligit, Deum timere est nulla que faciendi sunt bona præterire. *Lib.* 1 *Moral.*, cap. 3.

92. Sepe pigras mentes amor ad opus excitat; et inquietas in contemplatione victu; timor refrascunt. *Ibid.*, lib. 6, cap. 17.

93. Ille revocatur vim divini timoris intelligit, qui se a cunctis pravis operibus custodit. *Ibid.*, lib. 49, cap. 6.

94. Qui rationis sensum peccando ad timorem Dei non habuit, tanto in nullo timentus est, quanto hoc quod esse debuit, non est. *Homil.* 10, super *Ezech.*

95. Anchora cordis est pondus timoris Dei. *Lib.* 6 *Moral.*, cap. 47.

96. Qui neglecto Dei timore peccata peccatis accumulavit, profecto ut meretrix frontem obtudat.

V. BEGA.
S. BERNARD.

S. BONAV.

GLOSS. INT.

S. GREGOR.
MAGN.

S. KRISTUS.

in septem Psalm. ponit. super Psalm. 7, vers. 10.

97. Sæpe mens dum plus justo trepidat, dum pavore quatitur, tetet hanc vivere, quam se ad vitam vel per labores ambigit pervenire. Lib. 9 Moral., cap. 17.

98. Timere ab omnibus homo debuerat, si ipse auctorem omnium ut homo timuisset. Homil. 10, super Ezech.

99. Ex initio timoris, ad vinculum perducimur magne charitatis. Lib. 5 in I Reg., cap. 1.

100. Illa timor probabilis est, qui dum mentem concutit, ad boni operis studium trahit. Prose.

101. Nonnulli sunt, qui per timorem Dei quædam mala respuunt, aliqua bona agunt, et tamen nec mala plene deserunt, nec bona sufficienter operantur. Ibid., cap. 2.

102. Ubi timor Dei, ibi mandatorum est observatio. Orat. 2, de Epiphania.

103. Timor Dei salutaris quidem est hominibus, verum rarus. Super Eccles., cap. 5.

104. Qui cum timore Dei obsecundat, quam illi sunt contraria tangit. Ibid., cap. 7.

105. Qui cum Dei timore incedit, sæpe submittit, adversa omnia effugit. Super Eccles., cap. 7.

106. Nihil aliud anima discat audire, nihil loqui, nisi quod ad timorem Dei pertinet. Epist. 7, ad Lestam.

107. Timor Dei virtutum custos est. Epist. 5, ad Fabiolam.

108. Tantus mentem tuam repleat timor Dei, ut indignari omnino non audeas, et iram metu vincas. Epist. 1, ad Denetriam.

109. Vera vita est, Deum nosse et timere. In Regula Monachor., cap. 27.

110. Timor Dei animas sanctorum integras, ac pudicas purasque conservat. Lib. 14, super Ios., cap. 50.

111. Homo timeat Deum, non timore gehennæ, aut timore pœnæ, sed timore sancto : sic timeat, ut quem amat, per negligentiam non perdat. Super Psalm. xviii, vers. 10 : Timor Domini sanctus.

112. Ræcus ipso est, cum quo periculis timoris Dei, per amorum argumenta conerescit. Super Psalm. cxviii, in illud : In quo corrigit adolescentior.

113. Dolor et timor quasi duæ molæ sunt : inter quas molitur justus, ut fiat panis, et possit comedi a Christo, et Ecclesiam incorporari. Super Genes., cap. 26.

114. Timor Dei est quasi pondus virtutum, qui non sinit justos extolli vento superbiæ. Super I Reg., cap. 6.

115. Timor dei sollicitator est instantissimus, et

custos vigilantissimus, qui pigritiam et negligentiam instanti stimulatione excutit. Super Ecclesiasten, cap. 7.

116. Timor Dei oritur ex consideratione ejus potentie. Super Sapient.

117. Ubi major timor Dei, ibi major sapientia : timor amaritudinem pœnæ habet, sed generat dulcedinem sapientie. Super Eccles., cap. 1.

118. Nihil melius, quam timor Dei, nihil utilius incipienti, nihil cautius protelanti, nihil tutius pervenienti. Ibid., cap. 23.

119. Timor Dei thesaurus est, in quo omnes divitiæ virtutum clauduntur, ne a demonibus vel vitibus rapiantur et maxime a fure domestico, id est superbiis, quo plus nocet. Super Ios., cap. 33.

120. Summus sequitatis est, ut Deum timeamus. In Contemplat. de amore Dei, cap. 21.

121. Crux nostra, timor Dei est. Lib. 4, de Inst. remittit., cap. 35.

122. Principium nostre salutis, ejusdemque custodia, timor Domini est : per hunc initium conversionis, et virtutum purgatio, et virtutum custodia, his qui inibuntur ad viam perfectionis accipitur. Ibid., cap. 39.

123. Cum timor Dei penetraverit hominis mentem, contemptum rerum omnium parit, mensuræ ipsius gignit horrorem. Ibid.

124. Timor venis est, quem non penarum terror, nec cupido pramiorum, sed amoris generat magnitudo. Collat. 1, abbat. Charemon., cap. 13.

125. Tanta uberitas timor Dei est, ut quem sanel sua virtute possiderit, non partem, sed totam ejus occupet mentem. Ibid.

126. Vita amara est Dei timor. Serm. in Job et Abraham.

127. Anima, que Dei timorem excessit, ut rationem habenas moderantem eiecit, quavis malitia locadecurrit, donec in exitu barathrum delata præcipitetur. Homil. 5, de Verbis Ios.

128. Deum, non hominem timeas : si hominem times, ab eo ipso, quem times, desideberis : si vero Deum times, hominibus quequo venerabilis eris. Homil. 83, super Matth.

129. Ubi timor Dei est, ibi et castitas est : ubi autem non est timor Dei, ibi neque castitas est. Homil. 1, Oper. super, super Matth.

130. Donec homo timet Deum, non eum diligit : cum autem diligere cœperit, jam non eum tantummodo timet, sed et eum amplius diligit. Prose.

131. Timere servorum est, diligere autem filiorum : timor sub necessitate est, dilectio in libertate. Ibid., homil. 41.

IDIOTA.

JOAN. CAÏ.

S. JOANNES CHRYSOST.

132. Qui Deum timet, homines non erubescit. Ibid., homil. 52.

133. Facile deviat a justitia, qui in causis non Deum, sed homines formidat : hinc peccandi differtaculentem, non avertit voluntatem. Homil. 25, ex versis in Matth.

134. Solus Dei timor nocentes corrigit, fugat crimina, innocentiam servat, perpetem tribuit facilitatem. Ibid.

135. Qui virtuti studet, et Deum timet, is sapiensissimus est. Homil. 49, super Ios.

136. Quodles non adest vehementis timor Dei, mortua sit anima necesse est, ac mortuus infelicitior. Homil. 6, super II ad Cor.

137. Bestimor maximum remedium est amoris, Ibid., homil. 7, in Moral.

138. Illa est vera requies, ubi solus Dei timor est volupe plus. Homil. 6, super Epist. ad Hebr.

139. Magnum bonum est, Dei timorem possidere. Homil. 2, ad Popul. Antiochen.

140. Timor Dei nihil aliud est, quam verus et munimentum, et tunc inespugnabilis adversus insidias diaboli. Ibid., homil. 15.

141. Qui non vivit in timore, recte illum agere difficile est. Ibid.

142. Si Dei timorem habeamus, nihil nobis est opus : si vero non hunc habeamus, etiam regem ipsum possideamus, sumus omnium pauperissimi. Ibid., homil. 69.

143. Nihil illi adequari poterit, qui timere Dei præditus est. Serm. 3, super Epist. ad Philipp.

144. Timeamus dilectissimi Dominum, timeamus eum etiam in captivitate fuerimus, omnibus erimus clariore. Prose.

145. Timor adit Dei, et nihil erit tria.

146. Tametsi purporetatem dicas, tametsi agritudinem, tametsi captivitatem, tametsi servitudinem, et si quid aliud tristitium, non eorum gravia non erunt, sed magis adjuncta, si Deum timeamus. Homil. 26, super Epist. ad Hebr., in Moral.

147. Timor Domini innumeratis animis virtutes superat. Lib. 1 Parvill., cap. 4.

148. De timor ab omni passione, ac perturbatione immunis est. Ibid.

149. Fieri non potest, ut qui Dei timore præditus est, melancolicus sit. Ibid.

150. Qui Deum timeat, omnia et divina legi concupiscunt, et agit. Ibid.

151. Quod peccamus, non altitudine nobis oritur, quam quod Dei metis a nobis nobis oritur, cap. 12.

152. Timor Dei semper emendat, timor expel-

lit peccatum, timor reprimit vitium, timor facit hominem doctum atque sollicitum. Prose.

153. Ubi timor Dei non est, ibi perditio est : ubi timor Dei non est, dissolutio vitis est : ubi timor Dei non est, ibi scelerum abundantia est. Lib. 2, de Synonym., cap. 6.

154. Radix sapientie, est timere Dominum : et rami illius, longitudo dierum. De Confessio. et virtut.

155. Multi a crimine in crimen corrumpunt, quia Dei cognitionem habentes, timorem ejus negligunt. Lib. 2, de Summo bono, cap. 19, sent. 1.

156. Major Dei metus causa est, cur ea, que chura habentur, minime amittantur. De necessariis quibusdam quest. explicat. 68.

157. Qui Deum metuit, use dolore, nec egestatem, nec exilium, nec carcerem, nec mortem metuit. Lib. 6, de vero Cultu, cap. 17.

158. Primum justitie officium, est Deum cognoscere ut parentem, eumque meliorem ut Dominum, et diligere ut Patrem. In Epistola divina. Ibid., verbo Deus.

159. Timor Dei solus est, qui custodit hominum inter se societatem, per quem vita ipsa sustinetur, manuit, gubernatur. Lib. de Ira Dei, cap. 12.

160. Utilis plane est timor Domini, et cum solitudine inquirendis : qui enim sine ipso facili, non poterit justificari. de Ligna vite, tract. de Timore, cap. 1.

161. Timor Dei virtutes excitat, ne rubigine otii consumantur. Ibid., cap. 2.

162. A malo presentis pœnæ reddit timor Dei hominem securum : qui enim timet Deum, non trepidat : et qui illum possidet, non corrumpit. Ibid.

163. Si ad momentum a domo mentis dissociat Dei timor, quasi absente domina cogitationum se clamor (velut ancillarum) garrula turba multiplicat, et affectionum carnalium ignis accenditur. Prose.

164. Ut vero ad mentem timor rellerit, mox confusio tumultuosa comperit, et more ancillarum se ad injunctum opus, mens ipsa trepide respicit. Ibid.

165. Beatiss ille, cui donatum est timere Deum. Ibid., cap. 5.

166. Qui timet Dominum, semper conjunctum habet humilitatem omnium. Centur. 1, de Charitate, cap. 8.

167. Omnia que timeantur, rationaliter dectantur : Deus autem sic timeandus est, ut ab ipso ad ipsum confugiatur. Sent. 77.

168. Timor Domini per humilitatem ad sublimia gradus est. Ibid., sent. 87.

S. JUSTIN.

MART.

LACT. PRIM.

S. LAURENT. JUSTIN.

S. MAXIMUS MART.

S. PROSPER.

S. GREGOR. MAG.

S. GREGOR. THAUMAT.

S. HIERON.

S. BILANUS

HUGO CARD.

S. JOANNES PAUL.

S. PIERRE.

169. Timoris, quo Deus metuitur, nulla est in appellatione distinctio: sed aliud est timere, quia peccaveris: aliud timere, ne pecces. *Epist. ad Demetriad.*
- MICHAEL & S. VICTOR. 170. Timor Domini est prima virtutum proles, sine qua ceteras habere non potes. Part. 1, de *Benjamin. savori*, cap. 8.
- TERTULL. 171. Timor Dei fundamentum salutis est: timendo cavebimus, cavendo salvemur. De *Culu feminarum*, cap. 2.
- THALASSIUS 172. Qui timet Deum, suspensus curam gerit, et a pravo consorcio se alienat. *Hepatanale 3*, sententia 63.
- THEOPHYLACTUS 173. Elai seviat concupiscentia carnis, timorem Dei habens, et tolletur exus insania. Super II, ad *Cor.*, cap. 7, in illud: *Sanctificationem in timore Dei.*
- THEOPHIL. ALEX. 174. Mors Dei timore vallata, flammis superat, variis tormo torum spernit dolores: quidquid adversi evenit, calcat et despicit. *Epist. Paschali*, 3.
- S. THOMAS AQUINAS. 175. Potest Deus timeri, non quidem sicut aliquid inanimatum: sed ut a quo nihil aliquid potest esse potest. 2, 2, *Quaest.* 19, art. 1.
176. Paupertatem spiritus ad nos pertinere certum est, qui filiali timore Deo se voluntario subiiciunt. *Ibid.*, art. 13.
- THOMAS A. REMPUS. 177. Timor Dei facit a peccato recedere; pericula tentationum praecavere; de praeteritis nihil dolere; a praesentibus delectationibus abstinere; de necessariis vitam sobrie sumere; discrete actus suos regere; semper ad perfectiora tendere; quae Deo placent inquirere. *Serm.* 15, ad *Novit.*, civis. 2.
178. Non est vera libertas, nisi in timore Dei. *Lib. 2, de Institutione Chr.*, cap. 21, sect. 2.
179. Quis in ut timens a mortali homine? hodie est, cras non erit: Deum time, et hominum terrores non expavesces. *Ibid.*, lib. 3, cap. 36, sect. 3.
180. Qui sine Dei timore est, cito corrumpit in malum. *In Valle litto.*, cap. 11, sect. 2.
- N. VIT. PAT. 181. Sicut lucerna obscurum cubentium illuminat, ita timor Dei cor, in quod veniit, illuminat. *Lib. 5, libell. 3, de Compunct.*, num. 7.
- S. ZENO EPISCOPUS. 182. Nihil est ante omnia timendi Deum tum necessarium atque conveniens, quam ut scipsum noverit. *Serm.* 2, de *Genes.*
183. Omnis timor Domini in amore est, non in metu. *Ibid.*, *serm.* de *Psalm.* cxxvii.
184. Exulta, Christiane, et Deum fortiter timere, diaboli si vis incendia non timere. *Ibid.*, *serm.* 5, de *Daniel.*
185. O necessarius timor! qui nihil aliud agit, nisi ut bestias efficiat: qui timet arte, non casu:

voluntate, non necessitate: religione, non culpa: qui Deum metuit, non naturam. *Ibid.*, *serm.* de *Timore.*

SENTENTIAE PAGANORUM.

186. Deum time prius et ama, ut ameris a Deo. De *quatuor Virtut.*
187. Tollissima res est nihil timere praeter Deum. In suis *Prov.*
188. Fidelis homo semper in meta est, usquequo eat ad Deum. *Sentent.* 414.
- Vide etiam tit. *Abundantia*, sent. 47: *Amicitia*, sent. 183; et virtutum connectio, scilicet *Timor et Amor; Timor et Gaudium; Timor et Scientia; Timor et Spes.*

TIMOR MORTIS.

SENTENTIAE PATRUM.

1. Si terribilis apud viventes mors aestimatur, non mors ipsa terribilis est, sed opinio de morte, quam unusquisque pro suo interpretatur affectu, aut pro sua conscientia perhorrescit. De *Bono mortis*, cap. 8.
2. Curis in quibus non gravis est timor mortis non est gravis tuse: sed grave est vivere sub metu mortis. *Prose.*
3. Non ergo mors gravis, sed metus mortis: melius autem opinionis est, opinio vero nostrum infirmilias contrarias veritati. *Ibid.*, etc.
4. Nihil habemus quod in morte metuamus, si nihil quod timendum sit, vita nostra commisit. *Ibid.*
5. Nihil est quod in morte timeamus, nihil quod debeamus dolere, si aut nature repenti, vita quae accepta est rependatur, aut petenti impendatur officio, in quo religionis cultus, aut virtutis unius est. *Orat. de Fide reuerret.*
6. Qui mortem reformidat, servus est: servit profecto, et miseram quidem servitutem. *Prose.*
7. Nihil enim sic animam ad omnem servitutem deiecit, quomodo formido mortis. *Lib. 2, epist. ad Simplicianum.*
8. Mors cum impendere coepit, ideo cavetur, ut diutius timeatur. *Prose.*
9. Nam inter tot casus fragilitatis humanae, quam nullae mortes timentur, cum certa una cum venerit, restat ceteras non timeri: et tamen fugitur una eam omnes timeantur.
10. Quibus excruciantur doloribus, qui curantur a medicis et secantur? namquid ut non moriantur? sed ut aliquanto serius moriantur.
11. Et nonnunquam ipsis doloribus victi contingunt moriuntur quos mortis timore suscipiunt. *Epist.* 44, ad *Armenianum.*
12. Nihil est difficilius quam et metuere mor-

- em et ab illecebris hujus mundi, sicut pericula ipsa postulant, temperare. De *Quantit. animae*, cap. 33.
13. Qui timendo mori, mentitur, moritur antequam moriatur: mentiri vis ne moriaris, et mentiris et morieris et cum vitam unam mortem, quam differre poteris, auferre non poteris, incidis in duas, ut prius moriaris in anima, postea in corpore moriaris. Super *Psalm.* xxx, concion. prima, vers. 7.
14. Mors quam timent homines, separatio est anime a corpore: mors autem vera quam non timent homines, separatio est a Deo. *Prose.*
15. Et plerumque cum timent homines istam, quae separat animam a corpore, incidunt in illam ubi anima separatur a Deo. Super *Psalm.* xlviii, conc. 2, vers. 14.
16. Timendo mortem carnis tuam, mortem dabis animae tuae. *Tract.* 66, super *Evang. Joan.*, de cap. xiii.
17. Plus amas mortem, quam vitam tuam: mori male times, et male vivere non times. *Prose.*
18. Corrige male vivere, timo male mori, sed non timere. *Prose.*
19. Quidquid egeris, quantumcumque invigilaveris, quomocumque fegeris, quolibet munimenta quaesieris, quibuslibet divitiis te redemeris, quibuslibet calliditatibus hostem teleseris, non falls mortis labrem. *Prose.*
20. Nihil enim aliud agis, ut non cito ab hoste moriaris, nisi ut serius aliquando a febre moriaris.
21. Habes quod agas, ut nunquam moriaris: et si times mortem, ama vitam: vita tua Deus est, vita tua Spiritus sanctus est. De *verbis Apostoli*, *serm.* 18.
22. Vel mortem time, si peccatum non times. *Homil.* 42, ex *Quinquaginta Homil.*
23. Talem te prepara, ut mortem timere non possis, ut post mortem vivere incipias, qui ante mortem moriendo vivebas, vel vivendo maritabaris. *Serm.* 44, ad *Fratr. in Breneo.*
24. Si mors sic timetur, quae limit temporalem laborem: quomodo timenda est quae militi in eternum dolorem? 139.
25. Nihil agunt qui mori timent, nisi ut paulo posterioris moriantur. *Epist.* 269.
26. Eam mortem debes timere, quam tibi ipse facis de Deo blasphemando. *Epist.* 244.
27. Nolle timere crucem et mortem, quia si nocerent homini, non ea pateretur homo, quem suscepit Filius Dei. De *Agone Chr.*, cap. 14.
28. Uli mortis timor est, nec vita dicenda. De *Epicur.*, cap. 8.

29. Dices bene mori, si didiceris bene vivere. De *Discipl. Chr.*, cap. 12.
30. Mortem timeas, ventura est si timeas, non efficies ut non sit quod times. *Ibid.*, cap. 14.
31. Multi perverse timeo mortem corporis, incidunt in mortem animae. *Tract.* 43, super *Isaia.*
32. Mortem carnis omnino homo timet, mortem animae pauci. *Prose.*
33. Pro morte carnis, quae sine dubio quandoque ventura est, curant omnes ne veniat, inde est quod laborant: id autem agunt ut multum mors differatur, non ut evadatur. *Ibid.*, *tract.* 49.
34. Si cupis vitam tenere in Christo, noli mortem timere pro Christo. *Ibid.*, *tract.* 51.
35. Mortem timeam, an non timeam, venire habet: si timeas non efficies ut non sit quod times. De *Disciplina Chr.*, 11.
36. Mira stultitia! peccator timet mortem, et quod expavescit expectat: dum moritur, adhuc mortem evadere arbitrat: quod cum optat, illud sperat: quod abhorret, quodammodo non expectat. *Prose.*
37. Cupit vivere, eredit vivere: nolle mori, non eredit mori: et miratur mori, quia omnino nolle mori, et evadere cupit, quia evadere credit. *Serm.* 44, *ser.* 8, *post Dom.* 1 *Quadrages.*, art. 1, cap. 2.
38. Peccatum mors animae est: si mors corporis est cavenda, et timenda, et pro illa differenda tantum multi laborant homines: multo magis pro morte culpae cavenda, et pro morte poena vitanda. *Collat.* 52, super cap. xxxi *Joan.*
39. Non Christianus ille est, qui pro veritate mori timet. *Epist. ad Augustin.*, de *miraculis D. Hieronymi.*
40. Si cupis vitam tenere in Christo, noli mortem timere pro Christo. *Prose.*
41. Non se cogitet Christianum, qui pro Christo mori se non invenit preparatum. *Epist. ad Damas.* *Papam de morte Divi Hieronymi.*
42. Pressus vita semper incerta est, tanto semper mors surripit timori debet, quanto nunquam praevideri valet. *Lib. 2 Moral.*, cap. 20.
43. Mors ipsa cum venerit vincitur, si priusquam veniat, semper timeatur. *Homil.* 13, super *Evang.*
44. Quanto morti vicinior efficeris, tanto fieri sollicitior, atque timidior debes. *Lib. 7 in Registro*, *lib.* 2, cap. 4, *epist.* ad *Januarium episc.* *Carsulanum.*
45. Quid te subtrahis? quid tergiversaris? quia si mortem differre possimus, et vitam facere longiorem, sic timeamus ad ultimum pervenire. *Epist.* 3, ad *Heliodor.*

S. AMBROS.

S. BERNARD.
SEN.

S. BONAV.

S. CYRILLUS
ALEXAND.S. EUSEBIUS
CAESARIENS.S. GREGORIUS
MAGNUS.

S. HIERON.

NOTA.

S. JOHANNES
CHRYSOST.S. THOMAS
AQUINAS.S. THOMAS
AQUINAS.S. THOMAS
AQUINAS.S. THOMAS
AQUINAS.S. THOMAS
AQUINAS.

46. Egredere quid times? egredere animus meus, quid dubitas? septuaginta prope annis servivisti Christo, et mortem times? Apud D. Hieron., epist. 15, de Vita Illiriana.

47. Mors non est timenda viro justo, tunc quia certa est, et necessaria, tunc quia brevis est, et transitoria, tunc quia utilis est, et meritoria. Lib. 5. *Contemplat. de morte*, cap. 9.

48. Mors amara est, et terribilis abundantibus iniquitate, affluentiis prosperitate, delictibus bonitate, carnis adversitate, et non languentibus infirmitate. *Ibid.*

49. Horrendum quid mors est, et formidolosum, sed non ita qui supernam sapientiam contemplantur. *Homil. 82.*

50. Homo mortem contemnit, non tremat, non metuit: quicunque tales non sunt, brutis pejores sunt. *Serm. 6, super Epist. ad Philipp. in Serati.*

51. Qui mortem recte metuit, nunquam in bono opere torpescit. Lib. 4, *homil. 47, ad Romanos.*

52. Mortem non times, quoniam raro bene moritur, qui non ut quotidie moriturus preparatur. *Ibid., homil. 20.*

53. Quanto vivamus in hoc mundo divites, tanto mortem amplius formidamus. *Ibid., homil. 25.*

54. Bona conscientia mortem non metuit. *De Institutione vite*, cap. 7.

55. Omnis homo qui divitiis et honoribus mundi affluit, mori peritescit. *De Vita et Misera hujus vite*, cap. 3.

56. Male viris, et idcirco mori pertimescit, sed frustra metuit, frustra peritescit, evadere mortem non poterit. *Ibid., cap. 8.*

57. Quis est qui mortem subtritur timet? qui timendo bene vivit. *Prose.*

58. Mortem impii timeant et metuant, sed timentes male vivunt: nihil prodest metui, ubi non est profectus. *Ibid., cap. 10.*

59. Multi vitam odio habent: et tamen mori timeant, quod plerumque in angustia contingere solet, sique contraria affectu et vivendi habent tedium, et moriendi metum. Lib. 3, *de Sum. bono*, cap. 62, sent. 2.

60. Nemo dubitat, quin timidi et imbecillius sit animi, aut dolorem metere, aut mortem: quae quisquis non exhorruit, fortissimus iudicabitur. Lib. 6, *de Dicit. Int.*, cap. 47.

61. Non mors terret, nec dolor frangat, quoniam vigor animi et constantia inobscussa servetur. In *Epist. cap. Nam.*

62. Perspicuum est, nihil esse mentem in servitute rodere, ut mortis metum. Lib. *Quod omnis probus liber sit.*

63. Homines mali altissimum supplicium mortem existimant, et haec in divino iudicio vix est poenitentium. *De Praemis et Poenis.*

64. Non est timendum quod nos liberat ab omni timendo: si times vita decedere, quia optimam nescis: certo mortem timere non debes, quam malam nescis. *Prose.*

65. At cum times, scis malam: non scies autem malam, nec times, si non aliquid esse post mortem, quod eam malam faciat, ut times. *De Testimonio animi*, cap. 4.

66. Inter omnes timores, timor mortis est maximus, est enim finis terribilium: unde si homo timorem mortis superat, superet omnes timores, et hoc superato superatur omnis mundi inordinabilis. *Prose.*

67. Quando enim bene considerat homo, quod filius Dei Dominus mortis, mori voluit, non timet mori. *Super Epist. ad Hebr., cap. 2.*

68. Si bonam conscientiam haberes, non multum mortem times. Lib. 1, *de Vita, Chr.*, cap. 23.

69. Stude nunc taliter vivere, ut in hora mortis vales potius gaudere, quam timere. *Ibid., cap. 23, sect. 6.*

SENTENTIA FAGANORUM.

70. Is homo fortis proprie dicitur, qui civis honestam mortem, et ea omnia quae afferunt ipsam, interitus est. Lib. 3 *Ethic. ad Nichomachum*, cap. 6.

71. Ne times illam, quae vitae est ultima finis: Qui mortem metuit, quod vivit, perdit id ipsum. Lib. 4. *Distichor.*, metr. 42.

72. Linque metum lethi, nam stultum est, tempore in omni.

73. Dum mortem metuis amittere gaudia vitae. *Ibid., lib. 2, metr. 15.*

74. Facili proponas, mortem non esse timendam: Quae bona si non est, finis tamen illa malorum est. *Ibid., lib. 4, metr. 67.*

75. Multum venturi ne cures tempora fati: Non mortem metuit, qui est contemnere vitam. *Ibid., lib. 4, metr. 48.*

76. Turpis fuga mortis, omni est morte peior. *Orat. 50, Philipp. 8.*

77. Quid id quod vitari non potest, metuit: is vivere animo quieto nullo modo potest. *Prose.*

78. Sed qui non modo, quin necesse est mori, verum etiam quia nihil habet, mors, quod sit horrorendum, mortem non timet, magnum is sibi presidium ad beatam vitam comparat. Lib. 2, *Tue. quest.*

79. Mortem horis singulis impendentem, metuens, quis poterit animo securo consistere? *De Senect.*

TERTULLI.

BERNARDUS
SIBINIUS.

PLATO.

S. THOMAS
AQUINAS.S. THOMAS
AQUINAS.S. THOMAS
AQUINAS.

ARISTOTELI.

CATO MAIOR.

CICERO.

TIMON.

SENTENTIA PATRUM.

S. ANTONIUS
DE PADUA.S. ANTONIUS
DE PADUA.

S. AUGUSTINUS.

80. Mors terribilis est his, quorum cum vita omnia extinguuntur, non his quorum emori laps non potest. *De Paradiso*, cap. 3.

81. Homines mortem vel optare incipiunt, vel timore detestant. Lib. 1, *Tue. Quest.*

82. Nemo justus esse potest, qui mortem timet. Lib. 2, *Offic.*

83. Mortem optare, malum: timere, peius. In *Dicit sapient. ex Aesonio*, dict. 3.

84. Mors est omnium bonorum maximum, et tamen mortem pertimescunt homines, quasi recte nosset illam omnium malorum esse maximum. *Syzygia. 4, in Apolog.*

85. Ipsum illud mori nemo reformidat, qui non plane sit rationis destitutus, et animo ignavo alique imbelli. *Syzygia. 3, de Aethor.*

86. Fieri non potest, ut is qui cui ea credit esse vera, quae apud inferos esse perhibentur, formidabilis quidem illa et terroris plena, sit immunitas a mortis metu. *Syzygia. 4, lib. 3, de Republ.*

87. Crudelis est quam mori, semper timere mortem. Lib. 3, *Declam.*, controvers. 5.

88. Equid quod tam cito fit, timesis diu? *De divina Provid.*, cap. 6.

89. Saepe causa moriendi est, timere mori. *De Tranquill. anim.*, cap. 11.

90. Plerumque inter mortis metum, et vitae tormenta miseri fluctuant: et vivere nolunt, et mori nesciunt. *Epist. 4.*

91. Mihi crede: adeo mors timenda non est (modo conscientia tua tibi fiduciam faciat) ut beneficio ejus nihil antefendum sit. *Epist. 24.*

92. Tunc mortem, ut nunquam times, semper cogita. *Epist. 20.*

93. Mors, quam pertimescimus ac recusamus, intermittit vitam, non eripit: venit iterum, quae nos in lucem reponit dies. *Epist. 6.*

94. Stultitia est timere mortis mori. Venit qui occidit, expecta, quid occupas? quare suscipis alienae civilitatis procuratorem? utrum invides extruisti tuo, an parvis? *Epist. 70.*

95. Delicati timeant mortem, cui vitam quam fecere similes. *Epist. 82.*

96. Nullum animal ad vitam prodiit, sine metu mortis. *Epist. 124.*

97. Dies iste, quem tanquam extremum reformidas, aeterni natalis est. *Epist. 102.*

98. Nullis timor mortis, verum relictis ignavis exercuit. *De Volunt. divini*, cui Gilius Asclepius, cap. 10.

Vide etiam tit. *Laqueus*, sent. 23; *Mendacium*, sent. 45, 46; *Mors Christi*, sent. 21; *Senectus*, sent. 20.

1. Omnia supplicia, graviorum suppliciorum vincuntur formidibus. Lib. 1, *Offic.*, cap. 38.

2. Prudentibus delictorum supplicia terrores sunt. *De Bona morte*, cap. 3.

3. Aliud est timere, quia peccaveris; aliud timere, ne pecces: ibi formido de supplicio, hic sollicitudo de praemio. Lib. 48, *epist. 84, ad Demetrius.*

4. Quae poena major, quam timere quod vitare non possis, nec quod timeris evadere? *Super Psalm. xxiv.*

5. Sicut clavus clavum eicit, sic timor gehennae delationem luxuriae. *Serm. Dom. 9, Quadrag.*

6. Non bonus quisquam est timore poenae, sed vere justitia. *Epist. 54, ad Macedonianum.*

7. Melius est doctrina homines duai, quam poenae timore compelli. *Prose.*

8. Nullis profuit prius timore cogi, ut postea possint doceri, aut quod jam veritas didicerunt, opere sectari.

9. Sicut meliores sunt, quos dirigit amor: ita plures sunt, quos corrigit timor. *Epist. 60, ad Bonifac.*

10. Inaniter putat victorem se esse peccati, qui poenae timore non peccat, quia etsi non impletur foris negotium male cupiditatis, ipsi tamen mala cupiditatis intus est hostis. *Prose.*

11. Quis coram Deo innocens invenitur, qui vult fieri quod velatur, si subtrahis quod timetur?

12. In ipsa voluntate reus est, qui vult facere quod non licet fieri, sed ideo non facit, quia impure non potest fieri.

13. Inimicus justitiae est, qui poenae timore non peccat: amicus autem erit, si ejus amore non peccat: tunc enim vere timebit peccare.

14. Qui gehennam metuit, non peccare metuit, sed ardere: ille autem peccare metuit, qui poenam ipsum sicut gehennam odit: ipse est Bonini timor castus. *Epist. 144, ad Annes.*

15. Sicut ille est iniquissimus, quem nec verba corporales deterrent ab immunda operibus: ita ille justissimus, qui nec poenarum corporum terrores roborat a sanctis operibus. *Ibid.*

16. Charlotte Christo, non poenae timore coheremus. *Ibid.*

17. Mandatum si fit timore poenae, non amore justitiae, serviliter fit, non liberaliter, et ideo nec fit. Non enim fructus est bonus, qui de charitatis radice non surgit. *De Spiritu et Letteris*, cap. 14.

18. Ex lege timeamus Deum, ex fide speramus in Deum: sed timetibus poenam abscondit gratia. *Ibid., cap. 29.*

19. Facile est poenam timere, sed non hoc est Deum timere, illo scilicet Domini timore pietatis. In *Question. super Exod.*, quest. 35.

20. Timor poenarum etsi nondum habet delectationem bone conscientie, saltem intra claustra cogitationis coercet malam cupiditatem. Lib. 2, *Contra Iul. Pellican.*, cap. 53.

21. Quando timore poenæ, non amore justitiæ fit bonum, nondum bene fit bonum, nec fide in corde quod fieri videtur in opere, quando mallet homo non facere, si posset impune. Lib. 2, *Contra Iul. Epist. Pelag.*, cap. 9.

22. Qui timore poenæ innocens est, non est innocens; quamvis non nocet, cum vult nocere. Non enim nocet alteri per effectum malum, sed sibi plurimum per cupiditatem malam. Super *Psalm.* xcii.

23. Qui timore poenæ, non amore justitiæ opus legis facit, profecta in vitia facit; quod autem in vitas facit (si posset fieri) malit atque non jubari. Super *Psalm.* cxviii, conc. 44.

24. Quando bonum opus, quod lex imperat, fit timore poenæ, non amore justitiæ, cum Deus metuitur non amatur, serviliter fit non liberaliter. Super *Psalm.* cxviii, conc. 47.

25. Timor iste, quo non amatur justitia, sed timetur poena, servilis est, quia carnalis est. *Ibid.*, conc. 25.

26. Timor nondum castus est, si timore facit quidquid boni facit, non timore amittendi bonum illud sed timore patiendi malum. Super *Psalm.* cxviii.

27. Si nihil in te facit amor lucis, facit timor doloris. Tract. 18, super *Evang. Joan.*, de cap. v.

28. Quando timore facis quod justum est, non Deus te delectat. *Ibid.*, tract. 41, de cap. viii.

29. Non timere poenam, sed ama justitiam, nondum potes amare justitiam? time vel poenam, ut pervenias ad amandam justitiam. *Ibid.*

30. Quantum charitas crescit, timor decrescit: et quantum illa fit interior, timor pellitur foras. *Prosec.*

31. Major charitas, minor timor: minor charitas, major timor. Tract. 3, super *Epist. Joan.*, de cap. iv.

32. Si adhuc propter poenam times Deum, nondum amas quem sic times. *Prosec.*

33. Aliud est timere Deum, ne mittat te in gehennam: aliud est timere Deum, ne recedat a te. Ille timor nondum est castus, hic autem castus est. *Ibid.*

34. Timor poenæ est quidam custos et quasi pedagogus legis: littera est tutans, nondum gratia juvenans. *De Verb. Apostoli.*, serm. 18.

35. Si timore gehennæ non facis malum, est quidem in te fides, quia credis futurum Dei esse

judicium: gaudeo fidei tue, sed adhuc timeo malitiam tuam. Homil. 9, ex *Quinquaginta homil.*

36. Vetus homo aut non facit, aut timore facit quod facit; non amore, sed timore. Serm. 1, *Dom. à Quadr.*

37. Modo fac quod in posterum times, et non habebis quod in posterum timeas. Serm. 1, *fer. 3, post Dom. Pass.*

38. Quod fit timore poenæ, nondum fit quemadmodum fieri oportet. In *Enchirid.*, cap. 124.

39. Lex non timore poenæ, sed justitiæ amore completur. *De Fide et Operib.*, cap. 21.

40. Sub lego est, qui timore supplicii, quod lex minatur, non amore justitiæ, se sentit abstinere ab opere peccati. *De Natura et Grat.*, cap. 57.

41. Fidei credit aliquis in Christum, sed odit Christum: habet confessionem fidei in timore poenæ, non in amore coronæ. Tract. 10, super *Epist. Joan.*

42. Ille timor quo times ne in ignem æternum mittaris cum diabolo, non est castus, non enim venit ex amore Dei, sed ex timore poenæ. Tract. 9, super *Epist. Joan.*

43. Non est magnum timore poenam, sed magnum est amare justitiam: qui ergo amat justitiam, nihil timet; timet plane, non ne incidat in poenam, sed ne amittat justitiam. Tract. 43, super *Joanem.*

44. Amare, filiorum: timere, est servorum. In suis *Proph.*, verbo *Amare*.

45. Vigiliis times et jejuniis, manuumque laborum; sed hæc levia sunt meditantis flammis peccatas. *Epist.* 1, ad *Robertum nepotem suum*.

46. Ille quasi servus timet, qui bonum quod facit, non timore amittendi bonum quod non amat, sed timore patiendi malum, quod formidat, facit. Serm. 4, ad *Sororem*.

47. Metu poenarum revocatur, qui incentiva gravitate succenditur. Super *Psalm.* cxviii, vers. *Memor sui judiciorum, etc.*

48. Qui facit Dei voluntatem pro timore gehennæ, hic adhuc novitius est et incipiens; cum propter se bonum non exoret, sed timore poenarum. *Doctr.* 4.

49. Si quis a malo, declinat ob metum poenæ, est ut servus qui dominum veretur. *Ibid.*

50. Qui divino timore nolunt suam refricare humanam, humano timore indigent. *Adhort.* 4.

51. Beneficis nemo serviliter timens, respondet: talemmodo qui per fiduciam amoris non timet, dignitati reddit obsequia. Super *Job.*, cap. ix.

52. Deus poenæ terret, bonis demulcet. Super *Psalm.* ix.

53. Metu poenarum revocat a malis. Super *Psalm.* cxviii: *Memor sui judiciorum,*

V. BEDA.

S. HIERON.

CASSIODOR.

S. DOROTE.

S. EPICRAN.

CLOSS. ORS.

30. Usura semper rodit et consumit pauperum ossa, et die et nocte, et in festis et in feriis, et dormiendo et vigilando operatur, et nunquam desinit usura. *Ibid.*, cap. 6, § 3.

31. Quid dicam de usuris que ipse leges et iudices reddi jubent? an crudeliter est, qui abtrahit aliquid vel eripit diriti, quam qui trucidat pauperem fœnoris? hæc hujusmodi male utique possidentur, et vellem ut restituerentur, sed non est quo iudice repetantur. *Epist. 54, ad Macedoniam.*

32. Senatoribus fœnus diffamia est. *De quest. Vet. et Novi Testamenti*, quest. 102.

33. Si fœneraveris homini, id est mutuum pe-

cuniam tuam dederis, a quo aliquid plusquam dedisti expectes accipere; non pecuniam solum, sed aliquid plus quam dedisti, sive illud triticum sit, sive vinum, sive oleum, sive quolibet aliud: si plus quam dedisti expectas accipere, fœnerator es, et in hoc improbandus, non laudandus. *Prose.*

34. Sed si vis utilis esse fœnerator, attende quid facit fœnerator: minus vult dare, et plus accipere: hoc fac et tu: da modica, accipe magna: da temporalia, accipe æterna: da terram, accipe cœlum. *Psalm. xxxvi, conc. 3, vers. 27: Tota die miseretur et fœneratur.*

35. Non potest usuras accipere, qui Dominum noluerit fœnerare: qui dat pauperibus, Deum fœnerat. *Serm. 3, fer. 3, post Dom. 2 Quadrages.*

36. Deus nunquam avarus est, et usuras exigit. *lib. 1 Conf., cap. 4.*

37. Cum Deus opera misericordiam præcipiat, non utique usurarum crudelitas suscipienda est. *Lib. Exortation. Deuterion.*

38. Qui usuris seipsum obnoxiam facit, quas persolvere non potest, servitutum vite spontaneam suscipit. *Super Psalm. xiv, conc. 4, vers. 6.*

39. Ne ignores te majus additamentum peccatis facere. *Ibid.*

40. Qui mutuum ad usuram petit, in rerum desperatione medius hæret. *Ibid.*

41. Mutuum sumere cum usura, principium mendacii est, ingratiitudinis occasio, perfidiam ac perjurii. *Ibid.*

42. Servus est ejus, qui mutuum dedit, is qui mutuum accepit, et servus mercenarius inevitabilem servitutem ferens. *Ibid.*

43. Dives es? ne sumas mutuum: pauper es? ne sumas mutuum. Si enim dives es, mutuo non indiges: si vero nihil habes, mutuum non rependes. *Ibid.*

44. Dicunt vipera materiam vitæ perrodentes parti: et usure orosis ac consumptis debitorum solum solum generantur. *Ibid.*

45. Fœneratorum pecuniam, et sacerdotibus parit et valescens renovat. *Ibid.*

46. Prava profecto mutui datio cum usura, et danti et accipienti: huic quidem in pecuniis, illi vero in ipsam animam damnum inferens. *Ibid.*, vers. 6.

47. Nemo vulnere vulnus curat, nemo malis malo medetur, nec paupertas fœnore corrigitur. *Super Psalm. xiv.*

48. Leporis sicut ejus esse nature, ut simul et purgant et nutriant et superferant: sic et fœneratoribus pecunia simul tempore et dantur ad usuram et gignunt et superferant. *Ibid.*

49. Iudicio furis, aut furi concurrentis, uter-

que subjacet, et qui dat et qui accipit. *Quest. 142.*

50. Demus usuram, sed Deo, non homini. *Homil. 29, ex Quingentesima homil., cap. 2.*

51. Usura est radicalio charitatis, extinctio fraternæ dilectionis, fons propriæ amoris, capitibus vero corruptela, mater illegalitatis, origo deceptionum, legalis proditio, domesticum furtum, dolosa pietas, pauperum homicida, impia in propinquos, perniciosa in proximos, destructio patriarum, inquietus cancer, morbus contagiosus, animarum perditio. *Serm. 44, fer. 3, post Dom. Pas.*

52. Usura est terrorum inextinguibilis sitis, cœcitas mentis. *Ibid.*, feria 4.

53. Quid est usura? venenum patrimonii. *Epist. de Cura et regimine rei familiaris.*

54. Quid est usura legalis? latro prædicans quod intendit. *Ibid.*

55. Mirum est quod non timeant homines, quod post buccellam, quam de usura acquirunt, intret in eos Satanas. *Serm. 1 Dom. 3 Quadrages.*

56. Leo accepta prædia quiescit ad tempus, nonquam quiescit usurarius: imo ipsum tempus necessarium (quod ex natura quiesci est deputatum) convertit in computum: qui etiam quiescit, usura vigilat. *Serm. 1 de SS. Apostolis.*

57. Zachæus dicebat, Si aliquem defraudavi, reddo quadruplum: sed utinam usurarii modo renderent simpliciter. *Tit. 2 Dicitis, cap. 4.*

58. Ad usuram dari pecunia prohibetur, quia vitium cupiditatis est, exigere velle quod cognoscis te non commodasse. *Super illud Deuter. xxiii: Non fœnerabis, etc.*

59. Accepta pecunia cum ad usuras datur, amittitur, nisi caute tribuatur. *Lib. 22 Moral., cap. 3, num. 5.*

60. Stultus est debitor, qui gaudens pecunias mutuas accipit cum usura: et tempus quod redere debeat, non attendit. *Ibid.*, num. 5.

61. In usura pecunia etiam non data recipitur. *Homil. 9, super Evang.*

62. O improbum fœnoris inventum! quod qui latrocinium et participium nominaverit, non præcens ab eo quod desit, aberrabit. *Homil. 4, super Beathanen.*

63. Sortis dilatio, usuram parturit. *Epist. 16, s. Hieron. ad Marcellam.*

64. Putant quidam usuram tantum esse in pecunia quod providens Scriptura divina omni rei aufert super abundantiam, ut plus non recipias, quam dedisti. *Lib. 6, super Ezech., cap. 48, super illud Luc. ix: Fœneravit his, etc.*

65. Alii pro pecunia fœnerata solent munuscula accipere diversi generis, et non intelligunt usuram

S. BERNARD.
SERMON.

S. BONAV.

CROSS. ONA.

S. GREGORIUS.
MAGNUS.S. GREGORIUS.
NYSS.

S. HIERON.

appellari superabundantiam, quidquid illud est, si ab eo quod dederit, plus acceperit. *Ibid.*

66. In lege usurae accipi prohibentur: usura enim est plus accipere, quam dare. *Super Psal. lxxv, vers. 11.*

HUGO CARD.

67. Usurarius nunquam dicitur, sicut diabolus. *Super Psal. xiv.*

68. Usura est aequalitas naturae: facit enim ut fructum non seminatum crescat, non mortuam vitam reviviscat, dando deos modios trimenti pro tribus, et huiusmodi. *Ibid.*

JOAN. CASS.

69. Grata est feneratori occupatio, quae majorem solvit augmenta, conquirit: et non solum percipientem datat, verum etiam nihil minuit largienti. *Collat. 22, Abbat. Theonae, cap. 1.*

FRANCIS. XAVIER.

70. In his sensibilibus pecuniis prohibendum est, ne quis usuram accipiat, quia uterque magno damno afficitur: debitor inopia alteritur, creditor augens divitias, et peccatorum accumulatur sibi multitudinem. *Homil. 61, super Gen.*

71. Nihil lupus secuti usura furpae, nihil homo crudelitas: quia fenerator alienam incommode rem suam auget, et uberiores questus ex amici calamitate capit. *Math. oper. per.*

72. Multi cum magis locare pecuniam student usuris, cupiditate lucri minus diligenter conditionem eorum examinant, quibus pecuniam credent, atque ita cum nauris sortis quoque ipsius iacturam faciunt. *Ibid., homil. 29.*

73. Feneratoris inaudite excoptionis genera sunt, quae nec gentiliam quidem legibus comprehendantur, multum literas maledictionis plenas negotiatores conscribunt. *Ibid., homil. 62.*

74. Quis nisi usuris mutuum dat, in prima facie sua videtur dare, usura autem non est data, sed alterius tollit. *Homil. 12, super Matth. oper. imperf.*

75. Similis est pecunia usurarii aspidis morsui. Sicut enim qui ab aspidem percussit, quasi delectatus vadit in somnum, et sic per suavitatem soporis maritur: sic qui accipit sub usuris, pro tempore delectatur, et per suavitatem beneficii non sentit quomodo captivus afficitur. *Prose.*

76. Sicut venenum aspidis latenter per omnia membra discurrit et corrumpit: sic usura per totas facultates ejus, qui eam accipit, discurrit et convertit eas in delictum. *Ibid.*

77. Cum usura in domum alicujus intraverit, totam substantiam ejus ad se trahit et convertit in delictum. *Ibid.*

78. Fenerator mutat pecuniam, ut tollat usuras. *Ibid., homil. 38.*

79. Qui agrum locat, ut agrariam recipiat: aut

domum, ut pensiones accipiat, num similis est ei, qui pecuniam dat ad usuram? *Ibid.*

80. Usurae cursus interrupti, qui statim summam universam restituit: quaequam vero auxit, quisquis concedit mulium temporis apud se detinuit. *Serm. 7, super Epist., ad Rom.*

81. Usurarii in mensis urbibus latrocinantur, et ideo tanto latronibus peiores sunt, quanto difficilius observantur: et majore confidentia ea ipsa audent, quae illi timidi latitantes tentant. *Ibid., serm. 11.*

82. Pecuniam si quam quis crediderit, non accipiat usuram, ut beneficium incoluere sit, quod succurrit necessitati: plus autem accipere, quam dederit, injustum est. *Prose.*

83. Qui usuram facit, insidiatur quodammodo ut ex alterius necessitate praedetur. *Lib. 6, de Divitiis, Dist., cap. 18.*

84. Mala semper est ratio feneratoris, quia pecuniam et misisse et auxisse peccatum est: ut aut miser sit mittendo quod dedit, aut miser accipiendo quod non dedit. *Serm. 6, de Jejun., de ceteri mania.*

85. In usura multipliciter facit injus et tribus incrementis, sed mentis substantia contabescit. *Ibid.*

86. Foenus pecuniae, fumus est animi. *Ibid.*

87. Qui dolorem quaerit de pecunie suae cupiditate usuris, et per aliena cupit damna ditari, electus dignus est egestate puniri. *Ibid.*

88. Christianos se dici cupiunt et non sunt, qui lucri turpis cupiditate ita sunt capti, ut usurariam exercere pecuniam, et fenerator velint discere. *Epist. 1, cap. 3.*

89. Erubescit usurae nomen, et licrum non erubescit usurae. *Homil. 2, de Avaritia.*

90. Divitis incumberet, pecuniam fenerator auget, possessiones auctionibus dilatare, industria et questus est apud hoc saeculum, sed apud Deum crimen et poena est. *Epist. 2, ad Sever.*

91. Usurari quaere te: perde usuram, ut te valeas invenire. *Serm. 28.*

92. Potest inveniri tam avarus, aut cupidulus, aut importunus fenerator, ut quatuor pauciores drachmas feneratori malit, quam donare? Id spoliatoris magis, quam feneratoris est. *De Somniis.*

93. Frustra fenerator, qui de receptione desperat. *Lib. 2, ad Ecles. Catholic.*

94. Secularis pecunia usura, peccatum. *Lib. 2, in Deo.*

95. Usura vitium est detestandum, et aeterna morte dignum. *De Usuris, cap. 5.*

SENTENTIA PAGANORUM.

96. Nemini mutuum dare ad fenus liceat. *Lib. 5, de Legibus.*

LACT. FRON.

S. LEU. 1.

S. MAXIMUS

TRIPSONIS

S. ANTONI.

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

Vide etiam tit. Clericus, sent. 144, 145, 146; Elenagyna, sent. 12; Misericordia, sent. 20; Negotiatio, sent. 50, 51; Ordo sacer, sent. 44.

USUS, UTI.

S. ANTONI. Definitio. Usus est jus utendi alienis rebus salva rerum substantia. Part. 3, tit. 5, cap. 3, § 1.

S. AUGUST. Uti est quod in usum venerit, ad id quod animas obtinendum refertur. Lib. 1, de Doctrin. christ., cap. 4.

S. THOMAS AQUINAS. Usus rei alienus est applicatio rei illius ad aliquam operationem. 4, 2, quest. 16, art. 1. Uti est applicare aliquid principium actionis ad actionem. *Ibid.*, etc. art. 2.

S. AUGUST. Differentia. Differunt uti et frui: uti est assumere aliquid in facultatem voluntatis: frui est uti cum gaudio, non adhaesione, sed jam rei. Lib. 10, de Trinit., cap. 11.

SENTENTIA PATRUM.

S. AMBROS. 1. Usus cito infectio naturam, Lib. 4 Offic., cap. 20.

S. AMBROS. 2. Bonus usus ejus jam virtus est, quae in magnis reperitur bonis, quibus male uti nullus potest. Lib. 1, Retract., cap. 9.

3. Nemo bene utendo, male utitur. Lib. 2, de Libero Arbitrio, cap. 19.

4. Virtuosus nemo male utitur, ceteris autem bonis, id est, modis et minimis, non solum bene, sed etiam male quisque uti potest. *Prose.*

5. Et ideo virtute nemo male utitur, quia opus virtutis, est bonus usus istorum, quibus etiam non bene uti possumus. Lib. 2, de Lib. Arbitrio, cap. 19.

6. In usu rerum abesse oportet libidinem. Lib. 3, de Doctr. christiana, cap. 12.

7. Omnis, qui fruitur, utitur: assumit enim aliquid in facultatem voluntatis, cum sine delectatione: non autem omnis, qui utitur fruitur. Lib. 10, de Trinit., cap. 11.

8. Usus illicitus, abusus potius, vel abusus nominandus est. Lib. 1, de Doctr. christ., cap. 4.

9. Quisquis rebus preterantibus restrictio utitur, quam sese habent mores eorum cum quibus vivit, aut temperans, aut superstitiosus est. *Prose.*

10. Quisquis vero se eis utitur, ut melas consuetudinis honorum, inter quos versatur, excedat, aut aliquid significat, aut flagitiosus est.

11. In omnibus enim talibus non usus rerum, sed libido utentis in culpa est. *Ibid.*, lib. 3, cap. 12.

12. Recta ratione male uti nemo potest. Lib. 2, de Libero Arbitrio, cap. 18.

13. Sicut peccata bonis Dei male utuntur, dum

non corriguntur: sic contra, Deus etiam malis eorum bene utitur, non solum ad justitiam suam, quam his digna in fine retribuere, sed etiam ad executionem et profectum Sanctorum sporum, ut ex ipsa etiam malorum peccata boni proficiant, et probentur et manifestentur. *Epist. 141, ad Maximian.*

14. Quisquis natura ma male utitur, malis sese judicatur. *De Spiritu et Anima, cap. 42.*

15. Abstantur illis, qui bona Dei maculant verbis incoercitis. *Ibid.*, etc.

16. Omnia humana perversio est (quod etiam vitium vocatur) fruendis uti velle, et utendis frui. *Prose.*

17. Omnis autem ordinatio est (quae virtus etiam nominatur) fruendis frui, et utendis uti. *De Ixxxiii quest., quest. 30.*

18. Utitur assumendis, vel respuendis ad valetudinem, tolerantiam ad patientiam, ordinandis ad justitiam. *Ibid.*

19. Temporalibus magis utendum est, quam fruendum, ut frui mereamur aeternum. *Lib. 11, de Civit. Dei, cap. 25.*

20. Perversi frui volunt nummo, uti autem Deo: quoniam non nummum propter Deum impendunt, sed Deum propter nummum colunt. *Ibid.*

21. Tantum valet ordinatio Creatoris, et ordo creaturae, ut in rebus ad utendum concessis, etiam cum modus exceditur, longo sit tolerabilis, quam in eis, quae concessa non sunt, vel unus vel rarus excessus. *De Dono conjugalis, cap. 11.*

22. Bene utitur bono, continentiam dedicans Deo: male utitur bono, continentiam dedicans idolo. *Prose.*

23. Male utitur malo, concupiscentiam relaxans adulterio: bene utitur malo, concupiscentiam restringens concubio. *Lib. 4, de Peccator. meritis et remis., cap. 29.*

24. Omnia quibus uteris in hac vita, sic tibi debent esse, tanquam sabbulum victori, non tanquam domus habitatori. *Super Psal. lxxiv, vers. 3.*

25. Sicut iniqui male utuntur bonis operibus Dei, sic contra Deus bene utitur malis operibus iniquorum. *Tract. 27, super Evang. Joann., da cap. vi.*

26. Omnibus bonis Dei, male utitur malus: et contra malis hominum malorum bene utitur bonus. *Ibid.*

27. Utuntur divites consuetudine infirmitatis suae: utere cibus electis, pectosis, quia sic concupiscit, quia non aliter potest: conceditur tibi, utere necessariis, da pauperibus superflua: utere pectosis, da pauperibus villa. *Serm. 5, de Verbis Dom.*

28. Non prodest bona res non bene utenti. Lib. 4 Conf., cap. 16.

29. Sic utaris hoc mundo, tanquam non utens; ut ex bonis ejus bona facias, non malus fias. Epist. 70.

30. Non afflēt anima pertere utens creaturis: ut ordinationem effugiat creatoris; quoniam si illa male utitur bonis, illa bene utitur etiam malis; ac per hoc illa pertere bonis utendo fit mala; illa ordinate etiam malis utendo, permanet bonus. Epist. 129, cap. 2.

31. Usus rerum est legitimus, ut anima in lege Dei maneat. De Ven. imperf., cap. 1.

32. In omnibus rebus, non ex eorum rerum natura quibus utimur, sed ex causa utendi, et modo appetendi, vel improbandum est, vel probandum quod facimus. Lib. 3, de Doctr. christ., cap. 12.

33. Boni ad hoc utuntur mundo, ut fruantur Deo: mali autem contra, ut fruantur mundo, uti volunt Deo. Lib. 15, de Civit. Dei, cap. 7.

34. Malum est male uti bono. De Nat. boni, cap. 36.

35. Nullus bonis terrenis bene utitur, nisi qui et non uti potest: multi quidem facilius se abstinent ut non utantur, quam temperant ut bene utantur. Nemo tamen potest eis succurrere uti, nisi qui potest et continere non uti. De Bono consuj., cap. 24.

36. Non ad fruendum ametis, quod ad utendum habere debetis. Tract. 2, super Epist. Joan.

37. Sicut bonum est bene uti malis, ita honestum est bene uti inhonestis. Lib. 5, contra Julian., cap. 9.

S. BERNARD.

38. Non natura virtutes, sed usus facit: tum est aut abutendo et confundendo facere vitia, aut bene ordinateque utendo virtutes. Lib. 2, de Consid. ad Eugen. Pap.

S. KUSEBIUS

39. Ipsa creaturis, quae extra nos sunt, quae a foris adjacent, quae bene facta sunt, malis male utitur. Homil. 4 Egypt.

GLOSS. ORD.

40. Non parva condamnatio est, scire bonum, et necesse quomodo uti debeat. Super Job, cap. XXXII.

S. HIERON.

41. Ad conferendum labores, et ad virtutis notitiam experimenti opus est usu, eligendarum scilicet virium nutritio. Epist. 6, ad Anacim.

42. Solidum corpus est, molesque robusta membrorum, quam frequens usus agitarebit. Ibid.

S. JOANNES

43. Verba divites sunt, et inexhaustae facultates, enperia tantum, quantum usui satis, et ex quo ad usum pertinent recte dispensare. Homil. 37, super Gen.

44. Abstineas a rebus tuis, ut tanquam tuis utaris alienis. Homil. 15, super 1 Cor.

45. Licet hominibus et pecuniis et delictis et voluptatibus cum modestia uti: et qui his immodeste abutuntur, omnia corrumpunt. Sermon. 13, super Epist. ad Ephes.

46. Nescit uti suo, qui semper abusus est alieno. Lib. 7, de Negit. curial., cap. 16.

47. Bonis bene utuntur, qui illis sibi commissis in rebus salutaribus praefructur. Prose.

48. Bonis male utuntur, qui aut iusto pro temporali lucro judicant, aut aliquid boni pro vana gloria appetitu faciunt.

49. Malis male utuntur, qui noxias cogitationes operibus pravis perlicunt.

50. Malis bene utuntur, qui luxuriam carnis conjugali honestate restringunt.

51. Sed sicut male bene uti bonum est, sic bono bene uti, melius est: et sicut bono male uti malum est: sic malo male uti, pessimum est. Lib. 3, de Summo bono, cap. 60.

52. In bonis immoderatus usus esse non debet: bona enim immoderate usu, noxia efficiuntur. Lib. 2, de Synon., cap. 46.

53. Jugis usus in naturam se verit: omnia usui cedant, usui omnia pareat, res ipse se agit ut usus erit: quod cum difficultate corporis, per usum cum voluntate perficitur. Ibid., cap. 42.

54. Voluntatis est et iudicii, uti bene aut male. De necessit. quibusd. quest., explicat. 46.

55. Rerum usum tribuit Deus, sed privatum damnat affectum. Sermon. de Ratione Palmar.

56. Qui bene usus est magnis, utitur bene et modicis. Sermon. 3, de Jejun. decimi mensis.

57. Nihil rerum a Deo nobis in usum daturum Scriptura tollit, sed immoderatum usum castigat, et rationi non consentaneum emendat. Centur. 4, de Charit.

58. Cuncta condita Omnipotens Deus usibus hominum tradidit, solas autem animas suo usui reservavit. Lib. 4, epist. 2, ad B. Egypt.

59. Manifestissimum est jus possessionis omnium rerum ad Deum pertinere, usum vero solum ad creaturam. Lib. de Cherubim.

60. Quando bene malis usuri sunt, qui male bonis uti non desunt? Lib. 3, de Vita contempl., cap. 9.

61. Divinis beneficiis bene uti, est ut datis omnia illum honores, a quo data ipsa accipimus. Prose.

62. Nos usum tantum earum rerum accipimus, quas tenemus: commodati enim a Deo facultatibus utimur, et quasi precarii possessores sumus.

JOAN. BAP.

S. IRONIDI

HISPALENSIS

S. JUSTIN.

MART.

S. LAURENT.

JUSTIN.

S. LEO I.

S. MAXIME

MART.

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

S. PAVLUS

63. Quid rectius? quid honestius? quam ut tibi res ab eo discedat, qui usum habuit, revertatur ad eum possessio, qui utendam concessit?

64. Inestimabile malum est, bonis a Deo datis non bene uti. Lib. 1, ad Eccles. Catholic.

65. Quotiesmodum injusti male utuntur non tantum malis, verum etiam bonis; ita iusti bene utuntur non tantum bonis, sed etiam malis. 2, 2, quæst. 104, art. 1.

66. Quicumque aliquis in sumum usum assumit, non vere illa amat, sed usum et magis seipsum. De Perfect. vite spirit., cap. 13.

SENTENTIA PAGANORUM.

67. Rebus, quarum est aliquis usus, et bene uti, et male etiam possumus: is autem optime re quavis utitur, qui eam virtutem habet, quae ad rem illam accommodatur. Lib. 4 Ethic. ad Nicomach., cap. 1.

68. Utere quæsit, sed ne videaris abuti. Lib. 3 distich. metr. 45.

69. Usus magister est optimus. Orat. 39, pro Robario.

Vide etiam tit. Fruit., sent. 37; Liberum arbitrium, sent. 61; Mordus, sent. 85; Superfluitas, sent. 26.

UTILITAS.

SENTENTIA PATRUM.

1. Nihil est utile, nisi quod ad vitam æternam prosit gratiam. Lib. 2 Offic., cap. 9.

2. Nihil iudicandum utile, nisi quod in commune prosit: quomodo enim uni potest prodesse quod inutile sit omnibus? Nihil certe non videtur, qui inutile est omnibus, sibi utilis esse posse. Ibid., lib. 3, cap. 4.

3. Non vincat honestatem utilitas, sed honestas utilitatem. Ibid., cap. 6.

4. Multa bona praestantur invitis, quando eorum consuetudo utilitati, non voluntati. In Eucherid., cap. 72.

5. Non sic quisque debet esse otiosus, ut in eodem otio utilitatem non cogitet proximi: nec sic actuosus, ut contemplationem non requirat Dei. Lib. 19, de Civit. Dei, cap. 19.

6. Magna est utilitas homini, quod Deo servit, iudicando Deum utile facit. Lib. 8, de Generi ad lit., cap. 13.

7. Utiliter vide, utiliter audi, utiliter loquere, utiliter responde. Sermon. 2, Exercitamento.

8. Quotiesmodum splendor locum sponte sequitur, et unguentum fragrans odor: sic etiam probrum actionum utilitas necessario comes est. Apud D. Joan. Damasc., cap. 11.

9. Adhibere sollicitudinem, ubi non est utilitas, est curiositas. Super Ecclesiasten, cap. 8.

10. Utilitas carnalis singulariter pertrai desiderat, quod delectatione avida concupiscit. Super Psalm. XXXIII.

11. Omnia est utilitate, nihil sine ratione. Super Psalm. CXXXII.

12. Qui parere utilitati proximorum praedicatione refugit, de quo si districte iudicetur, ex tantis procedubio rei sunt, quamvis venientes ad publicum prodesse poterunt. Prose.

13. Qua mente is qui proximis profuturus emittet, utilitati eorum secretum proponit sumum: quando ipse summi Patris Unigenitus, ut multis prodesset, de sinu Patris egressus est ad publicum nostrum. Part. 1, Pastor., cap. 5.

14. Nullus vestrorum neglecta utilitate communi, suo haere prospiciat. Lib. 2, in Registro, indict. 11, cap. 68, ejusd. 29.

15. Nulla praevalat utilitas, ex qua formidatur animarum periculum. In Regula monachor., cap. 19.

16. Nil sine causa appeti debet, nec desideria trahit, quod utilitatem non promittit. Lib. 5 Di-dact., cap. 6.

17. Quod utile est saepe dicere, non debet esse pigrum, nec audire molestum. Super Deut., Prologo.

18. Res diligentius, quanto est sollicitus quaesita, servatur, cum ipsius utilitas agnoscerit. Super Joannem, cap. 1.

19. Sicut majus bonum minori bono praepositur, ita communis utilitas speciali utilitati praefertur. Lib. 3, Decret. Const., const. 89.

20. Unusquisque ad communem utilitatem omnia conferre debet quae sua sunt: sive sapientiam, sive principatum, sive quicquid aliud. Homil. 78, super Math. oper. perf.

21. Nulla re alia Deum magis irascitur, quam si proximi commoditatem despicias. Ibid.

22. He perfectae Christianae religionis regula est, hic certissimus terminus, hoc supremum cacumen, quaerere qua communi omnium comprehendant utilitatem. Homil. 25, super 1 Cor.

23. Qui quaerere commodum proximi in utilitate proximi non valet, coronam rebus his propositam nunquam assequetur. Prose.

24. Constat utilitas privata, utilitate proximi. Ibid., homil. 33, in illud: Non quaerit quae sua sunt.

25. Ne quaeras ergo quod tuum est, ut invenias tuum: non qui quod suum est quaerit: non invenit quod suum est.

26. Nemo quaerit quod summa est, sed quod proximi est unusquisque: propria enim utilitas sita est in utilitate proximi, et illius utilitas in ea. Ibid.

CASSIODOR.

GLOSS. ORD.

S. GREGOR.

MAGNUS.

S. HIERON.

REGO & S.

VICTOR.

HEGO CARD.

S. INNOC. III.

S. JOANNES

CURYSOST.

®

27. Bonum virum oportet publica utilitate facia sua omnia metiri. Lib. contra Gentiles.

28. Nullum officium Deo charius est, quam querere utilitatem, et saluti prospicere futurum sanorum. Orat. de B. Philopono.

29. Qui contemptis commodis propriis Domini commoda querit: non sua despiciit, sed maiori committitur. Humil. 19, super II Thm.

30. Habet privata voluptati cuiusvis preferendam esse multorum utilitatem. Lib. 1, de Nativitate Curial., cap. 4.

31. Perendum est, nisi scias que ad vitam sunt utilia, ut appetas: que periculosas, ut fugias et vitas. Lib. 3, de divinis Iust., cap. 5.

32. Publica preferenda sunt propriis, et illi intelligenda est precipua ratio utilitatis, ubi vigilet cura communis. Serm. 3, de festo septuagesime.

33. Plurimorum utilitas, unius utilitati preferenda est. Epist. ad Benign. archiep., hab. in Decret. Gratiani, part. 2, causa 7, quest. 1, can. Scias.

34. Quidquid Deo favente agitur, omnino bonum est ac utile: sicut inutile quidquid, citra opem numinis. De Abraham.

35. Tantum abest ut aliorum commodis aliquid cura propria incommodabile prestemus: ut omnes vel maxime nostris commodis cum aliorum incommodo consultamus. Lib. 3, de Gubern. Dei.

36. Omnes ad effectum atque appetitum utilitatis sue, nature ipsius magisterio atque impulsione docentur: Ideoque et qui militavit sibi commode; et qui negotiantur, id sibi utile: et qui agricola sunt, id sibi fructuosum esse existimant. Lib. 2, ad Eccles. catholicis.

37. Consuetudini utilitatem anteponeat prestabilis est. Epist. 55, ad Marc. Antiochie.

38. Ea, que sunt ad finem accommodata, utilia dicuntur: et ipsa utilitas interdum usus nominatur. 1, 2, quest. 16, art. 3.

SENTENTIE PAGANORUM.

ARISTOTEL.

39. Quætera utilitatem ubique, maxime congruit magnanimitas et ingenium hominibus. Lib. 3 Polit., cap. 3.

CICERO.

40. Nihil est utile, quod non idem honestum: nihil honestum, quod non idem utile sit. Lib. 3, de Offic.

41. In eadem re et utilitas et turpitudine esse non possunt. Ibid.

42. Non nostre nobis utilitates omittende sunt, alitque tradenda, cum his ipsi cœquos: sed sue cuique utilitati (quod sine alterius injuria fiat) servandum est. Ibid.

43. Pervertant homines ea, que sunt funda-

menta vitæ, cum utilitatem ab honestate sejungunt. Provec.

44. Omnes enim expetimus utilitatem, nec facere aliter illo modo possumus: non quis est qui utilia fugiat? aut quis potius est, qui ea non studiosissime prosequitur?

45. Utilitatis notum non tam splendendum, quam necessarium ducimus, unde omnium regula una est: aut illud quod utile esse videtur, ne turpe sit: aut si turpe, ne videatur esse utile. Ibid.

46. Ubi utilitas, ibi etiam est pietas. In suo Enchirid., cap. 33.

47. Id quod utile est, honestum esse: quod autem inutile est, turpe esse perspicuum est. Lib. 5, de Republ.

48. Oportet privatis utilitatibus publicas, mortalibus æternas antefere. Lib. 7, epist. 48, ad Celsianum.

49. Non utilitas quidquam est, quam sibi utilem fieri. Lib. 1, de Benefic., cap. 11.

50. Nihil tam utile est, quod in transitu prosit. Epist. 2.

51. Non potes quisquam bene degere, qui se tantum intinet, qui omnia ad utilitates suas convertit. Alteri vias oportet, si vis tibi vivere. Epist. 48.

Vide etiam tit. Damnum, sent. 6; Exaudire, sent. 424; Inventus, sent. 37; Mucosus, sent. 61; Prædator, sent. 47; Regimes, sent. 58; Republica, sent. 11; Salus animæ, sent. 119; Societas, sent. 90.

UXOR.

Etymologia. Uxor dicitur, quasi amxor: quia antiquitus imungebantur nubentes snavi et odorifera unctioe: unctio designat lenitatem, odor bonam famam uxoris. Part. 3, tit. 1, cap. 1, § 5.

Uxor dicta est, quasi ut soror. Super Psalm. cxxvii, vers. 3: Uxor tua, etc.

Uxores vocantur, quasi unxiore, quia antiquitus moris erat ut nubentes puellæ oleo ungerentur. Lib. 9 Elym., cap. 8.

SENTENTIE PATRUM.

1. Mulier viri dicitur, non servit: regendum se præbeat, non corcedendum. Indigna est conjugio, que digna est jurgio. Lib. 10, epist. 82, ad Verulian. Eccles.

2. Vir uxorem tanquam gubernator dirigat, tanquam consortem vite honores, participet ut coheredi gratia. Ibid.

3. Prima conjugis fides, castitatis gratia est. Lib. 1, de Abraham., cap. 9.

4. Bonitas uxoris multoties virum iniquum efficit bonum. Part. 1, tit. 6, cap. 2, § 2.

5. Debet uxor regi mansuete, corrigi secreta, diligi completo. Provec.

6. Mansuete, non cum tyrannide austeritatis, aut rigore: verbis non verberibus, amore non timore, dulcedine non amaritudine. Part. 3, tit. 14, de Sacramentis, cap. 9, § 1.

7. Ad castitatem uxoris multum facit sobrietas, et cibi parcitas, quibus maxime mulieres debent polle. Part. 4, tit. 2, de Prudentia, cap. 5, § 2.

8. Quærenda est in uxore verocundia: alioquin si mulier verocundiam perdit, efficitur audacissima sine freno. Ibid.

9. Nihil esse sentio quod magis ex arce deiciat animum virilem, quam blandimenta fœmine, corporumque contactus, sine quo uxor haberi non potest. Lib. 1, Soliloq., cap. 10.

10. Coniux, que adulterium animum gerit, etiam timore viri non adulterium perpetrat, tamen quod deest operi, inest voluntati. Provec.

11. Casta vero aliter timet, nam et ipsa timet virum, sed caste: timet illa ne vir infestus adveniat, ista vero ne offensus abscedat.

12. Non amanti enim presentia vicini molesta est, amanti autem absentia. Epist. 120, ad Hæmolar., cap. 21.

13. Cavendum est viro illuc ire vivendo, qua timet ne uxor sequatur imitando. Lib. 2, de Adulterio conjugis, cap. 8.

14. Puritimum est, ut pudicitiam vir ab uxore exigit, quam ipse non exhibet. Ibid.

15. Nullius viri posterioris mulier uxor esse incipit, nisi prioris esse desierit: esse autem desinet prioris, si moriatur vir ejus, non si fornicetur. Ibid., cap. 4.

16. Tu exigis castitatem ab uxore, et non vis reddere hoc uxori: et cum deesses in virtute procedere uxorem, quoniam castitas virtus est, et tu sub uno impetu libidinis cadis, et vis uxorem tuam victricem esse: tu vicus jaces.

17. Si caput est vir, melius debet vivere vir, et procedere in omnibus bonis factis uxorem suam, ut illa imitetur virum, et sequatur caput suum. De decem charis, cap. 3.

18. Vir à femina exigit castitatem: præbe illi exemplum, non verbum. Provec.

19. Tu es caput, qua is, vide: hæc enim debes ire, qua illi non sit periculosum sequi: imo tu ipse qua vis eam sequi, illic debes ambulare.

20. Ab imbecillium sexu exigis fortitudinem: carnis concupiscentiam ambo habetis: qui fortior est viror vincit: et tamen, quod dolendum est, multi viri à feminis vincuntur.

21. Servant femine castitatem, quam viri servare nolunt, et in ea quod non servant, se viros

videri volunt, quasi propterea sit fortior sexus, ut eum facilis subijget inimicus.

22. Ineta est, præciliu est, pugna est: vir fortior femina, vir caput femina: femina pugnax et vincit, vir hosti succumbit? stat corpus, et caput jacet.

23. Quales uxores vultis ad vos venire, tales et vos debent ipsas invenire.

24. Quis juvenis est, qui non castam velit ducere uxorem? et si accepturus est virginem, quis non intactam desideret? intactam queris, intactus esto: puram queris, noli esse impurus.

25. Non enim illa potest, et tu non potes? si fieri non possit, nec illa posset: qua vero illa potest, doccet te qua fieri potest. De verbis Dom., serm. 46.

26. Velis, nolis, illa que præter uxorem tuam tecum dormit, meretrix est. Serm. 8, in Oct. Pasche.

27. Clara mariti et uxoris debet esse conjunctio. Lib. 12, de Civit. Dei, cap. 26.

28. Quamvis Dominus dederit uxorem viro, relinquenda est tamen, si opus est, propter regnum celorum. Contra Adimant., cap. 3.

29. Longe minus peccat quamlibet assiduam uxorem, quam vel rarissimum ad fornicationem. De bono conju., cap. 11.

30. Illicite etiam cum legitima uxore concubitur, ubi prolis conceptio devitatur. Lib. 2, de Adult. conjug., cap. 12.

31. Quis nescit uxorem marito tanquam domino debere servire? Lib. 22, Contra Faust., cap. 30.

32. Qui nescians uxorem duxerit alienam, ex illo fit adulter ex quo didicerit, nisi discusserit. Lib. 2, contra Crescon., cap. 26.

33. Quando tu uli uxore amplius, quam necessitas procreandum liberorum cogit, volueris, jam peccatum est. De decem charis, cap. 11.

34. Qui ducera uxorem optat, in illa castitatem amet, non carnis faciam. Tract. 6, in Epist. Joan.

35. Mulier opum amans, ejusmodi viro con-

juneta, duplex morbus est: nam et delicias accendit, et voluptatum amorem auget. Homil. 7, ad Divites. Et hab. apud D. Joan. Damasc., Lib. 1, Parall., cap. 70.

36. Sicut debilia navigia procelle ac tempestates dispergunt, atque inundant: sic pravi uxorum affectus virorum debiles animas corrumpunt ac pessumdant. Homil. 7, ad Divites.

37. Malam uxorem potius risu, quam lenito castigabis. Epist. de cura et regim. rei familiaris.

38. In eligenda uxore quatuor requiruntur: scilicet pulchritudo, divitiis, genus, et moras. Super Psalm. xlv.

JOAN. SARRES.
LACT. PINK.
S. LEO I.
S. FELICIS PAPA.
S. PAVLO JUD.
S. SALVIANUS.
S. SYNERUS EPISCOPIUS.
S. THOMAS AQUINAS.
SENTENTIE PAGANORUM.
ARISTOTEL.
CICERO.

VICTORIA.
PLATO.
S. AUGUST.
PLINIIUS.
SERENA.
S. AMBROS.
S. BERNEARD.
S. BONAVENT.
S. BERNARD.
S. BONAV.

S. BASILIIUS MAGNUS.
S. BERNARD.
S. BONAV.

39. Triplici causa ducitur uxor : causa prolis, causa adiutorii, causa incontinentiae. *Ibid.*

S. C. S. ANTONIUS
ARELAT.
S. FLEMENS.
PAPA.

GLOSS. INT.

GLOSS. ORD.

S. GREGORIUS
MAG.

S. HIERONIMUS.

40. Qua fronte uxorem integram vis invenire, cum sis ipse corruptus? *Homil. 48.*

41. Uxor est vito: canons et socia, in unum corpus a Deo confilata. *Lib. 6, Const. Hab. in Glossa ord. super Malach., cap. 2.*

42. De meretrice uxor facta, pristinos mores non derelinquit. *Super Oseam, cap. 2.*

43. Ille uxorem habens sed quasi non habet, qui sic studet placere conjugi, ut tamen non displiceat Creatori. *Super illud I Cor. vii: Tanquam non habentes.*

44. Nihil homini melius contingit conjuge casta. *Orat. 9, in Funere patris.*

45. Uxor heres pudicitiae pretium est. *Epist. 9, ad Salomonem.*

46. Maritalis auctoritatis umbra, tutamen uxoris est. *Ibid.*

47. Dirivine magis in uxoribus eligi solent; quam pudicitia: et multi non oculis, sed digitis uxores ducunt. *Lib. 1, ad eum, Jochem.*

48. Uxorem pauperem alere, difficile est: divitem ferre tormentum. *Ibid.*

49. Nulla est uxoris electio, sed qualiscunque obvenierit, habenda: si iracunda, si fatua, si deformis, si superba, si fectida, quodcumque vitii est, post nuptias dicitur. *Prose.*

50. Equus, asinus, bos, carnis, et vilissima mansuetudo, vestes quoque et lobetes, scilicet lignum, calli et ureolae fidelis probantur prius, et sic emittuntur; sola uxor non ostenditur, ne ante displiceat, quam ducatur. *Ibid.*

51. Quid prodest diligens custodia, cum uxor serrari impudica non possit, pudica non debeat? Infida enim custos est castitatis necessitas: et illa vero pudica dicenda est, cui licuit peccare, si voluisset. *Prose.*

52. Pulchra cito adamatur, foeda facile concipiscit: difficile custoditur quod plures amant: molestum est possidere, quod nemo habere dignetur.

53. Minore tamen miseria deformis habetur, quam formosa serratur.

54. Nihil tutum est, in quod totius poli vota suspicant: alius forma, alius ingenio, alius facie, alius liberalitate sollicitat; aliquo modo, vel aliquando expugnatur, quod undique inest. *Ibid.*

55. Bona et suavis uxor, rara avis est. *Ibid.*

56. Nihil est foedius quam uxorem amare suam, quasi adulteram. *Ibid.*

57. In aliena uxore omnis amor turpis est, in sua nimius. *Ibid.*

58. Sapiens vir debet amare conjugem *etiam*, non officere. *Ibid.*

59. Miser est, qui uxorem bonam perdit: miserior, qui malam possidet: satis felicitior est, qui utrumque illud non novit. *Epist. 24, ad Quemdam Mitem.*

60. Uxoris timere est, et cum timore virum diligere; viri tantum diligere, quia dilectio perfectorum est. *Lib. 2, super Michaeam, cap. vii, super illud I Cor. ii: Uxor timet virum, etc.*

61. Quid pulchritudinem uxorum queritis, quae meretricibus apta est, non uxoris? *Super Malach., cap. ii, super illud: Et uxor desiderii tui.*

62. Viri quales uxores cupiunt invenire, tales exhibent se uxoris. *Super epist. ad Ephes., cap. 5, in illud: Viri debent diligere uxores suas.*

63. Non est uxor ducenda sapienti: primum enim studia philosophiae impedit, nec potest quicquam libris et uxori pariter inservire. *Lib. 1, de Nuptiis carnalibus, cap. 1.*

64. Attendenda est semper a viro uxoris facies, et pulchritudo laudanda: ne si alteram inasperit, se existimet displicere. *Prose.*

65. Si totam et domum regendam commiseris servandam est: sin aliquid tuo arbitrio reservaveris, lidem sibi haberi non putabit, et in odium vertitur et jurgia, et nisi cito consuleris, forte parabit venena anus. *Ibid.*

66. Uxor, quae bona sit et mavis, rara aut nulla est. *Ibid.*

67. Liberorum causa uxorem ducere, ne nomen nostrum interest, vel ut habeamus senectutis praesidia, et ut certis utamur hereditibus, stolidissimum est. *Ibid.*

68. Si quis uxoris non est expertus incommenda, experto credat. *Ibid.*

69. Cicero rogatus ab Hirtio, ut post repudium Terentiae, sororem ejus duceret, non acquiescit, dicens, non se posse et uxori et Philosophiae pariter operam dare. *Ibid.*

70. Prostan putat aliquis concordiae providere, si pauperem ducat uxorem: Marcus Cato censorius habuit uxorem Paulam humiliter loco natam, vinolentam, impotentem, et Catoni superbam. *Ibid.*

71. Non acquiescit mulier superba viro sapienti, nec potentem veretur irata. *Ibid.*

72. In aliena uxore, omnis amor turpis, in sua nimius. *Ibid.*

73. Divites in uxoribus magis eligi solent, quam pudicitia: et multi non oculis, sed digitis uxores ducunt. *Ibid.*

74. Ducuntur plerumque uxores, non causa

formationis vitandae, sed causa luxuriae explendae: nec causa prolis, sed causa pecuniae. *Ibid., etc.*

75. Optima est uxor, quam non avaritia conciliat, nec luxuria copulat. *Ibid.*

SUGGARD.

S. INNOCENTII

S. HIERONIMUS
CRISTOST.

76. Bona uxor dicitur illa mulier, quae est sapiens, sedula, casta, tacita, foecunda, humilis, viro consentiens. *Super Psalm. cxxvii.*

77. Uxor sola vult diligi, et landari alterius amorem, suum suspiciatur dedecus. *Prose.*

78. Amandum est omne, quod diligit: odiendum est omne, quod odit.

79. Vincere vult, sed vinci non valet: famulari non patitur, sed dominari molitur.

80. Cuncta vult posse, nulla non nosse: si pulchra fuerit facile adamatur: si foeda, non facile concipiscitur. *Lib. 1, de Contemptu mundi, cap. 16.*

81. Quando et pax, et viniculum dilectionis cum muliere et viro fuerit, omnia simul affluunt bona, et nullis insidiis expositi, sed magno et inexcipibili quodam muro circumdati sunt. *Homil. 38, super Gen.*

82. Apud pauperes uxor et ancilla et ministra est, et procreat filios, et ipsa mater, et nutrix est: apud divites autem non est ita, sed cum generaveris filium, statim eum trahis foris: crucescit fieri nutrix, quae facta est mater. *Homil. 1 Psalm. l.*

83. Viro casto qualiscunque uxor bona videtur: quia perfecta charitas vitia non sentit. *Homil. 32, super Math. oper. imperf.*

84. Patronus turpitudinis ejus est, qui crimen celat uxoris. *Ibid.*

85. Non potest Deo esse fidelis, qui uxori suae perfidus est. *Ibid.*

86. Uxor neminem debet sapienterem reputare, quam virum suum: etsi sit alter sapientior, tamen illa sapienterem esse alterum intelligere non debet. *Prose.*

87. Uxor neminem fortiozem debet putare, quam virum suum: etsi alter fortior sit, tamen illa intelligere non debet alterum fortiozem.

88. Uxor neminem formosiozem, debet credere, quam virum suum: etsi sit alter formosior, tamen eorum oculis ejus, alter formosior non debet apparere. *Ibid., homil. 42.*

89. Uxor non facile decipitur, habens consiliatorem virum: deinde nec facile de facultatibus aliquid aliis dat, cum sit in potestate viro. *Ibid., homil. 44.*

90. Domum, si ritiosa sit, licet denego vendere: uxorem vero semel acceptam, non item fas est eis, a quibus accepceris, reddere: sed necesse est in perpetuum eam domi habere nisi malis ea

ejecta reus fieri aduberis. *Homil. 22, ex dicitur. in Math.*

91. Habet voluptatem quamdam admonitio uxoria, cum plurimum amet illum, cui consultat. *Homil. 60, super Joan.*

92. Uxor serva et domina est viro. *Homil. 18, super I Cor.*

93. Cum vir et uxor domi dissentiant, nihil melius navi tempestate iactata, cum gubernator adversus praece directorum dissentit. *Ibid.*

94. Vincit uxoris puritas viri immunditiam: et fidelis viri puritas, infidelis uxoris immunditiam superat.

95. Nullus magister ita persuadere potest, quam modum uxoris. *Ibid.*

96. Quamvis viri subdita sit mulier, tamen ut uxor, ut libera, et pari in honore est habenda. *Ibid., homil. 26.*

97. Si alienus qui dextram maxillam percunt etiam sinistram praebere oportet, longe magis asperior uxori viri ferendus est. *Ibid.*

98. Ultima ignominia est, non uxoria quae verberatur, sed viri qui verberat. *Ibid.*

99. Si invicem omnia ferenda sunt, multo magis uxoris. Si pauper sit, non exprobrato: si stultus, non ei insultare, sed esto modestior: etenim tuum membrum est, et caro una facti estis. *Prose.*

100. Sed ebria est et iracunda: igitur dolendum est, non irascendum: ipsa admonenda est, et consilio adjuvanda, et omni constanti amittendum, ut illis liberetur affectibus. *Ibid.*

101. Fertur quendam Philosophum (cum malum haberet uxorem, pravam, temulentam, et interrogaretur quare ejus mores toleraret) respondisse, ut gymnasium et palaestram Philosophum domi habeat. *Ibid.*

102. Vir si diligit, uxor quoque ex eo reddetur amica: uxor si subdita sit, reddetur vir mansuetus. *Homil. 10 super Epist. ad Coloss.*

103. Ne dominari temere, quia uxor subjecta est: neque tu mulier inferas, quia a viro diligaris. Nec amor viri uxorem extollat, nec subjectio uxoris virum inflat. *Ibid.*

104. Praecipuum domesticae pacis, ac honorum omnium fundamentum illud est, si uxor viro per omnia consentiens sit. *Homil. 4, super Epist. ad Tit.*

105. Uxor, quae domus curam habet, pudica sit necesse est. *Ibid.*

106. Contumeliam facit uxor? Ne sit uxor tibi: est enim muliere, contumeliam facere, moribus est annua, defectus est. *Homil. 62, ad Popul. Avstiac.*

107. Uxor pulchra, suspitionis plena res est, et invidiarum. *Prose.*

108. Uxor deformis, res est fastidiosa. *Ibid.*, homil. 67.

109. Uxori junctus, uxore nihil et sollicitudine pejus asserat: uxore carere, nihil liberalius quam uxorem non haberi testatur. *Ibid.*

110. Viri est, ut diligenti operi, male contentam uxorem repellat. Homil. 17, super *Gen.*

111. Ex causa fornicationis licenter diverit conjux a conjuge; et plerumque peiorum est infidelitas, qui crimine oclat uxoris. Lib. 6, de *Navigis curia*, cap. 26.

112. Melius est uxorem dicere, quam per libidinis ardorem perire. Lib. 2, de *Summo bono*, cap. 40, sent. 12.

113. Tres ob causas ducitur uxor: prima est causa prolis, secunda causa adjutori, tertia causa innocentis. Lib. 9, *Hymol.*, cap. 8.

114. Miser est, qui uxorem bonam perdit; miserior, qui malam possidet: sed satis felicior est, qui utrumque non novit. *Epist. ad Quintam Militem.*

115. Ubi uxor rectas iudicat, dignum est, ut ei vir auctoritatis sua legibus non obsistat. Lib. 7, *Epist. 18, ad Gallum, comites.*

116. Nam multum uxor abest a vilitate servarum, ubi poterit familias ancillarum maritus est. Lib. 7, de *Gubern. Dei.*

117. Uxor nulla deformis est merito suo, satis placent eum electa est, seu moribus, seu fortuna commendata. *De cultu faminarum*, cap. 4.

118. Mulier non est formata de pedibus viri, tanquam ancilla: nec de capite, tanquam domina; sed de latere tanquam socia. Super *I Cor.*, cap. vii, text. 1.

119. O uxor infelix es, si necis quid agatur in domo: infelicior certe, si scieris. *Serm. de Continent.*

120. Non potest uxor timere maritum, quam non timet Christum. *Ibid.*, serm. 2, de *Avrit.*

SENTENTIE PAGANORUM.

121. Existimare debet uxor bene composita, mores viri esse legem sine velle impositam sibi a Deo, per conjunctionem matrimonii, atque consortii: quos siquidem aequo ferat animo, perfecta regni domini, sin contra, difficilis. *Prose.*

122. Quapropter decet non solum in prosperis rebus, secundaque fortuna, unanimum se viri prestare, et inservire velle: verum etiam in adversis.

123. Si sit in rebus defectus vel corporis negotio, vel alienato mentis, equo ferat animo, et obsequatur, nisi forte turpe aliquid sit, vel indignum. Lib. 2, *Economic.*, cap. 1.

124. Uxor viro jubenti aliquid turpe, parere non debet. *Ibid.*

125. Maximus honor est sobrie uxori, si ceruat virum suum observantem sibi castitatem, nec de ulla muliere magis cogitantem, sed prae ceteris omnibus haec suam et fidem existimantem. *Ibid.*, cap. 2.

126. Tanto magis studebit uxor se castam et fidam prestare, quanto se cognoverit fideliter atque juste a viro diligi. *Ibid.*

127. Nihil magis suum est uxori, nec magis illi viro praestandum, quam sancta et intemerata societas. *Ibid.*

127 bis. Appropinquandum vero est uxori cum magna temperantia, atque modestia: atque in verbis, in operibus vero fide atque honestas, conversatione fides et moderatio. *Ibid.*

128. Virum et uxorem in his, quae improba et impudica sunt, sibi invicem consentire nequam debere, manifeste praecipit Poeta: in his vero quae quam maxime fieri poterat, pudica sunt et iusti concorditer sibi invicem inservire. *Ibid.*, cap. 4.

129. Vir uxoris parentibus, non minus, quam propriis silveneri debet, uxorem autem viri. *Ibid.*

130. Consentaneum est uxorem rem familiarum recte administrare, ut domesticae res conservet, et obtemperet viro. *De Virtute.*

131. Insolens malum est beatiorum (id est divites) cum immensum pondus auri attulerit, cum pecunia aegre oneraverit, quid aliud quam ut illi servianus, desiderat? Lib. 4 *Contronera*, 9.

132. Omnes uxores divites, servitutum exigunt: volunt enim in suis regnare divitiis. *Ibid.*

133. Nemo uxorem duxit, nisi qui abduxit. Lib. 4, de *Benefic.*, cap. 9.

134. Quid jucundius, quam uxori tam carum esse, ut propter hoc (id est corior flus?) *Epist.* 401.

135. Non multum uxor abest a contemptu viri, qui se nimis suscipit. *De Remediis fortuitior.*

136. Uxor adventum hominum est. *Ibid.*

137. Adulter est in suam uxorem, omnis impudens amator ardentior. *Sent.* 222.

138. Reverentiam habens uxori, habebit eam reverentiam. *Ibid.*, sent. 226.

Vide etiam tit. *Conjugium*, sent. 109, 110, 113, 114; *Facies*, sent. 43; *Meretricium*, sent. 56; *Mulier*, sent. 73, 88; *Plethora*, sent. 83; *Pulchritudo*, sent. 103.

VACARE DEO.

SENTENTIE PATRUM.

1. Vacare Deo, non otium, scilicet malum, sed negotium negotiorum. Part. 2, tit. 9, de *Acedis*, cap. 14, § 1.

PLATO.

SENECA.

S. CRISTIANUS.

S. AUGUSTINUS.

S. BERNARDUS.

S. CYPRIANUS.

S. CYRILLUS.

S. GREGORIUS.

S. IERONIMUS.

S. LAURENTIUS.

S. MARTINUS.

S. PAVLUS.

S. PETERUS.

S. ROMANUS.

S. VICTOR.

2. Summa hominis perfectio in hoc consistit, quod mens hominis Deo vacet. Part. 4, tit. 12, cap. 2.

3. Homo a sollicitudinibus liberatus, liberius divinis et spiritualibus vacat. *Ibid.*, cap. 3.

4. Qui Deo se committit, diabolum non timet. *De verb. Dom.*, serm. 28.

5. Perde aliquid, ut Deo vaces, non libius perde. *De verbis Apostoli*, serm. 24.

6. Felices plane, qui soli Deo vacant intelligendo, diligendo, fruendo. *Serm.* 6, de *Ascens.*

7. Absit, abit ut qui Deo vacat, ad tumultuosam aspiret fratrum officium vitam. *Serm.* 3 *Assumpt.* B. M.

8. Otiosum non est vacare Deo, imo negotium negotiorum omnium hoc est. *De vita solit.*

9. Non sint ita nimie occupationes, ut nos Deo vacare non sinant. Homil. 10.

10. Ad terrenas et saeculares actus vacare non possunt, qui Deo sibi vacent. *Epist.* 66, ad *Clericum et plebem Euranorum.*

11. Beati sunt religiosi, si tanto sincerius, stabilius, fructuosius vacant Deo, quanto prae ceteris se corporaliter elongaverunt a saeculo. *De Hymno S. Iovis. Epist.*

12. Qui vacare Deo negligit, suo sibi iudicio humen opus visuosus thesaurit. Lib. 6 *Moral.*, cap. 8. Super illud *Psalm.* xiv: *Vacate et videte, etc.*

13. Prælati vacare Deo appetant ex gratia dilectionis. *Ibid.*, lib. 18, cap. 25, num. 29.

14. Christianus homo sui potestatem non habet, sed Deo vnaet. *Epist.* 41, ad *Polycarp.*

15. Quanto liberior intus fueris ab impedimentis rerum transentium, tanto facilis tibi, felicisque Deo vacare poteris. In *Canon. vite spirit.*, cap. 13.

16. Vir spiritualis non se putet tempus inutiliter tradere, quando intus Deo vacans, fors nihil agit. In *brevis Regula tyroni*, verbo *Mores.*

17. Impossibile est, ut mens Deo vacet, si virtutes has tres: dilectionem, continentiam, et orationem non possidet. *De Incarnat. Verbi.*

18. Cum ab his inferioribus animus vacat, circa Deum occupatur. *Epist.* 103, ad *Pythagorem.*

19. In divinum exercitium vacare, hoc perfectiorum est. Opusc. 9, de *Decem precept.*, praenep. 3, verbo *Memento.*

20. Impeditur animus hominis ne libere possit Deo vacare, non solum ex amore exteriorum rerum, sed multo magis ex interiorum passionum impulsu. *De Perfect. vite spirit.*, cap. 8.

21. Beati, qui Deo vacare gestunt, et ab omni impedimento saeculi se exculant. Lib. 3, de *Init. Christ.*, cap. 1, sect. 4.

22. Dei vacationem omnibus exterioribus ante-

pone: non enim poteris Deo vacare, et in transitu pariter delectari. *Ibid.*, cap. 63.

23. Ubiqueque fuerit bonus homo occupatus cum Deo orando, meditando, studiando, scribendo: ibi adsunt Angeli sancti congratulando, adsunt et demones ipsam turbando et distrabendo. In *Hor. tuto Roser*, cap. 14.

SENTENTIE PAGANORUM.

24. Sine Deo non poteris vivere Deo. *Sent.* 255. Vide etiam tit. *Lacer.*, sent. 20; *Paulinus*, sent. 51; *Religiosis*, sent. 81.

VACARE SIBI.

SENTENTIE PATRUM.

1. Mihi eum vacare non credam, qui sibi non vacet. Lib. 2, *Offic.*, cap. 12.

2. Vellem ut mihi aliud agerem, quam reddere me mihi, cui me maximo debeo. *De quant. animae*, cap. 29.

3. Multi vacant exterius in lenochis, sed tumultuantur in conscientiis suis. Super *Psalm.* xcii.

4. Is, qui aliis praesent in solitudine, vix unquam vel raro secure vacat sibi. *Serm.* 53, super *Cont.*

5. Tibi vaca, multa tu ipse tibi sollicitudinis materia es. *De Vita solit.*

PLATO 35. Liberum sit commercium, quod in vendendo versatur. *Lib. 2, de Republ.*

36. Qui in foro aliquid vendit, non rerum quas vendit pretia addicat, sed ipso pretio simpliciter indicato, minime pretium auguat: nec qui vendit, merces suas nimium laudet, nec tanti sibi eas constituisse iurjurando confirmet. *Lib. 2, de Legib.*

PLINIUS II 37. Mala emptio semper ingrata est, eo magis quod exprobrare stultitiam domino videtur. *Lib. 4, epist. 24, ad Helvium Hupen.*

38. Emas non quod opus est, sed quod necesse est: quod non opus est, asse carum est. *Epist. 94.*

39. Quarimus, non quale sit quid, sed quanti. *Epist. 15.*

Vide etiam tit. *Judas, sent. 10; Negotio, sent. 26; Simonia, sent. 23; Tertii, sent. 11, 12.*

VENENUM.

CASSIODORUS *Etymologia.* Venenum dictum est, eo quod per venas serpat. Super *Psalm. xiii, vers. 5: Venenum aspidum, etc.*

S. HEDONIS HIPALENSIS Venenum dictum est, eo quod per venas vadit: in-fusa enim pestis ejus per venas vegetatione aucta discurrit, et animam eximit. Unde non potest venenum nocere, nisi hominis teligenti sanguinem. *Lib. 12 Etymol., cap. 11.*

S. BONAV. *Comparatio.* Sicut virus serpenti vitam conservat, sic homini mortem propinat. *Tit. 2 Diata, cap. 1.*

SENTENTIE PATRUM.

S. ANTONINUS 1. Fratres fugiendum est virus, quod de remediis creat morbos, conficit de medicis languorem. *Part. 2, tit. 4, cap. 7, § 4.*

S. AUGUSTINUS 2. Libidinosus crudelitas vel libido crudelis est, ubi propter luxuriam sterilitatis venena procurantur. *Lib. 1, de Nuptiis, cap. 15.*

3. In hoc venenum imitari debemus serpentis, quia venenum deponit, sed non quia iterum venenum resumit. *Serm. 4, ad Frat. in exerto.*

4. Venenum commixtum dulcedini facilliter sumitur, et qui recipit moritur. *Ibid., serm. 31.*

5. Sai immoderatus acceptus, venenum est. *De Morib. Manich., cap. 8.*

6. Si scorpionem venenum malum esset, prius scorpionem perimeret. *Ibid.*

7. Venena que per inconvenientiam perniciosa sunt, convenienter adhibita, in salubria medicamenta vertuntur. *Lib. 14, de Civit. Dei, cap. 22.*

8. Possunt dolores curari doloribus, et veneni venena depelli. *De Nat. et grat., cap. 28.*

9. Qui dant venenum, addunt mellis aliquantum, ut per id quod dulce est, lateat quod amarum est, et bibatur ad perniciem. *Tract. 7, Super Joan.*

10. Qui blanduntur, ocellis inmittunt venenum. Super illud *Apocal. ix: Similes serpentibus.*

11. Venenum mors quidem est homini, sed tamen vita serpenti. *Lib. 3 Moral., cap. 7, super illud Job ii: Si bona accipimus, etc.*

12. Non est venenum, quod superet venenum aspidis, et basilisci. *Centur. 2, sent. 94.*

13. Coluber ad libandum veniens, nisi aqua venenum deponit: ne eum venenum aqua concretum occidat. *Epist. 19, ad Praxidam, de Cere Paschal.*

14. Venenum inficit, corrumpit, et perimit. *Lib. 4, de Propriet. rerum, cap. 49.*

15. Lethalis est venenum peccati, quam venenum serpentis. Super *Psalm. cxvii, vers. 3.*

16. Consuetudo naturam immutat, usque adeo ut venenum chiresse possit. *Tract., de Abstinent. Carnum, verbo Tertium.*

17. Omne venenum frigidum est, idecirco anima, que ignea est, fugit venenum, quia frigidum. *Prose.*

18. Serpentum vero quot genera, tot venena: quot species, tot perniciosa: quot colores, tot habentur et dolores. *Lib. 3, super Genes., cap. 20.*

19. Non solum in sevis invenitur draconibus regnare noxium virus: sed etiam in originis apam venena latere corporibus. *Homil. 6, de Ovisis verbis.*

SENTENTIE PAGANORUM.

20. Quicunque ad alterius incommodum veneficium nititur, non tantum ad hominum perniciem, sed et ad pecorum, aut aliorum injuriam modum calamitatem, sive illa sit lethalis, sive non, capite puniatur. *Lib. 11, de Legibus.*

Vide etiam tit. *Medicina, sent. 87, 93; Vinum, sent. 4, 5.*

VENIA.

COLLECTOR *Etymologia.* Venia inde dicitur, quod optanti evadit.

HUGO A S. VICTORE *Definitio.* Indulgentia, seu venia est remissio reus alium ex sui consideratione descendens. *De fract. carnis et spirit., cap. 18.*

SENeca *Venia est pœne meritis remissio.* *Lib. de Clementia, ad Neronem, cap. 6.*

Venia est pœne meritis remissio. *Ibid., cap. 7.*

SENTENTIE PATRUM.

S. AMBROSIIUS 1. Quia bonus est Deus, sparare potes tuorum peccatorum indulgentiam: non vult enim vindicare, qui est paratus ignoscere. *De fuga sæculi, cap. 3.*

2. Agnoscat se esse hominem, qui novit ignoscere: et vias Christi sequatur. *De obitu Theodosii Imper.*

3. Solet citius mereri indulgentiam, qui verocundius deprecatur. *Serm. 46, de Penit. Petri Apostoli.*

4. Si dimiseris, bene convenit ut dimittat tibi, si non dimittis, quomodo frum cononis ut dimittatur tibi? *Lib. 5, de Sacram., cap. 4.*

5. Facilitas venie incertum tribuit delinquenti: cum enim uni sacerdos indulget indigno, plurimos facit ad prolapsionis contagium provocari. Super *Psalm. cxviii, serm. 8, vers. 2.*

6. Pulcherrimum affectande conversionis exemplum, quod tam cito latroni venia relaxatur: et uberior est gratia, quam peccatio: semper enim plus tribuit, quam rogatur. *Lib. 10, super Luc., cap. 33.*

S. ANASTASIUS PATRIARCHA 7. Si non dimittis injuriam, que tibi facta est, non orationem pro te facis, sed maledictionem super te inducis: sic enim dicis: Sic mihi dimitte, sicut et ego dimisi. Habetur apud Bedam, *In Scintillis, cap. 5.*

S. ANSELMIUS 8. Non est differenda acquisitio venie, ne distinatur recessus difficiliorum reditum operatur. *De mensuratione crucis, verbo Subtilitatis.*

S. AUGUSTINUS 9. Malis parce viri bono: quanto melior, tanto casu mitior, quanto fit celsior potestate, tanto humilior fiat pietate. *Epist. 64, ad Macchianum.*

10. Omnia peccata videntur venabiliora, cum is qui reus est, correctionem promittit. *Ibid.*

11. Peccatis proximi facile ignoscit, qui sibi novit ignosci. *De fide et symbolo, cap. 10.*

12. Ea elemosyna nihil est majus, qua ex corde dimittimus quod in nos quisque peccavit. *In Eucharistia, cap. 73.*

13. Tardus Deo videtur peccator veniam dare, quam ipsi peccatori accipere. *Prose.*

14. Sic Deus festinat absolvere reum a tormen-

to conscientie suæ, quasi plus cum cruciatu compassio miseri, quam ipsum miserum compassio sui. *De Spiritu et anima, cap. 6.*

15. Non est innocens parcendo sinere, ut in malum gravius incidatur. *Lib. 19, de Civit. Dei, cap. 16.*

16. Quando parco, cantas et laudas: quando castigo, murmuras: quasi quando parco sim Deus fons, et quando castigo non sim Deus tuis. Super *Psalm. xlii, vers. 18.*

17. Tanto major laus est ignoscentis, quanto major exaggeratio est peccata contentis. Super *Psalm. cxv, vers. 6.*

18. Si peccator peccatum suum cognoscit, illi Deus et ignoscit. Super *Psalm. xxxi, enarrat. 2, vers. 5.*

19. Iterum venia est quod dicit Dominus, et vere ita se res habet, ut si frater peccaverit septuagies septies, ignoscat: si autem peccaverit septuagies octies, jam liceat tibi non ignoscere? *Prose.*

20. Audeo dicere, ut etsi septuagies octies peccaverit ignoscat: et si centies peccaverit, ignosce: et quid dicam toties et toties? omnino quoties peccaverit, ignosce.

21. Si septuagies septies peccata tibi Christus donavit, si hinc usque ignorat, et ultra negavit: pone et tu limitem, et ulterius noli ignoscere.

22. Si autem Christus mille peccata peccatorum invenit, et tamen omnia donavit, noli tu subducere misericordiam.

23. Non enim sine causa Dominus septuagies septies dixit: cum omnino nulla culpa sit, quam non debeas ignoscere. *De Verbis Domini, serm. 45.*

24. Dicit Dominus, Dimitte, et dimittetur tibi: sed ego prior dimisi, dimitte vel postea. Nam si non dimiseris, revocabo te; et quidquid tibi dimiseram, replicabo tibi. *Ibid.*

25. Ne dicas in lingua, ignosce, et corde differas, novit Deus ubi dicas: vocem tuam homo audivit, conscientiam tuam Deus conspexit. *Prose.*

26. Mellis est enim cum clamus ore et dimittis in corde: quam blandus ore, crudelis in corde. *Ibid.*

27. Multi non erubescunt peccare, et non erubescunt veniam rogare: non erubescunt de inquietate, et erubescunt de humilitate. *Homil. 40, ex Quinquaginta Homil.*

28. Blanda allocutio, venie est postulatio. *Ibid.*

29. Volo concordare, sed ille, me lesi, illo in me peccavi, et non vult veniam postulare: quid ergo disturus sum? vado ad illum, et tu pete veniam. *Ibid.*

30. Ipse se seducit, et de morte sua iudat, qui

noc cogitat : potest mihi extremi temporis indulgentia subvenire. Serm. 1, fer. 3, post Dominicam Palmam.

31. Si resistis veniam roganti, contemneris et tu cum rogatoris : clausisti contra pulsatum, clausuram inuenis cum pulsaveris. Prose.

32. Nam si aperderis viscera indulgentia roganti te, aperiet et tibi Deus, cum rogaveris eum. Serm. 2, Don. Rogat.

33. Qua fronte, quo affectu, qua devotione a Deo potes veniam postulare, si fratrem dum odis, petis quod tibi dimittat, sicut et tu debita dimittis? Prose.

34. Crede ergo mihi, quod tantum tibi dimittet, quantum et tu dimittis alteri. Serm. 9, ad Fratres in eremo.

35. Promisit Deus veniam poscenti, sed non promisit usque in crastinum differenti. Ibid., serm. 30.

36. Sibi non parenti, Deus parcat. Epist. 53.

37. Credendum omnino, nullo modo nobis ignosci ea que peccamus, si nos inexorabiles ad ignoscenda peccata fuerimus. De fide et simbolo, cap. 10.

38. Cum ignosci ei qui peccat in te, inde dimittis, sed nihil amittis, imo vero abundantius irrogaberis. Homil. 27, ex quinquag. Homil., cap. 2.

39. Timendum est ne plura putrescant, dum pluribus parcat. Epist. 89, questione 3.

40. Vide ne dum spe venia peccatorum agmen colligis, peccatum quidem cumulas, veniam autem minime consequaris. Apud Divum Joannem Damasc. Lib. 1 Parall., cap. 22.

41. Facilis venia hule est danda, qui non peccat ex industria. In suis Proo., verbo Facile.

42. Sic alius ignosce, ut tu tibi peccanti illos ignoscere cupis. Ibid., verbo Sic.

43. Ex quo minor reputatur culpa, eo minuitur et gloria indultoris. Prose.

44. Magnitudine indulgentie, magnitudinem ultionis attende. Serm. 1, Epiphon.

45. Veniam sibi adjudicat, qui munus largitoris attenuat. Serm. 16, super Cant.

46. Apud Deum iudicem ipsa cognitio culpe; imperatio est venie. Lib. Motu., cap. 11.

47. Magna gloria est, si cui nocere potuisti, parcas : et mobile vindicte genus est, ignoscere victo. De inter. domo, cap. 23.

48. Tunc opus est prelatu, ut eo minus tibi parcendum patet, quo magis omnes offenderit, si uni parceret. De Duodecim gradibus humilitatis, gradu 9.

49. Si pauperi portigis elemosinam, et in te peccanti non tribuis veniam, nihil tibi prodest. Homil. 21.

50. Dei est iustitia, parere supplicanti. Super Psalm. lxx, vers. 1.

51. Sine humilitate, alicui veniam sperare non licet; nec tibi est taciturnitas confessionis, venia est speranda criminis. In Decretis, parte 2, de Penit., dist. 1, can. Quis aliquando.

52. Qui sibi nunc in culpa parcat, ei postmodum in poena non parcat. Lib. 11 Moral., cap. 17.

53. Sepe pietas per inordinatam misericordiam errare solet, si forte pepererit qua parcenda non sunt. Homil. 19, super Ezech.

54. Inordinata pietas, cum temporaliter parcat, ad eternam supplicium pertrahit. Ibid.

55. Non sit exactor vindicte, qui petitur est venia. In Regula monache., cap. de Patientia.

56. Confidentiam habe, et veniam consequeris. Super Gen., cap. 4.

57. Qua venia dignus erit, qui alterius poena emendatior non est? Homil. 20, super Gen.

58. Non exactor est vindicte, qui petitur est venia. Homil. 38, super Matth. Oper. imperf.

59. Si non vis alius parere, parce tibi. Epistola ad studentes Collegii Navarra, part. 4.

60. Nihil movet ad veniam; nisi cum nocenti nudam detegit culpam. Lib. 2, de Nugis etriol., cap. 27.

60 bis. Nullus desperare debet veniam, etiam si circa finem vite ad penitentiam convertatur. Lib. 2, de Summo bono, cap. 14, sent. 6.

61. Supplicii oranti veniam deprecare : petenti quoque tibi veniam, libenter indulgo. Lib. 2, de Synonymis, cap. 7.

62. Fit perquam sepe, ut venia careant, qui gratiam sibi neglexerunt oblatam. Lib. 1, de Spirit. interit., cap. 4.

63. Que est vanitas, uni parere, et omnes in discipulis adducere? Invenitur enim omnes uno peccante. Quae. 67, dissertat. 2, cap. 2.

64. Ignosci aliquatenus ignorantia potest, contempnitas vero veniam non meretur. Lib. 6, de Gubern. Dei.

65. Felicitas multo est, et laudabilis suis aliquem etiam immérito ignoscere, quam in suos etiam merito vindicare. Epist. 4, ad Parentes.

SENTENTIE PAGANORUM.

66. Ignosceas alius multa, nihil tibi. In dictis Senecae, et Aelianis, dict. 2.

67. Bonis nocet quisquis pepererit malis. In suis Sent., sent. 63.

68. Parcedendum est, ubi enim parcat, cum videtur alteri parere. Lib. 1, de Clement., cap. 5.

69. Parcat sapiens, consulit, corrigi. Ibid., lib. 2, cap. 7.

CASSIODOR.

GRATIANDUS.

S. GREGORIUS.

MAGNUS.

S. HIERONYMUS.

HUGOCARDUS.

S. JOHANNES CHRYSOSTOMUS.

JOHANNES CHRYSOSTOMUS.

JOHANNES CHRYSOSTOMUS.

JOHANNES CHRYSOSTOMUS.

S. ISIDORUS HISPALITENSIS.

S. LACTANTIUS.

JUSTINUS.

S. VINCENTIUS.

FERREUS.

S. BONAVENTURA.

S. PETERUS DAMIANUS.

SALVIANUS.

CLAUDIUS.

LIPIUS.

MINIUS.

PERIUS.

RENEUS.

70. Qui ignoscit fatetur aliquid se, quod fieri debuit, omisisse. Ibid.

71. Ignosci amat, qui quod odit ostendit. De Moribus.

72. Alteri semper ignoscito, tibiipsum nunquam. Ibid.

73. Bonis nocet, qui malis parcat. Ibid.

74. Tam omnibus ignoscere, quam nulli, crudelitas est. In suis Proverb., in fine poeisis.

Vide etiam tit. Culpa, sent. 79; Desperatio, sent. 16, 17; Detractio, sent. 81; Ecclesia, sent. 28, 29; Eleemosyna, sent. 18; Judicium in genere, sent. 26; Lascio, sent. 35; Meditatio, sent. 64; Misericordia Dei, sent. 50; Occisio, sent. 19; Passio Christi, sent. 26; Peccatorum remissio, per Iohannem; Placare Deum, sent. 15; Punitio, sent. 5, 6, 32; Recidivatio, sent. 9, 11; Reus, sent. 9; Vindicta in genere, sent. 27, 28.

VERBUM IN GENERE.

S. ANASTAS. Etymologia. Verbum, quod lingua profertur, dicitur à λέγω à dicendo. In libro via duci, cap. 2, de Verbo.

S. ANTONIN. Verbum dicitur, quasi verum bonum, id est, manifestans. Parte 4, tit. 5, de Justitia, cap. 15, § 1.

S. ISIDORUS HISPAL. Verbum dicitur, eo quod verberato aere, sonet. Lib. 1, Etymolog., cap. 8.

S. ANASTAS. Definitio. Verbum vocale est mentis et cogitationis nuntius. In libro via duci, cap. 2, de Verbo.

S. AUGUST. Verbum est inlucosusque rei signum quod ab audiente possit intelligi, a loquente prolatum. De Principe, dialect., cap. 5.

Verbum est quiddam corde concipitur. Annot. in Job, cap. 30.

S. VINCENT. Verbum proprie, est conceptus mentis. Serm. 5, Ferrar., Dominice 8 post Trinitatem.

S. BONAV. Comparatio. Sicut inauris ornat aurem, et margarita in corona ornat faciem : sic verbum bonum ornat sapientem. Serm. 2, Hecan.

SENTENTIE PATRUM.

S. AMBROS. 1. Adulterinus sermo juvenule, nodus adolescentium est : verba adolescentis, vincula sunt amoris. Lib. 1, de Penit., cap. 13.

S. ANTONIN. 2. Tanta est humana fragilitas, ut ad sibillum minus verbi dejiciatur. Parte 4, tit. 5, de Justitia, cap. 12, § 2.

S. AUGUST. 3. Sermone humano verba nova, vel minus utilia, moderate ac decenter aspersa, splendorum addunt. Epist. 49, ad Deogratias, quest. 6.

4. Romani maximus auctor Tullius eloquii, nullum unquam verbum, inquit quod revocare vellet, emisit : que quidem laus, quamvis preclarissima videatur, tamen credibilior est de nimium fabro, quam de sapiente perfecto. Epist. 7, ad Marcellum.

5. Bonorum ingeniorum insignis est indoles, in verbis verum amare, non verba. Lib. 4, de Doctrina christiana, cap. 11.

6. Verba propterea sunt instituta, non per que se invicem homines fallant, sed per que in alicuius quisque notitiam cogitationes suas perferat. Prose.

7. Verbis uti ad fallaciam, non ad quod instituta sunt, peccatum est. In Enchiridio, cap. 22.

8. Nullum procedit rei alicujus ex ore corpora verbum, cujus est in corde silentium. De Continent., cap. 1.

9. Susrri verba semper mala. De salutar. doctrina, cap. 49.

10. Interest quemadmodum verbum procedat ex animo, quia rem linguam non facit, nisi mens rea. De Verb. Apost., serm. 28.

11. Verbis nisi verba non discimus. De Magistro, cap. 11.

12. Omne verbum sonat : cum enim est in scripto, non verbum, sed verba signum est. De princ. dialect., cap. 5.

13. Monoce ut semper verum curam magis quam verbum te habere delectet. De Quant. animae, cap. 6.

14. Qui omnia per verbum condit, humana verba non querit. Epist. 121, cap. 11.

15. Ineffabili majestati nulla verba congruunt. Contra Adimant., cap. 11.

16. Nemo utitur verbo, nisi aliquid significandi gratia. Lib. 4, de Doctr. christ., cap. 2.

17. Omnia signa verbis comparata, paucissima sunt. Ibid., lib. 2, cap. 3.

18. Non mentitur quisquam si aliis verbis dixerit, quid ille voluerit, cujus verba non dicit. Lib. 2, de Consens. Evang., cap. 28.

19. Fortitudo mea in verbis est, non in factis. Annot. in Job, cap. 19.

20. Malle debet veriores, quam discipulos audire sermones. De Catech. rud., cap. 0.

21. Modus sermonis sive scriptus, sive blandius profertur, moderandus est. In Esop., super epist. ad Galat., cap. vi.

22. Aliquando sermo deficit, ubi etiam intellectus proficit. Tract. 15, super Joan.

23. Magis sermo patitur doloctionem, quando intellectus non habet perfectionem. Ibid.

24. Quando concipis verbum quod proferas, ram vis dicere : et ipsa rei conceptio in corda tuo, jam verbum est. Ibid., tract. 14.

25. Nihil aliud sunt verba, quam signa : significando enim verba sunt : tolle significationem verbo, strepitus inanis est. Ibid., tract. 45.

26. Placent vobis verba, ego quero facta. Homil. 28, ex Quinquagesima Homil., cap. 7.

UNIVERSIDAD

S. CECILIANUS ARELAT.

27. Quisquis verbum in ore habet, et in corde non habet; aut doctus est, aut vanus: quisquis vero in corde et non in ore, aut superbus est, aut timidus. *Serm. ad Milites tempis, esp. 12.*
28. Sicut insipis ornat anrem, et margarita in coram ornat faciem: sic verbum hominum ornat sapientem. *Serm. 2, in Hexam.*
29. Bonorum ingeniorum insignis in dolens est, in verbis verum amare, non verba. *Super Sap., cap. 6.*
30. Sustineas verbum asperum proximi, ut evadas verbum asperum Christi. *Serm. 4, Dom. 4 Adoent.*
31. Otiosa, jocularia, juratoria, contentiosa, malitiosa, vel secularia verba, nec pura sunt, nec religiose conveniunt dignitati. In *Speculo discipl., part. 1, cap. 20.*
32. Sermo, fructus est cogitationis, et verba omnia a cogitatione et moribus emanant. *Lib. 2, Pedag., cap. 5.*
33. Qualis sermo, talis vita. *Lib. 3, Stromat.*
34. Vitanda sunt omnia verba iniqua, detractoria, mendosa, pungitiva, derisoriva, vana, curiosa, noxia, fraudulenta, otiosa, juramenta, perjurata, falsa testimonia. *Super Epist. 1 Petri., cap. III, art. 6.*
35. Impi, quo facilius noceant, sermones suos leves, blandos atque molles faciunt amplius quam ullum oleum viscat esse molle aut blandum. In *Eloqu. sup. Psalm. LIV.*
36. Tanquam acutissima jacula sunt verba dolosa impiorum, quibus vulnerant et perimunt. *Ibid., vers. 24.*
37. Verbum dulce facilius movet, et fovet suavis, mitigat inimicos, et amicos multiplicat. *Serm. 34, super Cant., apud divum Bernard.*
38. Qui sapientium verba audire negligit, vitam suam gubernare non novit. *Super illud Prov. 1, Audite sapientis.*
39. Nullum verbum sine voce auditur, nec vox sine intelligentie verbi valet: vox viam verbo preparat, ut audiat atque recipiat. *Super illud Math. in 1 Epp. vix clamentis.*
40. Ab omni rectitudinis statu deperunt, qui per noxia verba dilabuntur. *Lib. 7 Moral., cap. 17, num. 45.*
41. Apud homines cor ex verbis: apud Deum verba pensantur ex corde. *Ibid., lib. 26, cap. 7.*
42. Injustis semper gravis sunt verba justorum, et quae ad meditationem prolata audiunt, haec quasi superimpositum pondus ferunt. *Ibid., lib. 8, cap. 22.*
43. Ad spernum desiderium inflammare auditores suos nequeunt verba, quo frigido corde profertur. *Ibid., cap. 26.*

44. Humane aures verba talia judicant, qualia foris sonant: divina vero iudicia, talia ea audiunt, qualia ex intimis profertur. *Ibid., lib. 26, cap. 7, num. 7.* Super illud *Job xxv: Nisi quid cepta tibi videtur?* etc.
45. Recedant verba quae vanitatem inflant, et charitatem vulnerant. *Lib. 7, in Registro, iudic. 1, cap. 30, epist. 30, ad Eulog. episc. Alexandr.*
46. Non verbis quero prosperari, sed moribus. *Ibid.*
47. Si non vales verba ferre pulveris, quid facturus es ad iudicium conditoris? *Ibid., lib. 4, ind. 9, cap. 33, epist. 33, ad Venant.*
48. Verba tua ponderet cogitatio, et linguam officium animi libra dispense. *Epist. 14, ad Celantium.*
49. Auferantur omnia signimenta verborum, cessent simulati gestus, et ante occasionem sermo placidus. *Epist. 1, ad Demetriad.*
50. Secreta verba, non earent suspitione. In *Regula Anachor., cap. 20.*
51. Fictitia verba, instrumenta sunt diaboli. *Ibid., cap. 2.*
52. Pro signo sunt interioris hominis verba erumpentia: quomodo libidininosus, qui sua caliditate calat vitia interdum turpis sermo demonstrat. *Lib. 3, super Ezech., cap. vii, super illud Math. xii: Ex abundantia cordis ex loquitur.*
53. Verba sensum enuntiant, sensus rationis est motus, rationis motum veritas incitat. *Lib. 5, de Trin.*
54. Fallax verbum, etiamsi facunde aut compositè dicitur: nihilominus tamen ab auditore, aut noxiu, aut otiosum reputatur. *De inst. Novit., cap. 17.*
55. Dicitur quis potens in verbis, quia efficax est ad operandum, vel quia prudens in loquendo, vel quia modus dicens est efficax, vel quia promptus ad loquendum. *Super Ezod., cap. 5.*
56. Verba quae de alta radice superbiae veniunt, cum quadam altitudine, de ore loquentis procedunt. *Super Job, cap. 34.*
57. Non magis queras ornatum verborum, quam fructum auditorum. *Super Ecclesiastic., cap. 4.*
58. Verba instructionis et correctionis, utilia sunt animae: verba recreationis vel consolationis corpori: haec tamen indifferentia sunt, nisi fiant eo fine, ut mediante corpore proficiat anima. *Super Math., cap. 12.*
59. Omnia verba secularia, quamvis sint composita et ingeniosa (quoniam non habent in se virtutem Dei) mortua sunt. *Homil. 46, super Math. Oper. imperf.*
60. Sermo incircumspecte prolatus, integros in-

- terdum familiis subvertit, et animas audientium perdidit. *Proser.*
61. Pecuniarium iacturam reparare licet, verbum autem semel elapsum revocare non licet. *Homil. 29, ex diversis, in Matth.*
62. Sermo, seu verbum minister est cordis. *Serm. de Levium peccator. inaeulis.*
63. Docilissimi viri sententia est verba accipienda esse ex sensu, ex quo fiunt; non ex sensu, quem faciunt. *Epist. 240, ad Robertum.*
64. Res, non verba quaeruntur. *Lib. 3, de Divina. Inst., cap. 43.*
65. Verba tua odiosa mordacitate, aculeisque immodestis, et intempestivis careant. In *Canon. viti spirit., cap. 13.*
66. Leve est omne verbum, quod neque testimonio solidum, neque auctoritate verum est. *Lib. 6, epist. 23, ad Nicolaum monach.*
67. Prudentibus viris non placent phalerata, sed fortia: cum non res pro verbis, sed pro rebus enuntiandis verba sint instituta. *Lib. 3, de Vita contemptiva., cap. 34.*
68. Potentes sunt verbo, qui verbi famulantur imperio: qui ipsius implentur virtute, cui serviant. *Super Psalm. cii, vers. 19.*
69. Ubi composita fuerint verba, et cum disciplina prolata, testimonium dant constantiae mentis, prudentiae, atque discretionis. *Part. 2, super Cant., cap. xii.*
70. Maximum pondus in verbis est, cum aut nulla narrantur, aut seria. *Lib. 4, epist. 2, ad Agricolam.*
71. Oculata verba graviora sunt, quam illos quae prolapam profertur. *Super Psalm. 7, vers. 11: Linguis suis dolose aperant.*
72. Homo ex verbis suis cognoscitur de qua regione et patria sit. *Opusc. 9, de Decem praecipis, praecip. 8, verbo Loquaris.*
73. Verborum intolerabile vulnus est: difficile autem sanare potest alius doloris causam, quae semel peccatori infixa, seorsum animae talenter invaserit. *Homil. 5, de Oris incontinentia.*
74. Sine remedio est culpa verborum. *Ibid.*
75. Videmus frequenter etiam verborum facta in crimen venire, et nimia facilitate verborum amicitis odia succedere. *Ibid.*
76. Ubi verbis verba succedunt, incendio fomenta praestantur. *Ibid., homil. 12.*
77. Negotiator est, qui alienis verbis vult gloriari. *Lib. 5, libell. 8, num. 6.*
78. Nullum verbum mihi, quod non salva conscientia procederet, excessum est. *Lib. 4, Quaest. in praesat.*

79. Non delectent verba nostra, sed prosint. *Epist. 75.*
80. Non acerbo, sed blanda timeas verba. *De quatuor virt.*
81. Verba rebus, non personis estimanda sunt. *De moribus.*
82. Non verbum, sed ratio precedat actus tuos. *Sent. 66.*
83. Sapiens verbis innolescit paucis. *Ibid., sent. 43.*
84. Melius est lapidem frustra iactare quam verbum. *Ibid., sent. 144.*
85. Verba sine sensu sunt opprobria. *Ibid.*
86. Levius est omne vulnus, quam verbum. *Ibid., sent. 175.*
87. Verba tua pietate semper plena sint. *Ibid., sent. 214.*
88. Fidelium pauca sint verba, opera autem multa. *Ibid., sent. 370.*
- Vide etiam tit. *Contamelta, sent. 24; Disputatio, sent. 10; Eloquentia, sent. 22, 32; Locutio, sent. 39; Praedicatio, sent. 50.*

- Definitio. Verbum Dei virtus naturae est, et divinitatis substantia. *Lib. 2, Hexam., cap. 3.*
- Verbum Dei est semen ordinatum ad generationem spiritualem causandam. *Part. 3, tit. 18, cap. 1.*
- Verbum Dei est Filius Dei Patris, per quod omnia facta sunt. *De Essentia divinitatis.*
- Verbum Dei est ipse conceptus Dei, quo seipsum et alia intelligit. *Super Epist. ad Hebr., cap. 1, lect. 2.*
- Comparatio. Sicut cibus et delicias caro, ita spiritus verbi divinis convalescit. *Homil. 9, in cap. xvi Levitic.*
- Sicut imber facit nisi semina obruta, et prope mortuum sepultura vigeant: sic verbum Dei veluti quidam ros est in cans, ut hominum naturam resurgat. *Super Cant. Isaia, in illud: Ros enim, etc.*
- SENTENTIAE PATRUM.
1. Vulnerat Dei verbum, sed non nocet. *Lib. 3, Virginius.*
2. Ubi vivit verbum Dei, et maxime in animis vivit piorum, nec unquam moritur plenitudo divinitatis. *De iuga saeculi, cap. 2.*
3. Ubi bonum consilium, ubi est Dei verbum, Prose.
4. Hoc verbum medicina est, non pena: hoc verbum sanat, non perdit: hoc verbum sit in corde tuo, sit et in ore tuo.
5. Hoc verbum sit in oculis, ubi diabolus insidiat: intret hoc verbum, creat diabolus: nam

si irroperit diabolus, Christus recedit. Super *Psalm* xlv, in *praefat.*

5. Nemo eget iudicio sui, qui verbo Dei abundat. Lib. 2, super *Luc.*, cap. 10, *Factum est verbum Domini*, etc.

6. Verbum Dei fides nostra est, verbum Dei lux est, Lib. 7, super *Luc.*, cap. xi, in illud: *Ne ego lucem accendi.*

7. Libe est anima vitalis substantia, qua alitur et pascitur, et gubernatur: nec quidquam est aliud, quod vivere faciat rationabilem animam, quam eloquium Dei. Super *Psalm* cxviii, serm. 7, vers. 2.

8. Nihil terrenum, nihil saeculare, nihil corporale, nihil leve atque mutabile in eloquio consistendum est caelestibus. Super *Psalm* cxviii, serm. 42.

9. Quisquis verbo Christi pascitur, pabulum non requirit: nec enim potest sacculi panem capere, qui pane reficitur Salvatoris. Sermon. 35, de *sejunctio Domini*.

10. Negligit fumum corporis, qui pabula lectionis intendit, nec ventris curam habere poterit, qui alimentum verbi coelestis acquirit. *Prose.*

11. Ipsa enim est reflectio, qua signat animam, qua impingit viscera, cum de divinis eloquiis cibum accipimus.

12. Ipsa est esca, qua vitam aeternam tribuit, et insidias a nobis diabolica temptationis excludit. *Ibid.*

13. Divia est verbum Dei. Lib. 9, epistol. 73, ad *Thymotheum*.

14. Verbum Dei pascitur anima virtutibus: quia spiritus animae, Dei verbum est. De *bono motu*, cap. 5.

15. Quomodo possunt verba Dei delicia esse in faucibus tuis, in quibus est amaritudo nequitiarum? Super *Psalm* cxviii, serm. 43, vers. 8.

S. ANSELM.

16. In Trinitate non dicitur verbum, nisi Filius: quia nec ille cuius est verbum, potest esse verbum suum, nec verbum potest esse cuius est verbum. In *Monologio*, cap. 37.

S. ANTONIUS ABRAS.

17. Non cum labore operatur Deus, sermo autem Dei, opus est eius, et consilium sermo ipseus est. Sermon. de *Vanitate mundi*.

S. ANTONIUS DE PADUA.

18. O verbum non verberans, sed cor inebrians! o verbum dulce confortans peccatorem! o verbum aqua frigida animae sitienti! Sermon. *Dom. 4, Adventus*.

S. AUGUST.

19. Sicut ex carnalibus escis altitudo caro, ita ex divinis eloquiis interior homo nutritur et pascitur. De *salute doctum*, cap. 23.

20. Vido ne lectum fastidiumque verbi Dei te necet, et metuendum est, ne anima minus sapiat

verbum Dei, et fastidio moriatur. Super *Psalm* cxv, vers. 8.

21. Omnia divina eloquia salubria sunt bene intelligentibus, periculosa vero his, qui ea volunt ad sui cordis perversitatem detorquere, potius quam summa cor ad eorum rectitudinem corrigere. Super *Psalm* cxviii, conc. 1.

22. Veritas incommutabilis, quod est verbum Dei, Deus apud Deum, per quem facta sunt omnia, in se manens innovat omnia. Super *Psalm* cxv, vers. 4.

23. Custoditio verborum Dei, intelligenda est operatio preceptorum: frustra enim custodiuntur memoria, si non custodiuntur ocyia: nam quidam verba Dei tenendo agunt ne obliviscantur, nec agunt vivendunt corrigantur. Super *Psalm* cxviii, conc. 5.

24. Verbum est Christus, et verbum Dei Christus: apud Deum, verbum Christus, et Deus verbum Christus, et Deus et verbum unus Deus, non tantum verbum Christus, quia verbum caro factum est, sed et verbum et caro Christus. Tract. 23, super *Evangelium Joann.*, de cap. v.

25. Sermo Dei (qui est ovium sanctorum cibum) si sufficit, salubriter capitur: si exiguus est, desiderabiliter ruminatur. *Ibid.*, tract. 59, de cap. xiii.

26. O verbum per quod facta sunt omnia, et sine quo factum est nihil: verbum quod est ante omnia, ante quod nihil: verbum creans omnia, sine quo omnia nihil: verbum regens omnia, sine quo nihil sunt omnia. In *Soliloq. animae*, cap. 3.

27. Verbum est forma quaedam, forma non informata: sed forma omnium formatorum. *Prose.*

28. Forma incommutabilis sine lapsu, sine defectu, sine tempore, sine loco, superans omnia, existens in omnibus, et fundamentum quoddam in quo sint, et fastigium sub quo sint. De *verbis Domini*, serm. 38.

29. Verbum Dei non proficit, aut crescit accedente cognitore: sed integrum si permanseris, integrum si recesseris, integrum cum redieris manens in se, et innovans omnia. *Ibid.*

30. Verbi Dei altitudo exercet studium, non denegat intellectum. *Prose.*

31. Si omnia clausa essent, nihil esset unde revelarentur obscura: si omnia lecta essent, non esset unde alimentum anima perciperet, et haberet vires quibus posset ad clausa pulsare. De *verbis Apostolorum*, serm. 43.

32. Quid vobis plus esse videtur verbum Dei, an corpus Christi? si verum vultis respondere, hoc utique dicere debetis, quod non sit minus verbum Dei, quam corpus Christi. *Prose.*

33. Non minus reus erit, qui verbum Dei negligenter audierit, quam ille qui corpus Christi in terram cadere negligentia sua permisit.

34. Qui verbum Dei libenter audit, inanes animae de patria Paradisi transmissas non suscipere non dubitat. Homil. 26, ex *Quinquagesima Homil.*

35. Sicut ex carnalibus escis altitudo caro, ita ex divinis eloquiis interior homo nutritur. Sermon. 1, *per 6, post Dom. Pass.*

36. Verbum Dei pascit Angelorum tot millia: mente enim pascuntur, mente replentur. Implet Angelos, implet mundum, implet Virginis uterum, nec ibi spatiosus, nec hic angustatur. Sermon. 2, *per 3, Pascha.*

37. Non est ars efficacior Dei verbo. Lib. 41, de *Civitate Dei*, cap. 24.

38. Nullus arbitratur verbum Dei, per quod facta sunt omnia, quasi per loca posse definiti, et alibi visibilibus apparere, nisi per aliquam visibilem creaturam. *Contra Arianos*, cap. 9.

39. Domini verba vigilent, sed in dormis. Lib. 3, *contra Julianum*, cap. 19.

40. Jam factus es verbum, sed oportet te reddi per verbum: si autem mala fuerit fides tua de verbo, non potes reddi per verbum. Tract. 1, super *Joan.*

41. Nunquam Deus sine verbo fuit, quia verbum est manens, non transiens; Deus, non sonans. *Ibid.*, tract. 42.

42. Christus est verbum et homo: quid est verbum et homo? verbum, anima et caro. *Ibid.*, tract. 47.

43. Verbum Dei cibum est: accipe lac ut nutriaris, ut sis validus ad capiendum cibum. *Ibid.*, tract. 1.

44. Verba Domini pauca, sed magna sunt. *Ibid.*, tract. 37.

45. Multi facile habent in fronte signum Christi, et corde non recipiunt verbum Christi. *Ibid.*, tract. 1.

46. Anima alimentum, est pabulum verbum Dei. *Orat.* 16.

47. Omnis anima, quae verbum Dei mente conciperit, virtutum statim caesa cacumina grassa concensat amoris. Lib. 1, super *Levit.*, cap. 1, in illud: *Abit in montem*, etc.

48. Verbum Dei est non sonans, sed penetrans: non loquax, sed efficax; non obstruens auribus, sed affectibus blandiens. Sermon. 31, super *Cant.*

49. Cum mens ineffabilis verbi illecta est dulcedine, quomomodo se sibi furatur, imo rapitur atque elahitur a salsis at verbo frustrat. *Prose.*

50. Quisquis curiosus es scire quid sit verbo

frui, para illi non aurem, sed mentem: non hoc docet lingua, sed gratia.

51. Magna factus, magna et sublimis virtus humiliter, quae promoveat quod non docetur, digna adipisci quod non valet addisci, digna a verbo et de verbo concipere quod suis ipsa verbis explicare non potest. *Ibid.*, serm. 85.

52. Verbum Dei quanto amplius ruminatur in ore, tanto dulcius sapere debet in corde. Sermon. 4, de *Cena Dom.*

53. Verbum Dei debet promulari tripliciter: sapienter, eloquenter, confidenter: sapienter, ut doceat: eloquenter, ut placeat: confidenter, ut moveat. Expos. 2, super *Psalm* cxviii, cap. 1, vers. 13, art. 2.

54. Verbum Dei custodiendum est sicut thesaurus artificiosus, radiatus, delicosus, et copiosus. *Ibid.*, cap. 1, vers. 14, art. 2.

55. Diffinim verbum frequentius predicatum, est valde virtuosum, si ei adhaerit Verbum increatum, propter non creatum, sive incarnatum: nam praeter Verbum increatum, frustra impenditur verbum creatum predicatum. Sermon. 2, de *SS. Evangelio*.

56. Verbum Dei inflammatur non solum audientem, sed etiam loquentem. *Ibid.*

57. Verbum Dei est enidam lapidi pretioso simillimum, qui manum se stringentem adurit: quia verbum divinum quae tangit, includit, et calefacit intima cordis. *Ibid.*

58. Verbum Dei non solum intellectum dirigit, affectum incedit, et opus perficit: sed quod consummatum est complet, dum ad supernam gloriam introducit. *Ibid.*

59. Lumen animae, et cibum aeternum, non est aliud nisi verbum Dei, sine quo anima nec videre potest, nec vivere. *Prose.*

60. Quia quomodo caro moritur, si non capiat cibum: ita et anima extinguitur, si non accipiat Dei verbum. Homil. 29.

61. Eloquia Domini nesciunt cum aliquo sermo miseri. Super *Psalm* ii, vers. 7: *Eloquia Domini*, etc.

62. Verbum Dei, verbum veritatis, verbum incorruptum est et stimulus salutis. In *Orat. ad horti. ad gentes*.

63. Verbum Dei, optimus dux est, cuius est visus perspicacissimus et qui cordis intima pervidet. Lib. 4 *Pedagog.*, cap. 3.

64. Verbum Dei multis modis allegorice dicitur, et cibum et caro, et nutrimentum et panis, et sanguis et lac. *Ibid.*, cap. 6.

65. Et vivum corpus, ita sermo Dei animam roborat. Hab. lib. 3 *Pavall.*, cap. 12, operum D. Joan. Damasc.

S. DONAV.

S. CASARIUS ABRILAT.

CASSIODOR.

CLEMENS ALEX.

EVANGELI.

66. Verbum Dei qui non eredit, non intelligit. In *Epist. parvulorum ad Valerian.*

67. Verbum Dei lucet et ardet. *Serm. 24, super Cant., apud D. Bernard.*

68. Aliquando blande loquitur Deus, ut ametur; aliquando terribiliter, ut timeatur. *Super Job, cap. xxxviii.*

69. De verbis Domini humano sensu argumentari, sacrilegium est. *Super Hierem., cap. 34.*

70. Via Domini ad cor dirigitur, cum sermo ejus diligenter auditur. *Super Matth., cap. 3, in illud: Viam Domini, etc.*

71. Tunc verba Dei mens vivacius penetrat, cum ad se admittit secularium curarum tumultus recessit. *Lib. 23 Moral., cap. 12.*

72. Cibus mentis, est sermo Dei. *Homil. 15, super Ezech.*

73. Stude queso, et quotidie Creatoris tui verba meditare: discas cor Dei in verbis Dei, ut ardentius ad eterna suspires, et mens tua ad caelestia regna majoribus desideriis accendantur. *Lib. 4, in Regibus, indict. 15, cap. 84, epist. 40, ad Theodor.*

74. Quod in corpore cibus, hoc in anima est verbum Dei. *Orat. 16, ad subtilis.*

75. Famem auditionis verbi Domini pati, miserimum est. *Orat. 22.*

76. Homo cum sit particeps rationis, vero nutritur verbo. *Homil. 5, super Cant.*

77. Optima ornamento sunt aurium verba Dei: ad ea sola paratus esse debet auditus, acque pretiosissimis lapidibus anteferre. *Epist. ad Demetriad.*

78. Dei verbum vita est, et nos aliter vivendo, quam vita est, verbum Dei fatimur obscuro. *Epist. 29, ad Theodosium, de vera civitate.*

79. Animus secularium sollicitudinum plenus illecebris, verbum non potest sustinere divinum, nisi prius ipsas mundi sollicitudines evangelica in se fuisse succiderit. *Epist. 37, ad Pamnoch, et Ocean.*

80. Christiani debent verbo Dei plus obedire, quam diabolo. *Ibid.*

81. Sic dulcissimo palato eloquia Domini sunt, ut nunquam degustata lassidiant. In *Regula monachorum*, cap. 37.

82. Omnes verbum Dei jubentur audire, ut unusquisque pro suo modulo, et sensu intelligat quid Dominus precipiat. *Lib. 2, super Ezech., cap. 6.*

83. Pinguissimus sermo divinus est, omnes habet in se delicias: quidquid volueris, ex sermone divino nascitur. *Super Psalm. cxlviii, vers. 3: Et adipe frumenti satiat te.*

84. Sine Dei verbo justitia omnis intuta est.

Super *Epist. ad Ephes.*, cap. 6, in illud: *Quod est verbum Dei.*

85. Verba Dei cibum dicuntur: quoniam sicut cibus corporalis carum reficit, ita verbum Dei mentem pascit. *Super Psalm. cxviii, cap. 78.*

86. Verbum Dei cibus et lumen animae est, Lumen, quo illuminatur; cibus, quo redolitur. Lumen, quo clarescit ad cognitionem veritatis; cibus quo pianguit et hilaritatem ad amorem bonitatis. *Lib. 4, Miscellanea, collie. 4, tit. 122.*

87. Scientia verbi Dei amittitur, dum nimis ad temperantia intenditur. *Super Gen., cap. 37.*

88. Verbum Dei tribuit aegris medicinam, caecis lumen, famelicis panem, sitibundis vinum, in frigiditate ignem, impugnatibus clypeum, desolatis consolationem. *Super Psalm. lvi.*

89. Frigidissimus est, quem ignis divini eloquii non incendit. *Super Hierem., cap. 23.*

90. Eloquium Domini masticatum per meditationem, decoctum per amorem, conversum in sanguinem per penitentiam et compunctionis amaritudinem, omnia membra vivificat. *Super II Thess., cap. 3.*

91. Divina eloquia similia sunt thesauro et fonti largis perenniisque scaturienti fluentis: magna est hujus thesauri abundantia, et larga fontis hujus ubertas. *Homil. 3, sup. Genes.*

92. Sicut medicina languenti corpori, sic verbum Dei prodest animae egrotanti. *Homil. 8, super Matth., oper. imperf.*

93. Omnia verba divina, quamvis rustica sint et incompressa, viva sunt. *Ibid., homil. 46.*

94. Omnibus brutis est ratio exterior, qui loquentem Deum audire designatur. *Prose.*

95. Deo placere hominis est: si Deo placere hominis est, qui Deum loquentem audire negligit, quamquam ratio id assuetur? Is profecto nihil dilfert a bellua.

96. Considera quam turpe, quam scelestum sit: cum Christus nos ex hominibus Angelos fieri velit verbo suo, ex hominibus in belluas sponte nostra mutari. *Homil. 4, super Joan.*

97. Fames gravis, fames non audiendi verbum Domini. *Homil. 25, super Acta Apost.*

98. Nihil pulchrius, nihil suavius anima, que verbo Dei pascitur: omni superior est morbo, omni fame, omni intemperie, et aegritudine. *Ibid.*

99. Quemadmodum non prodest cibus, nisi cum fuerit masticatus, et in stomachum descenderit: sic non proficit ad salutem verbum Dei, nisi cum fuerit intellectus et memorie traditus. *Prose.*

100. Nam sicut cibus nihil prodest, si manducaverimus et iterum evomimus eum de stomacho:

STUO & VICTORIB.

HUGO CAS.

S. HUBERTUS BIPALENS.

S. HUBERTUS BIPALENS.

S. HUBERTUS BIPALENS.

sic nihil nobis prodest verbum Dei, quod audimus, et obliviscimur illud.

101. Cibus qui in stomacho stat, ille confortat: et sermo qui in memoria manet, ille salvat. *Homil. 44 super Matth., oper. imperf.*

102. Verbum Dei quasi sanguis veritas est, que vivificat verbum: omne enim verbum, quod non habet in se veritatem Dei, mortuum est, quemadmodum sine sanguine corpus. *Ibid., homil. 66.*

103. Quamvis divina eloquia in lectione arrogantibus sint aperta, in mysterio tamen clausa atque occultis sunt. *Prose.*

104. Sermo Dei fidelibus lux fit, reprobis autem ac superbis quodammodo tenebescit: et unde illi illuminantur, inde isti excecantur. *Lib. 3, de Rom. bono, cap. 2, sent. 3 et 4.*

105. Is, qui post susceptum verbum Dei peccat, efficitur et ipsum verbum Dei vermis, qui ejus semper conscientiam fodiat, et arena peccatoris rotat. *Super Ezech., cap. xxiii.*

106. Caro Christi velamen est verbi, quo omnis, qui ipsum integre confitetur, induitur. *Epistola 23, ad Constantiopol.*

107. Verbum Dei, Deus est. *Homil. 46.*

108. Vinum roborat corpus, animam autem verbum Dei. *Prose, 17.*

109. Si verbum Dei tota fide, tota devotione suscipias, fiet tibi ipsum verbum quodcumque desideras. *Prose.*

110. Si tribularis, consolatur te: si laetaris pro spe futura, cumulat tibi gaudia: si iracundus es, mitigat te: si in doloribus es, sanat te: si paupertate consumeris, adjuvat te.

111. Sic ergo manna verbi Dei, reddit in ore tuo saporem quocumque volueris. *Homilia 16, in cap. xv Ezech.*

112. Sermo Dei, iniquorum mentes arguit, et corruptionum spiculis peccatorum conscientias teret. *Ibid.*

113. Anima germinat ex verbo Dei, et caelesti pluvia rigata germina producit ad messem. *Homil. 16, in cap. xxvi Levitic.*

114. Sicut cibus et delictis caro, ita spiritus verbi divini convalescit: nutrimenta igitur spiritus sunt, divina lectio, orationes assidue, sermo doctrina. *Ibid., homil. 9, in cap. xvi.*

115. Animae cultura, Dei verbum est. *Epist. 3, ad Sever.*

116. Verba Domini quasi ignis sunt, quia frigus expellunt, calorem mentibus ingerunt; malum etiam sunt, quoniam obstinationis et peritiam duritiam molliunt. *Opusc. 31, cap. 7.*

117. Quid fulgidius Dei sermone aut radiantius? cuius participatione et illa res caliginem actene-

S. PAVLUS

S. PETRUS BAVLANCE.

PHILO JUD.

Tom. IV.

bras excutimus, qua appetunt lucem animarum. *Lib. 2, legis allegor.*

118. Verbum prout erat in principio apud Deum, vivificat animas: secundum autem quod est caro factum, vivificat corpora. *Part. 3, quest. 62, art. 5, in princ.*

119. Verbum Dei est lumen vite, salus mundi, porta caeli, cibus animae, jucunditas cordis. In *doctrinali Juven., cap. 1.*

SENTENTIA PAGANORUM.

120. Semina in corporibus humanis divina dispersa sunt: quae si bonus cultor excipiat, similia origini prodeunt: si malus, non altius quam humus sterilis ac palustris necat, et deinde creat, purgamenta pro frugibus. *Epist. 73.*

121. Anima purificatur Dei verbo per sapientiam. *Sent. 21.*

122. Verbum de Deo, non omni homini committitur. *Ibid., sent. 346.*

123. Sermo verus de Deo, sermo Dei est. *Ibid., sermo 346.*

124. Verbum de Deo parvis profertur: verbum enim de Deo reticere praestat magis, quam temere profere. *Ibid., sent. 350.*

125. Sine Deo sunt hi, qui quovis verbum Dei maledicunt. *Ibid.*

126. Paseo animam tuam verbo Dei. *Ibid., sent. 399.*

127. Anima ascendens ad Deum, per Dei verbum est. *Ibid., sent. 403.*

128. Relinquens que possides, sequere verbum Dei. *Ibid., sent. 255.*

Vide etiam tit. *Fames*, sent. 26; *Fides*, sent. 81; *Meditatio*, sent. 65; *Predicatio*, sent. 33, 248; *Securitas*, sent. 52; *Sermo*, sent. 16.

Definitio. Otiosum verbum est, quod aut ratione justa necessitate, aut intentione pia utilitatis caret. *Lib. 7 Mor., cap. 25.*

Otiosum verbum est, quod sine utilis, et loquentis dicitur, et audientis. *Lib. 2, super Matth., cap. 12, can. 40; num. 426.*

Otiosum verbum est, si omnes feris, de rebus frivolis loquamur, aut fabulis narremus. *Ibid.*

SENTENTIA PATRUM.

1. Grave malum, ut aliquis ore suo condemnatur; etenim si pro otioso verbo reddat unguis, quae rationem, quanto magis pro verbo impudicis et turpitudinis. *Lib. 1 Offic., cap. 2.*

2. Otiosum verbum est loqui opera hominum; qui enim verbum Dei loquitur, otiosum verbum non loquitur. *Prose.*

3. Loqui enim opera hominum; otiosum verbum

S. THOMAS AQUINAS

THOMAS A KEMPIS.

SENeca.

SIXTUS PHILOSOPH.

S. GREGOR. MAGNUS.

S. HIERON.

S. AMBROS.

- S. EUGEN. 66. Verbum Dei qui non eredit, non intelligit. In *Epist. parvula ad Valerian.*
- GILBERT. ANGLUS. 67. Verbum Dei lucet et ardet. *Serm. 24, super Cant.*, apud D. Bernard.
- GLOSS. INT. 68. Aliquando blande loquitur Deus, ut ametur; aliquando terribiliter, ut timeatur. *Super Job*, cap. xxxviii.
- GLOSS. ORD. 69. De verbis Domini humano sensu argumentari, sacrilegium est. *Super Hierem.*, cap. 34.
70. Via Domini ad cor dirigitur, cum sermo ejus diligenter auditur. *Super Matth.*, cap. 3, in illud: *Viam Domini*, etc.
- S. GREGOR. MAGNUS. 71. Tunc verba Dei mens vivacius penetrat, cum ad se admittit secularium curarum tumultus recusat. *Lib. 23 Moral.*, cap. 12.
72. Cibis mentis, est sermo Dei. *Homil. 15. super Ecclij.*
73. Studet queso, et quotidie Creatoris tui verba meditare: disce cor Dei in verbis Dei, ut ardentius ad eterna suspires, et mens tua ad caelestia regna majoribus desideriis accendatur. *Lib. 4, in Regubro*, indict. 15, cap. 84, epist. 40, ad Theodor.
- S. GREGOR. MAGNUS. 74. Quod in corpore cibis, hoc in anima est verbum Dei. *Orat. 16, ad subditos.*
75. Famen auditione verbi Domini pati, miserimum est. *Orat. 22.*
- S. GREGOR. NTES. 76. Homo cum sit particeps rationis, vero nutritur verbo. *Homil. 5, super Cant.*
- S. HIERON. 77. Optima ornamento sunt aurium verba Dei: ad ea sola paratus esse debet auditus, acque pretiosissimis lapidibus anteferre. *Epist. ad Demetriad.*
78. Dei verbum vita est, et nos aliter vivendo, quam vita est, verbum Dei fatimus obscuro. *Epist. 29, ad Thersiam, de vita circumcisa.*
79. Animus secularium sollicitudinum plenus illecebris, verbum non potest sustinere divinum, nisi prius ipsas mundi sollicitudines evangelica in se fuisse succiderit. *Epist. 37, ad Pammach.* et Ocean.
80. Christiani debent verbo Dei plus obedire, quam diabolo. *Ibid.*
81. Sic dulcissimo palato eloquia Domini sunt, ut nunquam degustata lastidiant. In *Regula monachorum*, cap. 37.
82. Omnes verbum Dei jubentur audire, ut unusquisque pro suo modulo, et sensu intelligat quid Dominus precipiat. *Lib. 2, super Ecclij.*, cap. 6.
83. Pinguissimus sermo divinus est, omnes habet in se delicias: quidquid volueris, ex sermone divino nascitur. *Super Psalm.* cxlvii, vers. 3: *Et adipse frumenti intiat te.*
84. Sine Dei verbo justitia omnis intuta est.

Super Epist. ad Ephes., cap. 6, in illud: *Quod est verbum Dei.*

85. Verba Dei cibis dicuntur: quoniam sicut cibis corporalis carnis reficit, ita verbum Dei mentem pascit. *Super Psalm.* cxviii, cap. 78.

86. Verbum Dei cibis et lumen animae est. Lumen, quo illuminatur; cibis, quo redolitur. Lumen, quo clarescit ad cognitionem veritatis; cibis, quo piangunt et hilarant ad amorum bonitatis. *Lib. 4, Miscellan.*, colle. 4, tit. 122.

87. Scientia verbi Dei amittitur, dum nimis ad temporalia intenditur. *Super Gen.*, cap. 37.

88. Verbum Dei tribuit aegris medicinam, caecis lumen, famelicis panem, sitibundis vinum, in frigiditate ignem, impugnat clypeum, desolatis consolationem. *Super Psalm.* lvi.

89. Frigidissimus est, quem ignis divini eloquii non incendit. *Super Hierem.*, cap. 23.

90. Eloquium Domini masticatum per meditationem, decoctum per amorem, conversum in sanguinem per penitentiam et compunctionis amaritudinem, omnia membra vivificat. *Super II Thess.*, cap. 3.

91. Divina eloquia similia sunt thesauro et fonti largis perenniisque scaturienti fluentis: magna est hujus thesauri abundantia, et larga fontis hujus ubertas. *Homil. 3, sup Genes.*

92. Sicut medicina languenti corpori, sic verbum Dei prodest animae egrotanti. *Homil. 8, super Matth. oper. imperf.*

93. Omnia verba divina, quamvis rustica sint et incomposita, viva sunt. *Ibid.*, homil. 46.

94. Omnibus brutis est ratio expartit, qui loquentem Deum audire designatur. *Prose.*

95. Deo placere hominis est: si Deo placere hominis est, qui Deum loquentem audire negligit, quamam ratione id assequitur? Is profecto nihil dilfert a bellua.

96. Considera quam turpe, quam scelestum sit: cum Christus nos ex hominibus Angelos fieri velit verbo suo, ex hominibus in bellus sponte nostra mutari. *Homil. 4, super Joan.*

97. Fames gravis, fames non audiendi verbum Domini. *Homil. 25, super Acta Apost.*

98. Nihil pulchrius, nihil suavius anima, que verbo Dei pascitur: omni superior est morbo, omni fame, omni intemperie, et aegritudine. *Ibid.*

99. Quemadmodum non prodest cibis, nisi cum fuerit masticatus, et in stomachum descenderit: sic non prodest ad salutem verbum Dei, nisi cum fuerit intellectus et memorie traditus. *Prose.*

100. Nam sicut cibis nihil prodest, si manducaverimus et iterum evomimus eum de stomacho:

STUO & VICTORIB.

HUOIGAS.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

S. JUVEN. GREGOR.

sic nihil nobis prodest verbum Dei, quod audimus, et obliviscimur illud.

101. Cibis qui in stomacho stat, illa confortat: et sermo qui in memoria manet, ille salvat. *Homil. 44 super Matth. oper. imperf.*

102. Verbum Dei quasi sanguis veritas est, que vivificat verbum: omne enim verbum, quod non habet in se veritatem Dei, mortuum est, quemadmodum sine sanguine corpus. *Ibid.*, homil. 66.

103. Quamvis divina eloquia in lectione arrogantibus sint aperta, in mysterio tamen clausa atque oculis sunt. *Prose.*

104. Sermo Dei fidelibus lux fit, reprobis autem ac superbis quodammodo tenebrescit: et unde illi illuminantur, inde isti excecantur. *Lib. 3, de Hum. bono*, cap. 2, sent. 3 et 4.

105. Is, qui post susceptum verbum Dei peccat, efficitur et ipsum verbum Dei vermis, qui ejus semper conscientiam fodiat, et arena peccatoris rotat. *Super Ecclij.*, cap. xxiii.

106. Caro Christi velamen est verbi, quo omnis, qui ipsum integre confitetur, induitur. *Epistola 23, ad Constantiuipol.*

107. Verbum Dei, Deus est. *Homil. 46.*

108. Vinum roborat corpus, animam autem verbum Dei. *Pomnes.* 17.

109. Si verbum Dei tota fide, tota devotione suscipias, fiet tibi ipsum verbum quodcumque desideras. *Prose.*

110. Si tribularis, consolatur te: si letaris pro spe futura, cumulat tibi gaudia: si iracundus es, mitigat te: si in doloribus es, sanat te: si paupertate consumeris, adjuvat te.

111. Sic ergo manna verbi Dei, reddit in ore tuo saporem quocumque volueris. *Homilia 16, in cap. xv Ecclij.*

112. Sermo Dei, iniquorum mentes arguit, et corruptions spiculis peccatorum conscientias teret. *Ibid.*

113. Anima germinat ex verbo Dei, et celesti pluvia rigata germina producit ad messem. *Homil. 16, in cap. xxvi Levitic.*

114. Sicut cibis et delictis caro, ita spiritus verbi divini convalescit: nutrimenta igitur spiritus sunt, divina lectio, orationes assidue, sermo doctrina. *Ibid.*, homil. 9, in cap. xvi.

115. Annis cultura, Dei verbum est. *Epist. 3, ad Sever.*

116. Verba Domini quasi ignis sunt, quia frigus expellunt, calorem mentibus ingerunt: malum otiosum sunt, quoniam obstinationis et perveraciam duritiam molliunt. *Opusc. 31, cap. 7.*

117. Quid fulgidius Dei sermone aut radiantius? cuius participatione et illa res caliginem actene-

bras excutimus, que appetunt lumen animarum. *Lib. 2, legis allegor.*

118. Verbum prout erat in principio apud Deum, vivificat animas: secundum autem quod est caro factum, vivificat corpora. *Part. 3, quest. 62, art. 5, in princ.*

119. Verbum Dei est lumen vite, salus mundi, porta celi, cibis animas, jucunditas cordis. In *doctrinali Joven.*, cap. 4.

SENTENTIE PAGANORUM.

120. Semina in corporibus humanis divina dispersa sunt: que si bonus cultor excipiat, similia origini producent: si malus, non alitur quam humus sterilis ac palustris necat, et deinde creat, purgamenta pro frugibus. *Epist. 73.*

121. Anima purificatur Dei verbo per sapientiam. *Sent. 21.*

122. Verbum de Deo, non omni homini committitur. *Ibid.*, sent. 346.

123. Sermo verus de Deo, sermo Dei est. *Ibid.*, sermo 346.

124. Verbum de Deo parvis profertur: verbum enim de Deo reticere praestat magis, quam temere profertur. *Ibid.*, sent. 350.

125. Sine Deo sunt hi, pro quibus verbum Dei maledicatur. *Ibid.*

126. Pasce animam tuam verbo Dei. *Ibid.*, sent. 399.

127. Anima ascendens ad Deum, per Dei verbum est. *Ibid.*, sent. 403.

128. Relinquens que possides, sequere verbum Dei. *Ibid.*, sent. 255.

Vide etiam tit. *Fames*, sent. 28; *Fides*, sent. 81; *Meditatio*, sent. 65; *Predicatio*, sent. 33, 248; *Securitas*, sent. 52; *Senex*, sent. 16.

Definitio. Otiosum verbum est, quod aut ratione justa necessitate, aut intentione pia utilis caret. *Lib. 7 Mor.*, cap. 25.

Otiosum verbum est, quod sine utilis, et loquens dicitur, et audientis. *Lib. 2, super Matth.*, cap. 12, can. 40, num. 426.

Otiosum verbum est, si omnes feris, de rebus frivolis loquamur, aut fabulis narremus. *Ibid.*

1. Grave malum, ut aliquis ore suo condemnatur: etenim si pro otioso verbo reddat unguis que rationem, quanto magis pro verbo impuritate et turpitudine. *Lib. 1 Offic.*, cap. 2.

2. Otiosum verbum est loqui opera hominum; qui enim verbum Dei loquitur, otiosum verbum non loquitur. *Prose.*

3. Loqui enim opera hominum; otiosum ver-

S. THOMAS AQUINAS

THOMAS A KEMPIS.

SENECA.

SIXTUS PHILOSOPH.

S. GREGOR. MAGNUS.

S. HIERON.

S. AMBROS.

hum est, nec solum otiosum, sed etiam periculosum. Super *Psalm.* cxviii. serm. 22, vers. 4.

4. Non mediocriter periculum est, cum habeas tanta eloquia Dei; et Dei opera que fecit in *Genesi*, fecit in *Exodo*, fecit in *Leuitico*, *Deuteronomio*, *Jesu Nave*, *Judicium* libro, *Regum*, atque *Esther* illarum, legit in *Evangelio*, in *Actibus Apostolorum*, illis pretermisisse; si loquaris otiosa, quam secuti sunt. *Ibid.*

S. BASTILIUS
MAGNUS.
Y. BEDA.

5. Otiosum verbum in scriptura esse dicere, blasphemia ingens est. Homil. 10, in *Hezeam*.

6. Qui fabulis otiosis aures libenter aperit, hanc animam suam portam mortis efficit. Lib. 2, super *Luce*, cap. 7, in illud: *Qui viderit multorum*, etc.

S. BERNARD.

7. Si futuram cogitas de verbis otiosis discussionem, non vales displicere silentium. Epist. 4, ad *Robertum*.

8. Cum scierit et ex deliberatione in verba otiosa lingua laxatur, contra regulam usurpat veritatis; unde ratio reddenda est in futuro iudicio, iudice ipso terrore animodum comminante, *De precepto et dictione*.

9. Qui otiosum verbum non reprimat, ad noxia cito transit. *De inter. dno*, cap. 43.

10. Verbum otiosum, folium aridum est. Lib. de *Passione Domini*, cap. 25.

11. Quidquid loqueris, nisi intendas alicui prodesse, otiosum est. *Ibid.*

S. BONAV.

12. Qui loquitur verba otiosa, est sicut ulmus et alia arborum, que nullum fructum ferunt, sed folia tantum. Titul. 3 *Dicte*, cap. 6.

13. Custodi cor tuum ab evagatione, et os tuum ab otiosa locutione. In *Alphabet. Religios.*, lect. 3.

14. Non affabilitas opportuna, sed loquacitas otiosa damnatur. In *Speculo discipl.*, part. 1, cap. 20.

S. FRANCIS
ASSISIENSIS.

15. Vae illi Religioso, qui delectat se in verbis otiosis et vanis, et cum his homines perducit ad risum. In suis *Opus*, in admo., cap. 20.

S. GREGORIUS
MAGNUS.

16. Dum otiosa verba everseris negligimus, ad noxia pervenimus. Lib. 7 *Moral.*, cap. 17.

17. Ab otiosis ad noxia, a levioribus ad graviora verba sepe venitur. Lib. 8, *Dialogi*, cap. 15.

18. Sicut perniciosa verba admittere, ita etiam otiosa formidandum est. Lib. 4 *Moral.*, cap. 2.

19. Sape dum ab otiosis verbis iniquam linguam compescitur, ad tamenitatem quoque stulte incropanctis effrenatur. *Ibid.*, Lib. 7, cap. 17.

20. Dum moderari lingua otiosa verba negligit more incolite remissionis capta, audeat ad noxia prorumpit. *Ibid.*, lib. 10, cap. 9, num. 14.

21. Si apud districtum iudicem otiosus sermo reprehenditur, quanto magis et nactus? *Ibid.*

22. Pensa quantum sit damnavis, qui a magistra non vacat, si et ille sermo ponalis est, qui a bonitate utilitatis recat. Lib. 3 *Dialogi*, cap. 15, verbo 51.

23. Dum frequenter otiosa, nonnunquam vero, etiam quod est gravius, noxia loquimur: os nostrum omnipotenti Deo tanto longinquum fit, quanto huic mundo propinquum. *Ibid.*

24. Famuli Dei a terrenis actionibus segregati, otiosa loqui nesciunt, et mentem per verba spargere atque inquinare desunt. *Ibid.*

25. Cum ingenti cautione debet loqui, cui non solum malus, sed etiam otiosus sermo vitandus est. Epist. 4, ad *Demetriad.*

26. Sermo otiosus serpens morum est. In *Regula monachorum*, cap. 39.

27. Otiosa sunt omnia, que sunt aut nociva, aut inbonesta, aut inutilia. *De inst. novit.*, cap. 13.

28. Quidquid preter necessitatem et utilitatem locutus fueris istum otiosum est. Super *Prolog.*, *Regule S. Benedicti*, cap. 2, text. 8.

29. Verba otiosa, que absque utilitate et necessitate causa profertur, atque peccato non sunt. In cap. 7, *Regul. S. Benedicti*, grad. 9.

30. Sicut falsitatis crimina, a proficiantibus pertimescuntur: ita otiosa verba, a perfectis viris vitantur. Lib. 2, de *San. bono*, cap. 29, sent. 4.

31. Sicut pro otioso verbo ratio exigitur, ita pro sermone injusto poena exolvitur. *Ibid.*

32. Nullus est homo absque peccato, nec quisquam potest de Dei securus esse iudicio, cum otiam et de otiosis verbis reddenda sit ratio. *Ibid.*, lib. 3, cap. 62, sent. 10.

33. Ab otioso sermone linguam compescit: qui enim otiosa verba non reprimat, ad noxia cito transit. Lib. 2, de *Synodo*, cap. 8.

34. Vere pretiosum et laudabile est, verbum nunquam proferre otiosum. Serm. 8, ad *fratres*, divis. 4.

35. Bonus sermo suavis est ad audiendum, durus turba amicum, otiosus perdit temporis fructum. In *Oratio. Boaz*, cap. 5.

36. Otiosus et verbosus, raro compunctus est, raro a delicto purus. *Ibid.*, cap. 16, sect. 2.

37. Nemo evolat levem esse culpam, quam tantopere celestis sententia districtiois impugnat, dicens de otiosis verbis rationem esse reddendam. Homil. 6, de *Otiosis verb.*

38. Otiosa sunt semper infructuosa colloquia facti rumoris expositi. *Ibid.*

39. Quis pulandus est otiosus esse sermo, nisi

S. HILDEBR.

HEGO & S. VICTOR.

JOAN. TIRI.

S. HEDONIS
RISPAL.

THOMAS
& KIRI.

S. VALER.
EPISCOPUS.

ignarus rationis et inustus falsitatis? cui studii est aut videnda confingere, aut de incertis, quasi certa sentire? *Ibid.*

40. Otiosa verba sunt, figurata convicia, stulta fatigatione composita, dulcibus (ut aliqui putant) sed multis acineta plagis, ac mortiferis insuper armata supplicis. *Ibid.*

41. Otiosus sermo satis otioso nutrietur auctore. *Ibid.*

42. Otiosa voces injuriam faciliant, et periculum audientibus parant. *Ibid.*

Vide etiam tit. *Redderet rati*, sent. 11; *Tempus*, sent. 32; *Turpiloquium*, sent. 6.

VERBI GENERATIO. Vide GENERATIO VERBI.

VERECUNDIA.

5. AUGUST. *Definitio*. Nihil est verecundia, nisi quidam displicentis motus. Epist. 62.

PLATO. Verecundia est timor ob ignominiam expectationem. *Syrygia* 6, de *Definit.*

5. GREGORIUS
NYSS. *Differentia*. Est differentia inter pudorem et verecundiam: verecundia est quidam intensus pudor, contra autem pudor, remissa verecundia.

Homil. 3, super *Ecclesiasten*.

Erubescencia et verecundia inter se differunt. Erubescencia, est timor de turpi facie; sed verecundia est timor de turpi facie. 4, 2, quest. 41, art. 4.

SENTENTIA PATRUM.

4. Sicut in cembis gravitas, in juvenibus alacritas: ita in adolescentibus verecundia, velut quadam dote commendatur nature. Lib. 1 *Offic.*, cap. 17.

2. Pulchra virtus est verecundia, et suavis gratia, que non solum in factis, sed etiam in ipsis spectatur sermonibus, ne modum progredatur loquendi, ne quid indecorum sermo resonet. *Ibid.*, cap. 18.

3. Prima disciplina, verecundia est, imo etiam in omni usu loquendi. *Ibid.*

4. Maximus actus verecundie, silentium est. *Ibid.*

5. Est etiam oculis verecundia, ut non videro viros homina, nec videri velit. *Ibid.*

6. Est in ipso motu, gestu, incosua tonenda verecundia: habitus enim mentis, in corporis statu cernitur. *Ibid.*

7. Verecundia cum sit omnibus etatibus, personis, temporibus, et locis apta, tamen adolescentibus, juvenilesque annos maxime docet. *Ibid.*, cap. 19.

8. Sicut artifex in materia commodiore melius operari solet, sic verecundia in ipso quoque corporis decore plus eminet. *Ibid.*, cap. 19.

S. VALER.
EPISCOPUS.

S. ANTONIUS
DE PADUA.

S. AUGUST.

V. BEDA.

S. BERNARD.

S. BERNARD.

9. Bonus est pudor, quem commendant silentia. In *Exhort. ad Virgines*.

10. Magna Sanctis cura est verecundia, ut plerumque in ipsis pudor etiam voti sit. Lib. 1, super *Luce*, cap. 1, in illud: *Congregat Elisabeti*, etc.

11. Verecundia dicta est, eo quod vere timeat: qui vero non timet, non erubescit. Serm. *Doni*, 44, post *Trinit.*

12. Quoniam verecundia magna est poena, qui erubescit pro Christo, fit dignus misericordia. *De vera et falsa poena*, cap. 10.

13. Verecundiam abijcitur, omnes simul virtutes abijcit. In suis *Proverbiis*, verbo *Verecundiam*.

14. Mansuetudo pudoris, humilitas cordis, magnanimitas fidei, gratissima sane gemma in diademate, micans in capite stella, rubor in facie hominis verecundia. *Serm. B. M.*, de *Verbis Apocal.*

15. Quid tam proprium verecundia, quam proprias vitare laudes, vitare jactantiam? Serm. 86, super *Cant.*

16. Nescio an quiquam gratius verecundia ad verum in moribus hominum queat, quam est certe omnium ornatus etatum; sed quod tenero gratia verecundia in teneriori etate amplius pulchritudine cernitur. *Ibid.*

17. Quia amabilis verecundo adolescente? quam pulchra, et quam splendida gemma morum est verecundia, in vita et vultu adolescentie, quam vera et minima dubia, bonae nuntia spei, bonae indolis index. *Ibid.*

18. Verecundia virga discipline est adolescenti, qui pudeus affectibus inimicus, lubricus idem motus atque leve coereat, compemittitque insolentem. *Ibid.*

19. Verecundia soror est continentia: nullum manifestum indicium est columbinis simplicitalis, et ideo etiam testis innocentie. *Ibid.*

20. Verecundia lampas est pudoris mentis, jugiter lucens ut nil in ea turpe vel indecorum resideret attentat, quod non in illa alio modo prodit. *Ibid.*

21. Verecundia expugnatrix malorum est, et propugnatrix puritatis incoate, specialis gloria conscientium et famus custos, vite decus, virtutis sedes, virtutum primitia, nature laus, et insignis totius honesti. *Ibid.*

22. Genium animi bonum verecundia est, ut qui male agere non vult, videri tamen verecundetur. *Ibid.*

23. Bona commendatio securitate orationis, si premissis verecundiam. *Ibid.*

24. Optimum plane anime decoramentum,

GILLESBERT.

ANGLOS. verecundia est. Serm. 25, super *Cont.*, apud D. Bernard.

25. Verecundia quasi aurora quaedam omnium actuum colorat principia, et virgineo virtutes reliquas venustat pudore. *Ibid.*

26. Verecundia bona sua non petulantur iactat, sed parca loquitur. *Ibid.*

S. GREGOR. MAGNUS. 27. Sicut verecundia laudabilis est in malo, ita reprehensibilis est in bono: erubescere enim malum, sapientia est: bonum vero erubescere, fatuitatis. Homil. 10, super *Eszech.*

28. Illud verum est aperte desperationis indicium, si verecundia non sequitur peccatum. In *Septem Psalm. Penitentiales*, super *Psalm.*, vers. 10.

29. Verecundus mos torpore indiscretionis inolevit. Lib. 12, in *Regitr.*, indict. 7, in suis *Decretis*, verbo *Verecundus*.

S. GREGOR. NAZ. 30. Pulcher flos est verecundia, ac ornamentum magnam capitique legumentum egregium. Orat. 27, ad *Virgin.*

S. GREGOR. NYZ. 31. Pudor magis, quam timor super erudit ad prava fugienda. Homil. 3, super *Ecclesiasten*.

S. HIERON. 32. Ornet prudentiam verecundia, et cunctas in te virtutes pudor superat. Epist. 14, ad *Celsianum*.

33. Impudentissimum est, ejus te verecundiam non sequi, cujus sequi testeris exemplum. Epist. 47, de *Vitanda suspecto contub.*

34. Mulier cum veste deponit et verecundiam, Lib. 1, *adversus Jovinianum*.

HUGO CARD. 35. Durum est nescire erubescere, quando magna erubescendum est. Super *Hieron.*, cap. 6.

S. JOHANNES CHRYSOST. 36. Humanus animus postquam verecundie lines semel transiit conatus est, in insolentiam dilabatur. Lib. 2, de *Sacerd.*

S. ISID. HISP. 37. Porta semper verecundiam in vultu, porta pudorem in facie, pudore oculos tuos attollere erubescere. Lib. 2, de *Synon.*, cap. 5.

RICHARD. A. S. VICTOR. 38. Disce prius peccatum odisse et tunc illud incipies veraciter erubescere: si veraciter odis, erubescis. *Prose.*

39. Ille pudor verus esse cognoscitur, quia victiorum odium precedit et comitatur: aliqui in peccato deprehendens, et deprehensus pudore confundens; non te credo erubescere culpam, sed infamiam.

40. Non enim verecundia talis descendit tam ab ipso peccato, quam de fame detrimento.

41. Si peccatum perfectum erubescitur, non tam facile committeretur. Part. 1, de *Benjamin minoris*, cap. 46.

42. O vere laudabilis est verecundia, ubi et intus conscientia munda, et foris facies verecunda: nam ubi est aliquid, quo mens erubescat, non

adeo laudabile est, si conspectam faciem rubor perfundat. *Prose.*

43. Omnia verecundia tanto laudabilior, quanto conscientia gloriosior, tutior atque securior. Lib. 3, super *Cont.*, cap. 4, in illud: *Sicut fragmen mali panici, etc.*

SENTENTIE PAGANORUM.

44. Sine verecundia nihil rectum esse potest, nihil honestum. Lib. 1, de *Offic.*

45. Bonum in adolescente signum est verecundia. Epist. 11.

46. Gravissimis viris rubor subitus effunditur: magis quidem in juvenibus apparet, quibus plus calor est, et tenera frons; nihilominus veteranos et senes etiam tangit. *Ibid.*

47. Nutriendus est pudor, qui quantum in animo duraverit, aliquis erit bonae spei locus. Epist. 25.

48. Verecundia parens est omnis honesti consilii, tutela solemnium officiorum, magistra innocentiae, chara proximis, accepta alienis: omni loco, omni tempore favorabilem praese ferens vultum. Lib. 4, *Dictor. memorabil.*, cap. 5.

Vide etiam tit. *Amicitia* in genere, sent. 395; *Confusio*, sent. 4; *Honestas*, sent. 9; 21; *Impudentia*, sent. 5; *Ingenium*, sent. 30; *Modestia*, sent. 43, 44; *Virginitas*, sent. 124; *Virtutum conserio* in specie, verbo *Verecundia*; *Uxor*, sent. 8.

VERITAS.

Ethymologia. Veritas dicitur quasi vera ita est. *Collyrii.*

Veritas est idem quod vera entitas. Super *Epist.* *REGORIUM.*

1 *Joan.*, cap. 5.

Definitio. Veritas est rectitudo sola mente perceptibilis. In *Dialog. de Verit.*, cap. 12.

Veritas est adaequatio rei intellectae ad intellectum. Part. 4, tit. 5, de *Justit.*, cap. 15.

Veritas est id quod est. *De vera Relig.*, cap. 36.

Veritas est forma verorum. *Ibid.*

Veritas est summa similitudo principii, quae sine ulla dissimilitudine est. *Ibid.*

Quid est veritas, nisi menti conformis entitas? S. SOCRAT. Super *Psalm.* cxviii, exposit. 2, cap. 10, art. 2, vers. 16.

Veritas est veri scientia. Lib. 2, *Stromat.*

Veritas est cum res ita est, ut dicitur. Super *Psalm.*

xiv.

Veritas est ejus quod vere est, firma intellectio. *De vita Moysi.*

Veritas est per quam probabili ratione dictum aliquid, vel factum immutatum profertur. *De fract. coenae et spiritus*, cap. 43.

Veritas est substantia, et lumen rationalis. Super *Epist. ad Ephes.*, cap. 4.

S. THOMAS AQUINAS. Verum est declarativum, aut manifestativum esse. Part. 1, *Somma*, quæst. 16, art. 1.

Veritas uniuscujusque rei, est proprietas sui esse, quod stabilitum est ei. *Ibid.*

CICERO. Veritas est, per quam non mutata ea quæ sunt, ante fuerunt, aut futura sunt, dicuntur. Lib. 2, de *Invent. Rhetor.*

S. BOSAT. Veritas est, per quam non mutata ea quæ sunt, ante fuerunt, aut futura sunt, dicuntur. Lib. 2, de *Invent. Rhetor.*

HUGO CARD. Veritas triplex est: oris, cordis, operis. Super *Exod.*, cap. 18.

Triplex est veritas; veritas vite, contra hypocritismum; veritas doctrine, contra hæresim; veritas justitiae, contra acceptionem personarum. Super *Psalm.* L.

PETRUS WLESIAS. Comparatio. Sicut in suavi colloquio, non est suavitas admittenda: sic in duro rusticoque sermone, non est veritas aspernanda. *De charitate*, cap. 52.

VALENTINUS MARLINUS.

SENTENTIE PATRUM.

S. ALBERTUS MAGNUS. 1. Veritas justa est, quando vere concordant mens, lingua, et opera: ut quod sentit quis in corde, hoc profert ore, et perficit opere. *De Paradiso anime*, part. 1, de *Virtutibus*, cap. 18.

2. Ad maiorem veritatis inducere nos debet, quod Christus est veritas, et quia veritas semper in se amabilia est. *Ibid.*

3. Ubi Religio sanctorum, ibi fides veritatis est plenior. Super *Psalm.* cxviii, serm. 14, vers. 2.

4. Quidquid verum a quocunque dicitur, a sancto dicitur Spiritu. Super 1 *Cor.* xiii.

5. Adversarii virtutis, veritatis semper insidiantur. Epist. 2, ad *Frabres*.

6. Abolita est veritas, et mendacium in terris prevaluit. *Ibid.*, serm. de *Vanitate mundi*.

7. Veritas nunquam relinquenda est propter scandalum. Serm. *Domin.* 5, post *Pascha*.

8. Amant homines veritatem lucentem, oderunt eam redarguentem. Lib. 10 *Confess.*, cap. 23.

9. Veritas et sapientia pulchritudo nec multitudine audientium constipata seclodit vementes, nec pergitur tempore, nec migrat locis, nec nocte interceptur, nec umbra intercluditur, nec sensibus corporis subiacet, omnibus proxima est, omnibus sempermanens, nullo loco est, nusquam desit, foris admonet, intus docet cernentes se, commutat omnes in melius, a nullo in deterius commutat, nullus de illis iudicat, nullus sine illa iudicat bene. Lib. 2, de *Libero arb.*, cap. 14.

10. Omnis, qui utrum sit veritas dubitat, in seipso habet verum, unde non dubitet, nec ullum verum nisi veritate verum est. *Prose.*

11. Non itaque oportet eum de veritate dubitare, qui potuit undequaque dubitare. *De vera Religione*, cap. 39.

12. Incomparabiliter pulchrior est veritas Christianorum, quam Helena Græcorum. Epist. 9, ad *dicum Hieronymum*.

13. Mens veritatis capax non est, nisi vitilis liber. *De Agone christiano*, cap. 13.

14. Hominis finis est perfecte querere veritatem. Lib. 1, *contra Academ.*, cap. 3.

15. Nihil verum in quo veritas non est: et omne quod verum non est, falsum est. Lib. 2 *Soliloq.*, cap. 45.

16. Qui verus disputator est veritatis, a falsitate discretor est. Lib. 3, *contra Cresconium*, cap. 15.

17. Veritate manifestata, cedat consuetudo veritati: plane quis dubitet veritati manifestate debere consuetudinem cedere? Lib. 3, de *Baptismo*, cap. 6.

18. Nemo consuetudinem veritatis proponat, quia consuetudinem veritas semper excludit. *Ibid.*, cap. 7.

19. Prævaricatore legis lux deserit veritatis, qua desertus fit cæcus. *De natura et gratia*, cap. 22.

20. Veritas consuetudini proponenda est: sed cum consuetudinem veritatis suffragatur, nihil operet firmius retineri. Lib. de *Baptismo*, cap. 5.

21. Peccatoribus panis veritatis amarus est. Super *Psalm.* v.

22. Veritas et dulcis est, et amara. Quando dulcis est, parit: quando amara, curat. Epist. 214, ad *Romulum*.

23. Veritas intelligentibus mentibus intus loquitur, sine sono instruit, intelligibili luce perfundit. Tract. 54, super *Evangel. Joan.*, de cap. 12.

24. Tutius veritas auditur, quam predicatur; quoniam cum auditur, humilitas custoditur: cum autem predicatur, vir non surregit cuius hominum quantalacumque iactantia. *Ibid.*, tract. 57, de cap. xiii.

25. O miseris homines, qui cum esse volunt mali, nolunt esse veritatem, que damnatur mali: nolunt enim eam esse quod est, cum ipsi debeant nullomodo esse quod sunt, at ipsi mæne nuntentur, non ipsa iudicantur damnentur. *Ibid.*, tract. 90, de cap. xv.

26. Sit veritas in pugna, ut acquiratur securitas in victoria. *De Verb. Apost.*, serm. 3.

27. Veritatis sola inquisitio, perfectum sapientiam munus est. Lib. 1, *contra Academ.*, cap. 3.

28. Hominis finis est, perfecte querere veritatem: quisquis ergo minus instanter, quam oportet, veritatem querit, is ad finem hominis non pervenit. *Ibid.*

29. Via que ducit ad veritatem, nulla tuti opti-

nor) intelligitur melius, quam diligens inquisitio veritatis. *Ibid.*

30. Veritas est aliquid mente nostra, atque ratione sublimius. Lib. 2, de *Lib. arb.*, cap. 13.

31. Nihil beatius eo, qui fruatur incommutabili et excellentissima veritate. *Ibid.*

32. Quidquid iucundum est in ceteris veris, ipsa veritate utique iucundum est: hæc est libertas nostra, cum ipsi subditur veritati. *Ibid.*

33. Si aliquid est excellentius veritate, illo potius Deus est: si autem non est, iam ipsa veritas Deus est. *Ibid.*, cap. 15.

34. Ubi invenit veritatem, ibi invenit Deum meum. Lib. 10, cap. 24.

35. Ubique veritas præsidet omnibus consulentibus, et simulque respondet omnibus etiam diversa consulentibus. *Ibid.*, cap. 26.

36. In diversitate sententiarum verarum, concordiam parit ipsa veritas. *Ibid.*, lib. 12, cap. 30.

37. Hæretici cum promittunt veritatem, a veritate conantur avertere. Lib. 1, de *Gen.*, contra *Manich.*, cap. 1.

38. A quocunque verum dicitur, illo donante dicitur, qui est ipsa veritas. Epist. 28.

39. Omnibus animis se frui valentibus, veritas communiter præsto est. Epist. 50.

40. Aliquando quidam cordis aures adhibent veritati; rarius inter prospera, crebrius inter adversa. Epist. 82.

41. Mirum in quantum se abrupta præcipitent homines, insipientes retia veritatis. Epist. 105.

42. Verbis contendere, est non curare quomodo error veritate vincatur: porro qui non verbis contendit, sed agit verbis, ut veritas pateat, veritas placeat, veritas moveat. Lib. 4, de *Doctr. christ.*, cap. 23.

43. Multi sunt duri ad non consentiendum veritati, et avari ad persequendum. *Annot. in Job*, cap. xxxix.

44. Quæ a veritate non veniunt, plerumque et nullo impellente seipsa subvertunt. Lib. 7, de *Civit. Dei*, cap. 49.

45. Quod instituit multitudo erroris, abstinuit via veritatis. *Ibid.*, lib. 8, cap. 24.

46. Filii diaboli dicuntur homines, qui non credunt veritati. *Contra Adimant.*, cap. 5.

47. Deus est veritas, nec ullo pacto sapiens quisquam est, si non veritatem mente contingat. *De utilit. cred.*, cap. 15.

48. Felix cor certum ad veritatem, infelix contra veritatem. Lib. 13, contra *Flaut.*, cap. 6.

49. Nec alteri potius quam sibi adversatur, qui perisit apertissima veritati. Lib. 5, de *Baptismo*, contra *Donat.*, cap. 3.

50. Falsitas, quæ nudari et redargui metuit

eorum vitiorum nomine, quæ veritas damnat, diligentiam veritatis accusat. L. 1, contra *Crescon.*, cap. 6.

51. In paucis frequenter est veritas, et errata multorum est. *Ibid.*, lib. 4, cap. 53.

52. Erroris preoccupatio impedit veritatis intelligentiam. Lib. 2, de *Nuptiis*, cap. 23.

53. Omnis verax a veritate verax est. Tract. 5, Super *Joan.*

54. Qui servat humilitatem, non labitur a veritate. *Ibid.*, tract. 25.

55. Nihil fortius desiderat anima, quam veritatem. *Ibid.*, tract. 26.

56. Qui odit veritatem, necesse est odiret et a quo veritas nata est. *Ibid.*, tract. 91.

57. Ne pudeat nos veritatis, non contegamus veritatem verborum furo, ne decoro ornata. *Prosec.*

58. Nuda est veritas, patrone non indigens, ipsa seipsum defendens, ac splendide præconio humilitatem evahens ac ostendens. Conc. 26, de *Mart. Manana.*

59. Qui veritatem pro pecunia negant, Deum, qui veritas est, pecunia vendunt. Lib. 4, super *Hebr.*, cap. xv, in illud: *Promiserunt ei pecuniam*, etc.

60. Honorat veritatem, qui et se et sua omnia in eo statit quo veritas, habet et agnoscit veraciter, et humiliter confitetur. Serm. 3 *Advent.*

61. Veritas sola liberat, sola lavat. Serm. 2, post *Octav. Epiph.*

62. Non amat veritas angulos, non ei diversoria placent; in medio stat. Serm. 6 *Ascens.*

63. Nemini blanditur veritas, neminem palpat, nullum seducit, aperte denuntiat. Serm. 2, de *S. Michael.*

64. Non est quo vanitas intret, ubi veritas iam totum occupavit. Serm. 5 *Omnium SS.*

65. Amara est veritas sine condimento gratiæ. Serm. 74, super *Cant.*

66. In via delinquit, qui veritatem derelinquunt. *De duodecim gradib. humilit.*

67. Inquirimus veritatem in nobis, in proximis, in sui natura. In nobis, nosmetipsos dijudicando; in proximis, eorum malis compatiendo; in sui natura, mundo corde contemplan-do. *Ibid.*, verbo *Inquirimus*, cap. 3.

68. Sunt tres gradus veritatis; ad primum, ascendimus per laborem humilitatis, ad secundum, per affectum compassionis, ad tertium, per excessum contemplationis. In primo, veritas reperitur sovera, in secundo, pia; in tertio, pura. Ad primum ratio ducit, quæ nos discentibus; ad secundum affectus perducit, qui aliis miseremur; ad tertium puritas rapit, quæ ad invisibilia sublevarum. *Ibid.*, cap. 6.

S. BONAV.

69. O béata veritas, video quod sine te sapere, desipere est: te vero nosse, perfectum scire est. In *Solliloq.*, cap. 4.

CASSIODOR.

70. Fastidium non habet dulcedo veritatis. Super *Psalin.* xxxi, vers. 20.

S. CLEMENS

71. Veritatis amor, est odium falsitatis. Super *Psalin.* xlv, vers. 9.

S. CLEMENS

72. Nescit titubare quod veritas loquitur. Super *Psalin.* cx, vers. 7.

S. CLEMENS

73. Certissimum est, quod neque amicitia, neque propinquitas generis, neque regni sublimitas homini debet esse pretiosior veritate. Lib. 1, de *Reconq.*

S. CYRILLUS

74. Non Christianus ille est, qui pro veritate mori timet. Epist. ad *Augustin.*, de *miraculis D. Hieronymi.*

S. CYRILLUS

75. Veritatis studiosus semper et Deo placet, et cunctis hominibus utilis est. *De veritate.*

S. ENRIAM.

76. Beatus est, qui absque ulla simulatione semper veritati inservit. *Ibid.*

S. ENRIAM.

77. Veritatis pulehritudo deformis redditur, quando super improbitate extenditur. *De nobis lingua.*

S. ENRIAM.

78. Veritatis curam habeamus, fratres, ut veritas nos circumdet, ac protegat. In illud: *Attende tibi*, cap. 10.

S. ENRIAM.

79. Veritatem silere, idem est quod aurum humo condere. Hab. apud B. Joan. Damasc. lib. 1 *Parvul.*, cap. 19.

S. ENRIAM.

80. Nobilitas est veritas, falsitatis abnegat vel patrocinium, vel obsequium. In *Elucid.*, super cap. xiii, *Job.*

S. ENRIAM.

81. Veritas a quocunque dicitur, omnibus est preferenda. In *Decretis Gratiani.*

S. ENRIAM.

82. Veritas est in caelis, umbra in terris. Super *Jerem.*, cap. 13.

S. ENRIAM.

83. Qui fastu mundi superbiunt, præconia veritatis audire non possunt. Super *Judith.*, cap. 5.

S. ENRIAM.

84. Veritas non ex fabrica, sed ex natura surgit. Super *Job.*, cap. xiii.

S. ENRIAM.

85. Magnum est malum a luce veritatis deserere. Super *Psalin.* ix.

S. ENRIAM.

86. Sancta Ecclesie valentius in veritate reflectitur, cum ardentius pro veritate falgatur. Lib. 9 *Moral.*, cap. 6.

S. ENRIAM.

87. Imperitia mens veritatis sententia graviter tolerat. *Ibid.*, lib. 16, cap. 3.

S. ENRIAM.

88. Veritas fulcra non querit auxilio falsitatis. *Ibid.*, lib. 41, cap. 13, super illud *Job* xiii: *Nam quid Deus indiget mendacio?*

S. ENRIAM.

89. Plana veritatis via est, et grave iter mendacit. *Ibid.*, lib. 42, cap. 1, super illud *Job* xv: *Torrebis eum tribulatio.*

S. ENRIAM.

90. Veritatis lumen, quod clatis occupatisque tenebris absconditur, afflictis humilitatisque revo-

latur. *Ibid.*, lib. 27, cap. 7, num. 11, super illud *Job* xxvi: *Et præcepit ei, ut curvas adorient.*

91. Amicus veritatis est rectus amator actionis. *Ibid.*, cap. 8.

92. Nihil est ad descendendum veritate facilius. In *Pastoral.*, part. 2, admonit. 12.

93. Ille debet esse veritatis defensor, qui quod recte sentit, loqui nec metuit, nec erubescit. *Ibid.*, super *Ezech.*

94. Eis ipsa veritas absconditur, qui ejus verba sequi contemnunt. *Ibid.*, super *Evang.*

95. Non in verbis, sed in rebus veritas sita est. S. GREGORIUS

Lib. 3, de *Theologia.*

96. Nihil veritatem obscurat, quod modestia afficitur. Epist. 17, ad *Eusebium, episc. Cesariens.*

97. Non in sono verborum magis, quam in mente et sententia sita est veritas. Epist. 29, ad *Basiliam Magn.*

98. Veritas laborare potest, vinci non potest. S. HIERONYMUS

Lib. 1 *Dialog. adversus Pelagianos.*

99. Veritas amara est, rugosa frontis ac tristicis offendantur corripit: unde comicus; Obsequium amicos, veritas odium parit. *Ibid.*

100. Haec natura habet, ut amara sit veritas, blanda vita existimetur. Epist. 58, ad *Onuph.*

101. Veritas quidem claudet et ligari potest, vinci non potest: quæ storum paucitate contenta est, et multitudine non terretur. In *Regula monachor.*, cap. 20, de *Juramento.*

102. Veritas mendaciam confutat, et perimitur falsitas veritate. In *Explanat. super Psalm.* lxxi.

103. Magna vis est veritatis, quæ cum per se intelligi possit, per ea tamen ipsa, quæ ei adversantur, elucet: ut in natura immobilis mansens, firmitudine nature suæ quodlibet dum attentatur, accendat. Lib. 7, de *Trinit.*

104. Veritas malis et imperitis amara est. In *Annot. Super Epistolam ad Romanos.*

105. Bonitas respicit esse, justitia agere, veritas loqui. Super *Epist. ad Ephes.*, cap.

106. Error, cui non resistitur, approbatur: et veritas, cum minime defendatur, opprimitur. Hab. in *Decret. Gratiani*, dist. 38, can. *Error.*

107. Veritas ubique mater est sanctitatis, nunquam offendi, nusquam errat, non deviat, non declinat, rectum cor præparat. *Ibid.*, super *Psalin.* cxviii.

108. Qui non libere veritatem defendit, quam libere defendere oportet, proditor est veritatis. *Prose.*

109. Non solum ille est proditor veritatis, qui transgrediens veritatem palam mendaciam pro veritate loquitur, sed etiam ille qui non libere pronuntiat veritatem, quam libere pronuntiare oportet.

S. GREGORIUS

S. HIERONYMUS

S. HIERONYMUS

RUGO A S. VICTORI.

RUGO CARD.

S. INNOC. III.

S. JOANNES CRISTOST.

110. Si propter timorem mortis tacere veritatem, impietas est, quomodo non est impietas major propter miserum ventrem, et spem vani honoris tacere veritatem, et sic meliorem facere gratiam panis et honoris, quam gloriam veritatis? Homil. 25, super *Muth. oper. imperf.*; super illud: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, etc.*

111. Si veritas salus et vita est cognoscendum esse, magis debet quaeri, quam quaereri. *Ibid.*, homil. 56.

112. Lavior culpa est veritatem non apprehendere, quam continere apprehensam. *Ibid.*, homil. 49.

113. Naturaliter veritas nescit mentiri, nec potest aliquando perire. *Ibid.*

114. Nihil veritate clarius, nihilque potentius. Homil. 28, super *Joan.*

115. Veritas latere non vult, nullum timet periculum, nullas insidias tremit, nullam desiderat multitudinis gloriam, nulli hominum est noxia, omnia excidit, et ab innumeris insidiis tuta permanet. *Ibid.*

116. Veritas latere non vult, sed latentia omnia et abscondita in medium proflit.

117. Talis est veritatis natura, ut unde magis oppugnatur, inde magis confirmetur: et quo magis oblegitur, eo clarior eradiat. *Ibid.*, homil. 57.

118. Falsum veritas non capit, amaritudinem dulcedo non patitur. Homil. super illud *Joan. 17*: *Veritas hora, etc.*

119. A veritatis auctore nihil quidquam meretur impetrare, qui veritatis rebellium sese voluerit exhibere. *Ibid.*

120. Veritas Ecclesiae columna est, et firmamentum. Homil. 44, super *1 Timoth.*

121. Veritatis status, etiam multis impugnantibus, suscitatur et crescit. Homil. 4, de *laud. Pauli.*

122. Praestantissimum omnium bonorum est veritas; capta difficilis est veritatis sermo. Lib. 1. *Parall.*, cap. 19.

123. Veritatis robur nullam opem requirit; verum quamvis innumerati sint, qui eam extinguere moliantur, adeo tamen non extinguuntur, ut etiam per eos ipsos, qui eam vexare conantur, splendor existat, eosque qui frustra sese tantum, irridet. *Ibid.*

124. Nihil fortius veritate, veritas enim nunquam convincitur falsi: quisquis vero cum veritatem dicere quaerit, eam subicit, a Deo condemnabitur. *Ibid.*

125. In suam perniciem mala fabricatur, qui veritati obstitit. *Orat.*, de *Transfiguratione.*

126. Ardua quidem res est, profectio veritatis,

et qua incurantibus errorum tenebris, aut negligenter proflentis frequentissime vitatur. Lib. 4, de *Nugis curial.*, in prologo.

127. Qui veritatem non vult audire vel loqui, a spiritu veritatis alienus est. *Ibid.*

128. Veritatem libenter audit, amicus veritatis: et salus illius desperanda est, cui gravior est fraudulentae adulationis illecebra, quam veri salubris asperitas. *Ibid.*, epist. 234.

129. Veritas furo caret, et loqui non novit, nisi facis revelata. *Ibid.*, epist. 258, ad *Robertum.*

130. Investigationem veri multorum est quaerere, sed paucorum est invenire. Lib. 2, de *Sum. bono*, cap. 1, sent. 6.

131. Quid profuit te vidisse veritatem, quam nec defensurus es, nec secuturus? Lib. 2, *Divin. instit.*, cap. 3.

132. O quam diffusilis est ignorantibus veritas et quam facilis scientibus! *Ibid.*, cap. 5.

133. Non ab eo veritas exigenda est, qui se necesse falerit. *Ibid.*, cap. 12.

134. Veritas a vulgo solet variis sermonibus dissipata corrumpi. *Ibid.*, cap. 44.

135. Ubi custodiat homo veritatem, que licet ad praesens sit insuavis; tamen cum fructus ejus, atque utilitas apparuerit, non odium pariet (ut ait Poeta) sed gratiam. in *Epitoma*, cap. *Supra*.

136. Simplex et nuda veritas, ornamentis extrinsecus additis fucata corrumpitur, luculentissima enim est, et satis ornata per se est. Lib. 3, de *Divin. Inst.*, cap. 1.

137. Tanta est potentia veritatis, ut scipsum (quamvis in rebus exiguis) sua claritate defendat. *Ibid.*

138. Veritas est animae pabulum, incredibili quadam jucunditate perfusum. *Ibid.*, lib. 5, cap. 1.

139. Qui veritati studet, ut animas sibi vinciat, praefert vera falsis, reterna brevibus, utilis jucundis. *Ibid.*, lib. 6, cap. 24.

140. Veritatis semitas non declinat, qui rursus ad charitatis arcem festinat ascendere: semitae namque veritatis virtutes sunt. *Proem.*

141. Nemo ad veritatis perspicuam agnitionem potest attingere, si virtutibus ornata non fuerit. De *lypno viter*, tract. 4, de *Charit.*, cap. 2.

142. Clara est veritas, aspectu delectabilis, amabilis supra modum, nil in se conquisitum admittens. De *civitate Dei*, cap. 25.

143. Mens christiana fugax mendacis est, discipula veritatis. *Serm.* 8, *Quadrages.*

144. Ubi veritas est magistra, nunquam demittit divina solatia. *Epist.* 36, ad *Martin. presby.*

145. Dei cultorem docet adherere veritati, et

S. ISIDORUS HISPAL.

LACT. TIRM.

SENTENTIA FAGANORUM.

ARISTOTEL.

CICERO.

PLATO.

SENTENTIA.

PHILO.

verborum conjecturalium subtilitatibus extremum valde. De *sacris. Abel.*

146. Nihil est amore veritatis celsius. In *Peritipiano*, de *Hymno S. Romani mart.*, vers. 388.

147. Tacenti qui loqui possunt, dum ipsis infernum malis percutit: nec voluit eis vim aperte promere veritatis, ne faciant eos ingesta acrius veritate peiores. Lib. 8, de *Gubern. Dei.*

148. Modis omnibus est tenenda veritas, ut quod in re est, hoc et in verbis sit. *Ibid.*, lib. 8.

149. Enuntiari aliter veritas non potest, quam vis ipsa exigit veritatis. Lib. 4, ad *Eccles. cathol.*

150. Aut semper, aut plurimum vera dicere, divinum est, aut divino quam proximum. De *Insomniis.*

151. Affinis est Deo veritas. *Epist.* 505, ad *Fractem.*

152. Nihil verum in his, qui Deum nesciunt praesidium et magistrum veritatis. De *Culta feminar.*, cap. 1.

153. Nihil veritas embescit, nisi solimmodo abscondi. *Adversus Valentinianos*, cap. 3.

154. Nullo modo melius, quam contradicentibus resistendo, aperitur veritas. De *perfect. vitar.*

SENTENTIA PATRUM.

155. Partus exiit a veritate sit his, qui exorbitaverunt, si longe progrediantur, decies milibus major. Lib. 4, de *Genio*, cap. 5, text. 33.

156. Veritas rei est ipsa res. Lib. 8, *Theolog.*, cap. 6.

157. Sanctum est, honori veritatem praefere. Lib. 1, *Ethic.*, ad *Nicomach.*, cap. 6.

158. Qui verum amat, et in quibus etiam nil refert vera dicit: is multo magis vera dicit, in quibus refert. *Ibid.*, lib. 4, cap. 7.

159. Homines satis ad veritatem nati sunt, et ut plurimum veritatem consequuntur. Lib. 1, *Rhetor.*, cap. 1.

160. Nihil est veritatis luce dulcius. Lib. 2, *Academic. quest.*, num. 31.

161. Ubi dux veritas affulserit, fieri nullo modo potest, ut eam viliorum chorus consequatur. Lib. 6, de *Regul.*

162. Veritas hominibus praestit ad omnia bona consequenda: cuius adeo qui felix beatusque est futurus: statim ab initio particeps esse debet, ut in veritate plurimo tempore vitam agat. Lib. 5, de *Legibus.*

163. Tanta est veritatis vis atque efficacia, ut orator qui eam novit, etiamsi aliud agat, auditorum animos alliciat atque perducit. in *Dialogo Phaedri.*

164. Magis veritas elucet, quo saepius ad manum venit. Lib. 3, de *Ira*, cap. 20.

165. Patet omnibus veritas, nondum est occupata: nullum ex illa etiam futuris relictum est. *Epist.* 33.

166. Assuesce et dicere verum, et audire. *Epist.* 68.

167. Veritatis una vis, una facies est. *Epist.* 102.

168. Veritatem dilige: nihil tam vernaculum sapientiam, quam veritas. *Sent.* 148, et 158.

169. Verbum verum, ut Doctum honora. *Ibid.*, sent. 344.

Vide etiam tit. *Amaritudo*, sent. 9; *Amicitia*, in genere, sent. 87; *Cognitio veritatis*, per totum; *Corruptio*, sent. 44; *Defensio*, sent. 6; *Disce*, sent. 26; *Eloquentia*, sent. 39; *Error*, sent. 43; *Fides*, sent. 63; *Honor*, sent. 121; *Iniquitas*, sent. 22, 23, 83; *Intellectus*, sent. 37; *Invenire*, sent. 36, 37; *Invidia*, sent. 29; *Maledictio*, sent. 8; *Martyrium*, sent. 59; *Mendacium*, sent. 6, 16, 16, 30, 36, 56, 66, 82; *Nescire*, sent. 45; *Opinio*, sent. 25; *Placere*, sent. 23; *Predicatio*, sent. 21, 22, 24; *Premium*, sent. 13; *Scandalum*, sent. 4, 14, 14, 15; *Securitas*, sent. 19; *Simplicitas*, sent. 42; *Suavitas*, sent. 10; *Testis*, sent. 76; *Veritas* sent. 7.

VERITATIS COGNITIO. VIDE COGNITIO VERITATIS.

SENTENTIA PATRUM.

1. Non ideo malum est, quis veritatem lege: sed ideo veritatem lege, quia malum est. Lib. 4, de *Libero Arbitrio*, cap. 3.

2. Est vitium primum animae rationalis, voluntas ea faciendi, quae velat summa et infima veritas. De *vera Relig.*, cap. 20.

3. Quis coram Deo innocens invenitur, qui vult fieri quod veritatem, si subtrahas quid timeatur? *Proem.*

4. In ipsa voluntate reus est, qui vult facere quod non licet fieri: sed ideo non facit, quia impune non potest fieri. *Epist.* 144, ad *Anastasia.*

5. Appetunt ardentes, quae veritatem: dum id quod spiritaliter jubetur, carnalis concupiscentia observare compellitur. *Epist.* 200, ad *Aet. Icam.*

6. Ab hominibus nondum spiritalem gratiam percipientibus suavis admittitur quod veritatem. Lib. 1, de *Divinis quest.*, ad *Simplicianum*, quest. 1.

7. Generalis prohibitio est, non concupiscentes: et generalis fessio, diliges. De *Perfect. iustitia*, cap. 5, radicem. 11.

8. Legis iustitia est, jubere quod Deo placet, vetare quod displicet. Lib. 3, ad *Bonifac.*, cap. 7.

SENTENTIA PHILOSOPH.

S. AUGUST.

R

S. BERNARD. 9. Nullius prohibitio valet obviare preceptis, nullius iussio prohibere prohibitis. *Epist. 7, ad Adam monach.*

10. Prælati prohibitio non præstet terminos professionis: nec ultra extendi potest, nec contrahi citra. *De precepto et dispens.*

11. Serva commissum, expecta promissum: cave prohibitum, ne perdas concessum. *De duodecim grad. sanctit., grad. 4., verbo Tu pœque.*

12. Preceptio unius contrarii, est alterius prohibitio. *In Decreto Gratiani.*

13. Prohibitio et permissio contraria non sunt: nam Dominus permittit uxorem infidelem dimitti, Apostolus prohibet. *Ibid.*

14. Quod concupiscitur fit dulcius dum vetatur: ex prohibitione enim, ubi charitas deficit, desiderium mali crescit: quo solo dulcius fit quod prohibetur. *Super Epist. ad Roman., cap. 7.*

15. Nunquam dicitur licere, quod prohibetur. *Super illud I Cor. vi: Omnia mali licent.*

16. Omnis qui vedita concupiscit, dum preceptorem despiciit, superbit. *Lib. 5, in I Reg., cap. 4.*

17. Quod naturaliter accedit, penitus vetari non potest. *Serm. 4, Dom. 4 post Pascha.*

18. Peccat quidem ille, qui imperata neglexit: sed plus peccat, qui vedita non servat. *Epist. 8.*

19. Talis est natura fidei, ut quanto magis veltur, eo magis accendatur. *Homil. 36, super Matth. Oper. imperf.*

20. Cui quod concupiscitur prohibetur, eo redditor validior concupiscentis flamma. *Serm. 42, super Epist. ad Rom.*

21. Omnibus fugiendum est, quod omnibus probatur interdictum. *De Propriet. monachor., cap. 8.*

22. Regis est jubere vetareque. *De premissis.*

23. Cum illa qua facere a Deo vetamur, admittimus, vetantis iussa calcamus. *Lib. 2, de Gubern. Dei.*

24. Potestas magna et potentissima, quam inhibere seculis maximum potest, quasi probat debere fieri, et scilicet patitur perpetrari. *Prose.*

25. In otiosus enim manu est, ut prohibeat: jubet agi, si non prohibet admitti. *Ibid., lib. 7.*

SENTENTIA FAGANORUM:

ARISTOTEL. 26. Que lex non jubet, vetat. *Lib. 5, Ethic., ad Nicomach., cap. 14.*

VIA.

CASSIODOR. *Elymologia.* Via dicitur, quia per eam unusquisque transeuntium viatur. *Super Psalm. i, vers. ultimo.*

Diviso. Septem sunt viae difficiles, via montuosa, s. ANTONII via spinosa, via lutosus, via tenetrossa, via tumultuosa, via sumptuosa, via tardiosa, via montuosa, superborum; via spinosa, avarorum; via lutosus, luxuriosorum; via tenetrossa, invidiarum; via tumultuosa, iracundorum; via sumptuosa, gulosorum, via tardiosa, aaciosorum. *Part. 4, tit. 5, cap. 3, § 1.*

Quadruplex est via. Via a qua; via in qua, via per quam, via ad quam. Via a qua imus, est peccatum; via in qua imus, sunt virtutes; et bona opera; via ad quam tendimus, et per quam imus, est Christus. *Super Psalm. xxxvi.* Dues sunt viae: via iniquitatis, via veritatis. Via iniquitatis est in ingressu delectabilis; via veritatis, est in ingressu gravis, in progressu delectabilis, in egressu remunerabilis. *Exposit. 4, super Psalm. cxviii, in illud: Mirabilia testimonia tua, etc.*

Tres sunt viae. Via Dei, via hominis, via diaboli. Via Dei, est veritas; via hominis, est necessitas; via diaboli, est iniquitas. *Super Psalm. xci, cap. 69.*

SENTENTIA PATRUM.

1. Aliae sunt viae, quas debemus sequi: aliae, quas custodire. Sequi vias Domini, custodire nostras, ne in culpam dirigantur. *Lib. 1 Offic., cap. 2.*

2. Via nostra, via recta, via angustior, virtus erubescunt, trames pressior, fides sublimior, callis arctior, vigor mentis exundans. *Prose.*

3. Via nostra, via recta, quia inflexibilia sunt virtutum vestigia. *Lib. 4, epist. 6, ad Innocent.*

4. Providus doctor Paulus multas ostendit vias, ut qua vult unusquisque quam sibi accommodatam arbitrat incedat. *Prose.*

5. Bona virginitatis via est, sed sublimis et ardua, validiores requirit.

6. Bona etiam viduitatis via, non tam difficilis ut virginitatis, sed confragosa et aspera, cautores requirit.

7. Bona etiam matrimonii via, plura et directa, sed longiore circuitu ad castra Sanctorem pervenit, ea plurimos recipit. *Lib. 10, epist. 82, ad Verceilens. Eccles.*

8. Viam, quam quis sibi assumit in bono, vel in malo in adolescentia sua, perseverans illam tenet. *Part. 4, tit. 10, cap. 6, § 2.*

9. Heu? quanta dementia in via lassari, et viam non posse finire. *Serm. Dom. 6 post Pascha.*

10. Si quisquam errore deserens viam, eo tamen per agrum pergat, qui etiam via illa pervenit, corrigendus est: tamen: et quam sit utilis viam non deserere demonstrandum est, ne con-

suetudine devinodi, etiam in transversum aut perversum ire cogatur. *Lib. 1, de Doctr. christiana, cap. 36.*

11. Pergite viam sublimitatis, pede humilitatis. *De Sancta virginitate, cap. 62.*

12. Via Dei dura sunt timori, levis amori. *De Natura et gratia, cap. 10.*

13. Qui perit de via justitiae, cum magna miseria per vias iniquitatis errabit. *Super Psalm. ii.*

14. Si se deviasse quis invenerit, redat ut in via ambulet: si se in via invenerit, ambulet ut perveniat: nemo superbus sit extra viam, nemo piger in via. *Super Psalm. xxxi, in prelat.*

15. Viam Christi si vis, vere Christianus es: ipse est enim Christianus, qui non aspernat viam Christi, sed vult viam Christi sequi per possessiones ipsius. Noli per aliam viam velle ire, quam per illam qua ipse ivit: dura videtur, sed ipsa est tua via, alio forte delicias habet, sed latronibus plena est. *Super Psalm. xxxvi, vers. 24.*

16. Angusta via est: laboranti angusta est, amanti lata. *Super Psalm. xxx, conc. 4.*

17. Via perversa relinquite malignitatem, qui non potestis relinquere bonitatis voluntatem. *Super Psalm. cxviii, conc. 1.*

18. Que certior via Domini, quam fides ex qua justus vivit? *Ibid., conc. 2.*

19. In viis Domini, quas omnes fides una complectitur, qui dixit: Ego sum via, nemo peccatum operatur, sed confitetur. Deviat ergo cum peccat, et ideo peccatum viae non tribuitur quod a deviate committitur: sed in via fidei pro non peccantibus habentur, quibus peccata non imputantur. *Ibid., conc. 3.*

20. Nullo modo dicenda est via correcta, quando est via perversa. *Ibid., conc. 5.*

21. In via tua vivifica me? Que via? non vanitas, sed veritas est. *Ibid., conc. 12.*

22. Via lata mortifera est, latitudo ejus delectat ad tempus, fuit ejus angustus in aeternum. *Super Psalm. xxxix, vers. 6.*

23. Si quis te impedierit in via Dei, ut illud quod rectum intendebas timet, aut labatur a via, aut cadat, aut recedat de via, aut remanet in via, aut retro revertatur unde venerat: quidquid tibi tale fecerit, supplantavit te, decepit te. *Super Psalm. cxxxix, vers. 3: Supplantare gressus meos.*

24. Omnis semita via est, non omnis via, semita: quare ergo via illa semita sunt diete, nisi quia angusta sunt? via lata impiorum, via angusta iustorum. *Super Psalm. cxli, vers. 11: Tu cognovisti semitam meam.*

25. Via peccatorum placet tibi, quia lata est: altitudinem ejus vides: finem ejus non vides:

ecce ubi finitur, precipitium est, ubi finetur profunditas quadam barathri est. Letantes, et si patientes in ista via, illo fine merguntur. *Super Psalm. cxv.*

26. Iter hujus sive molestum est, plenum tentationibus, in rebus prosperis non quis ex tollat: in rebus adversis, non se frangat. *Tract. 42, super Ewang. Joann., de cap. 3.*

27. Via collis angusta est paucis eligentibus, facilius tamen omnibus diligentibus. *De Verbis Domini, serm. 9.*

28. Omni studio lata seculi via vitanda est, quam ducit ad mortem: at vero omni cordis desiderio via angusta que ducit ad vitam aeterna est et appetenda. *Prose.*

29. Via angusta est via abstinentie et castitatis, humilitatis et omnis religionis, quam viam ante nos Christus attrivit, qua via ad suum regnum migravit. *De Triplici habitaculo, cap. 4.*

30. Via collis angusta est paucis eligentibus, facilius tamen omnibus diligentibus, quam viam ante nos Christus attrivit, qua via ad suum regnum migravit. *De Triplici habitaculo, cap. 4.*

31. Qui non proficit, remansit in via: qui forte a meliore proposito declinat ad id quod deterius reliquerat, reversus est retro: qui fidem deserit, a via erravit. *De Cantico nove, cap. 4.*

32. Currite velociter rectam viam, ipsa enim vos perducit ad patriam. *Ibid., cap. 10.*

33. Somni ambulemus in via, sed insidias timeamus juxta viam: inimicus non audet insidiari in via, quia Christus est via, sed juxta viam plane non desinit. *Prose.*

34. Quid formidat, quid metus est in via ambulans? tunc time, si deseras viam: nam inimico permittitur ponere juxta viam laqueos, ne securitate exultationis via deserratur, et in insidiis incidatur. *De Verb. Dom., serm. 64.*

35. Molius est in via claudicare, quam præter viam fortiter ambulare. *Ibid., serm. 55.*

65. Viduae facile decipiuntur, non habentes

- consiliatorem virum, et facile de rebus suis aliis praestant, cum sint nullius potestati subjectae. *Ibid.*, homil. 44.
66. Non parva vis lacrymarum viduae est, quae ipsum caelum possunt aperire. *Homil. 69, super Joan.*
67. Viduarum multitudo, virginum chorus, Ecclesiae totius quondam ornamentum, evanuit nunc. *Homil. 36, super I Cor.*
68. Verae viduae hoc argumentum est, secundis nuptiis non conglutinari, hospitalitas, studium in pauperes, et constantia precum. *Ibid.*
69. Viduae quondam auri loco misericordiae officii, velut mundo quodam ornata vestiebant: nostrae vero relictis his, e violorum catenis faveolis aureis implexis undique cinguntur. *Ibid.*
70. Pudicitia proclariorem multo facit, viduam (si cui fuerit) quam quae auro est conspicue ornata. *Homil. 6, super I Thest.*
71. Viduitas non permittit ut sumptuosum ornatum aemulorum ludibrio pateas. *Ibid.*
72. Hoc peculiare est viduarum munus, nempe in bonis moribus liberos educare. *Ibid.*
73. Quae saecularem penitus abiecit vitam, atque in viduitate persistit, vera vidua est. *Homil. 43, super I Timoth.*
74. Versatier vidua est, quae liberis destituta, sola persistit, et ex solo Deo pendet, rebusque divinis. *Ibid.*
75. Quanto pauperior est vidua, tanto magis est vidua. *Homil. 15, super I Timoth.*
76. Quemadmodum virginem facit honestam habitus, orationisque perseverantia: sic viduam, solam esse, perseverare in observationibus, et abstinere a deliciis. *Homil. 7, super II Tim.*
77. Si vidua permanens, eundem apparatus, eandemque pompam habitura es, quam vivente adhuc viro habuisti, melius est nubere. *Ibid.*
78. Quasdam viduae rearsae sunt retro post satanam, quia viduitatem rite servare nescierunt. *Ibid.*
79. Vis noscere quae sit viduitas, et viduitatis imagine? si susceperit hospitio, si sanctorum pedes lavit, si his qui in tribulatione sunt, subministravit, si omne opus bonum secuta est. *Ibid.*
80. Si mortuo viro ingentem opum praeferas fastum, viduitatem congrue non fers: sed transfer in coelum divitias tuas et erit tibi tolerabile viduitatis onus. *Ibid.*
81. O inique! si viduam leseris, viduarum provisorum ad iracundiam provocabis. *Homil. 5, de Punit.*
82. Ne virum plus ames, quam Deum, et viduitatem non senties unquam, quia habes, qui te

- magis amat, tutorem immortalem. *Homil. 6, super I ad Theosal.*
83. Felix virgo, quia intacta; fortior vidua, quia experta: utrique tamen apud Deum merces: major illi, subsequens isti. *Lib. 2, de Offic. Eccles.*, cap. 18.
84. Dicit apostolus, vidua eligatur unius uxoris viri: unde consequens est, ut quae plurimis fuit nexa maritis, careat nomine viduitatis. *Ibid.*
85. Si in viduitate perstas, ne juvenilem in modum te geras. *Prose.*
86. Quod si ornate atque eleganter induta es, et luctus nomen obtines, has duas res parum inter se consonant: aut igitur alterum relinque, aut pudorem ac verecundiam contumelia ne affice. *Lib. 1, epist. 79, ad Lycomanum.*
87. Deus cujus perpetua clementia est, viduas defendi ac tueri jubet. *Lib. 6, de Divin. inst.*, cap. 12.
88. Viduis tutela non desit. In *Epitome*, cap. *Dist.*
89. Cauta sanctae viduae satagendum est, ne mens ejus implacabilis odii, vel turpis concupiscentiae squalore sordescat. *Lib. 8, epist. 14, ad Sorores.*
90. Viduarum tutelam habere profuturum Deo, quia haec maritis orbatæ sunt, ideo propitium nomen non aversatur hujus generis patrocinium. *Lib. 2, de Vicinis.*
91. Si vidua est quæpiam, nequaquam sibi sufficere ad æternam salutem nomen viduitatis putet: quia parum illud est, etsi non sit delictiosum, nisi dives nisi fuerit Deo adhaerens, nisi orationi dedita, nisi a cunctis mundi illecebris desolata, et per haec omnia vera vidua. *Prose.*
92. Nequaquam sibi sufficere estimet: si delicias sibi ab Deum, et divitias abnegavit, nisi et oratione et labore id promeruerit, ut vera vidua Dei esse videatur. *Lib. 2, ad Ecclesiam catholicam.*
93. Absque dubio viduam divitem esse non vult, quam Deus delictiosam esse non patitur. *Ibid.*
94. Cum Apostolus in deliciis viduae mortem esse memoraverit, promptum est quod ad vite aeternae fructum vult universa distribuere, qui non vult ad mortis usum aliqua reservari. *Ibid.*
95. Nihil viduitati apud Deum subsignate necessarium est, quam perseverare. *Lib. 1, ad Ursulam, de Nepitii*, cap. 4.
96. Vidua vera est illa, quae non habet alias personas, a quibus sustentetur. Super I *Timoth.*, cap. 5, lect. 4.
- Vide etiam tit. *Matris*, sent. 90; *Nuptias*, sent. 60, 61, 62, 63, 65; *Sacerdotis Offic.*, sent. 21; *Victoria in generâ*, sent. 4.

S. ISIDORUS
HISPAL.S. ISIDORUS
PHELICOTA.

LACTANTIUS.

MELIO JUD.

SALTIANUS.

TERULLI.

S. THOMAS
AQUINAS.

1. Dormiist caro tua, vigilet fides, dormiast s. ANTHON. illecebrae corporis, vigilet cordis prudentia. In *Echor. ad Virgin.*
2. Oportet viri sapientis animam die noctuque in exercitio jugi specula praeferere, nunquam somno indulgentem, perpetuis vigiliis intentam Deo.
3. Vigilare Dei, est in defensionem electorum suorum, et in ultionem inimicorum suorum, se manifestum Deum demonstrare. *De Elementis divinis*, verbo *Vigilare*.
4. Vigilat hostis, dormis tu? Super *Psal.* lxxv.
5. Corde vigila, ille vigila, spe vigila, charitate vigila, operibus vigila. *De Verbis Dom.*, serm. 23.
6. Sic vigilet tolerantia, ut non dormiat disciplina. *De Verbis Apostoli*, serm. 22.
7. Quanto hostis vigilat ut nocent; tanto Christianus vigilet, ut vincat. *Homil. 46, Ex Quinquagesima homil.*
8. Vigilat qui ad aspectum veri luminis mentis oculos aperiet tenet. In suis *Proa.*, verbo *Vigilat*.
9. Vigilemus super opera nostra, fratres, nec vel omittere quod praecipit, vel quod prohibitum est committamus. *Prose.*
10. Vigilemus super verba nostra, ne in eis vel offendere Deum, vel proximum nocere contingat. *Serm. de Triplici custodia.*
11. Anima quae amat, vigilat, et beata quam Dominus invenit vigilantem. *Serm. 57, super Cant.*
12. Semper esto vigilans, et cum omni vigilantia viriliter dimica. *Serm. 55, ad Sarranen.*
13. Si ad Deum cum omni instantia vigilaveris, felix eris: quia promisit Deus coronam vigilantibus. *Ibid.*
14. Venter vacuus, in oratione vigilare facit, repletus autem somnum infert gravissimum. *Ibid.*, serm. 24.
15. Quanto quisque sollicitior circa se fuerit, tanto plus metuit. *Homil. 29.*
16. Ad Deum vigilat, quoties in mundi ambitione dormitur. Super *Psal.* lxxv, vers. 1: *Ad te de luce vigila.*
17. Christianus cum dormit oculis, debet corde vigilare. *De Orat. Dom.*, cap. 13.
18. Si diabolus imparatum invenit militem Christi, si non sollicitum, ac toto corde vigilantem, circumvenit nescium, fallit incautum, decipit imperitum. *De Escheri. Martyr.*, in praefat.
19. Vigilantia peritulis est, et honorum omnium s. EPIPHAN. conciliatrix. *De recand. maris.*
20. Male homo vigilat, quando eum saecularium s. AUGUST.

S. AUGUST.

V. BERA.

S. BERNARD.

S. CASSIUS
ADRIAN.

CASSIODOR.

S. CYPRIAN.

S. CYPRIAN.

MAGNES. negotiorum aestus insolenter inquietat. Lib. 23, *Moral.*, cap. 12.

21. Saepe dum aliqua torpens agit, quae vigilantem agenda sunt, negligit. *Prose.*

22. Saepe dum plurius vigilantem se in actiones exhibet, ipsa actionis sine inquietudine rebus subditis nocet. *Ibid.*, lib. 2, cap. 26, num. 35.

23. Qui super rem sibi creditam vigilat, hostis insidias declinat. Lib. 9. In *Regibus*, in 4, cap. 8, epist. ad *Bonum abbat. monasterii Trivenc.*

S. HIERON.

24. Grandi libri opus est vigilantiam grandis cura: quanto dicitur es, tanto debes esse vigilantior. Epist. 4, ad *Demetriad.*

25. Monachus qui non vigilat, sed dormit, non custodit se. Super *Psalm.* xxxvi, vers. 4.

S. HUGO CARL.

26. Vigilat Deus, ut discernat merita; vigilat homo, ut custodiat; diabolum vigilat, ut damnet; bonus vigilat, ut sibi prosit, ut alius prosit; malus, ut aliis nocent. Super *Psalm.* lxxi.

IDIOTA.

27. Quod si anima ad Deum vigilat, multo prius vigilat et ipse. Lib. 1, *contemplat. de Amore Dei*, cap. 6.

S. INNOC. III.

28. Quilibet in quolibet loco vigilare tenetur contra daemones, mundum, et carnem. Super *Psalm.* cx.

29. Sane vigilat Deus per misericordiam et iustitiam, ad indulgendum et puniendum. Vigilat angelus per diligentiam et cautelam, ad custodiendum et ad iuvandum. Vigilat homo per circumspersionem, per informationem, per predicationem, per contemplationem, per attentionem. Vigilat zabolus, ad nocendum et seducendum. *Ibid.*

S. IOANNES CERYOST.

30. Scitis quod hominem habemus perpetuum, et fœderis necessarii, unde nobis magna vigilantia opus est, ita ut ejus fraudas vincere et superiores ejus tolli constiteri possimus. *Homil.* 60, super *Gen.*

31. Vigilare oportet in omni tempore; opus est vigilantiam, dilecti. Nam et miles dormit, non in vello, sed humi. Piscator non dormiens piscatur, sed stans aliquando peragit noctem. Agricola omnem exhibet vigilantiam, non domini vinea hœdatur; et pastor sub die stans noctem consummat, gregem custodiens. *Homil.* 22, ad *Popul. Antioch.*

S. ISIDORUS PELUSIOTA.

32. Pervigil ut miles incede, ne quis somnus obrepat, qui te frangat et emolliat, clypeique abjectorem ne perferam, quod abest, reculat. Lib. 1, epist. 104, ad *Theognist.*

S. LEO I.

33. Contra communes hostes pro salute communi una communis debet esse vigilantia, ne de alienis membri vulnera, etiam alia possint membra corrumpi. *Serm.* 5, de *Fejui. decimi mensis.*

34. Semper ad omnia vigilias esse salutas, nullus ignorat: quia revera plus vigilare, plus vivere est. *Prose.*

35. Nam quid tam mortis simile, quam dormientis aspectus? quid tam vita plenum, quam forma vigilantium? *Serm.* 24.

36. Vigilantia moderata scilicet humana mentis exacuit, geminatio repetiti soporis obtundit. *Opusc.* 42, cap. 25.

37. Ille non vigilat, qui semetipsum negligens, de salute sua non cogitat. Part. 2, lib. 1, super *Apocal.*, cap.

38. Vigilat, qui ad aspectum veri luminis oculos apertos habet; vigilat qui servat operando quod credit: vigilat, qui a se corporis et negligentiam tenebra repellit. *De ultimo advent. Chr.*

39. Vigilantiam tam sensum, quam etiam mentem subtiliorem se puriorem efficit. Lib. 3, num. 2.

SENTENTIA PAGANORUM.

40. Plus vigilia semper, nec somno deditus esto. Lib. 1 *Dialchor.*, met. 3.

24. Vide etiam tit. *Dormire*, sententia 21, 22, 23.

VINDICTA IN GENERE.

Etymologia. Vindicta venit a vindico, quasi vim dico.

Definitio. Vindictio est per quam vis, et injuria, et omnino omne quod obscuro est, defendendo, sunt ulciscendo propulsatur. Lib. 2, de *Invent. Rhetor.*

Divisio. Triplex est ultio. Quaedam ex ira, quaedam ex humana infirmitate, quaedam ex zelo iustitiae. Super *Ecclesiasticum*, cap. 28.

Differentia. Vindicta inferitur homicidio, per manum; clamore, per os; indignatione, per signum. Part. 4, *Centilogii*, sect. 20.

SENTENTIA PATRUM.

1. Vindicta pars est non minima, suspendendae vindictam, ut irruat gravior. Part. 2, de *Statutis frat.*, cap. 47, narrat. 2.

2. Non vult vindicare, qui est paratus ignoscere. *De fuga seculi*, cap. 3.

3. Melius est dissimulare injuriam, quam eum redarguis vindicare. Super *Psalm.* xxxvii.

4. Non habet ultionis studium perfecta virtus. Lib. 7, Super *Luc.*, cap. ix, in illud: *Nolite prohihere eum, etc.*

5. Vindicta locum non habet, nisi ubi precessit injuria; quae ad eum pertinet, qui vindictam appetit. Part. 4, titulo 6, cap. 41, § 1.

6. Finitis ira est vindicta. Part. 2, tit. 7, de *Ira*, cap. 6.

7. Non resistamus malo, ne nos vindicta de-

S. PETERUS

CERYSTOL.

S. PETERUS

DAMIANUS.

RICHARD. A

S. VICTOR.

S. THOMAS

AQUINAS.

IN VIT.

PATR.

CATO ROST.

COLLECTOR.

CICERO.

S. ANTONIUS

S. ANTONIUS

S. ANTONIUS

S. ANTONIUS

S. ANTONIUS

S. ANTONIUS

S. ANTONIUS

S. ANTONIUS

S. ANTONIUS

S. ANTONIUS

S. ANTONIUS

S. ANTONIUS

lectet, quas alieno malo animum passit. Epist., ad *Publicolan.*

8. Cavendum est ne vindicandi cupiditate amittatur ipsa sapientia, quae pluris est habenda, quam omne quod potest etiam invito inimico auferre. Epist. 5, ad *Marcellin.*

9. Vindicta ultima iuste passitur, quanto nullus iam restat correctionis locus. *Ibid.*

10. Imple Christiano iudex pii patris officium: sic succense iniquitati, ut consuleret humanitati; muneris: nec in peccatorum atrocitatibus exerceas ulciscendi libidinem; sed peccatorum vulneribus curandi adhibens voluntatem. *Prose.*

11. Plerumque necesse est, exerceatur acris inquisitio, ut manifestato scelere, sit ubi appareat mansuetudo.

12. Non te exasperet vindicandi potestas, cui lenitatem non excusit examinandi necessitas: non facinore invento quæere percussorem, in quo inveniendi noluisse adhibere tortorem. Epist. 159, ad *Marcellin.*

13. Sicut parata est severitas, peccata quae inveniunt, vindicare: ita non vult charitas, qui modum adhibens, iuste vindicari; remissior tamen est a peccato iniuste vindicari, qui non vult omnino vindicari. Lib. 4, quest. 10.

14. Officia vindictae possunt impleri boni homo animo. Lib. 4, quest. 10.

15. Perfecti cum vindicant, non vindicant acerbitate savitiae, sed moderatione iustitiae: ne ipsa relaxatio peccati plus nocent peccatori, quam poena vindictae. *Contra Adimantum*, cap. 47.

16. Inaniter se jactat, qui cum et ipse homo sit, cupit se de homine vindicare: et cum superare hominem palam quaerit, occulte a diabolo superatur. Super *Psalm.* vi, vers. 4: *Decidam ab inimicis meis inanis.*

17. Vindicari vis, christiane? nondum vindicatus est Christus: an tu passus es improbum, et ille non passus est? nonne prior pro te passus est, qui non habebat quare pateretur? tu tamen christiane, tolerare didicisti, non vindictam retribuere. Super *Psalm.* xxx, concion. 3.

18. Injurias accipiam, et injuriam perfectam; et non me vindicabo? iustum est ut vindictae te, concedatur quia iustum est, vide utrum ne habes quod in te vindicetur, et vindica. *Prose.*

19. Sic enim dicit: Hanc me non vindicabo? quasi Deus iustitiam vindictae rospiciat, et non superbiam vindicantis extinguat. Super *Psalm.* cx, vers. 6.

20. Ulciscendi libido vitiosa est, magisque ad iudicem pertinet inter malos hoc discernere, quam bonum hominem sibi expectare. Super *Psalm.* cxvii, exposit. 4, vers. 3.

21. Gloriam quaerit, qui desiderat vindicari se. Super *Psalm.* iii, vers. 5.

22. Laesus et injuriam passus vindicari vult, de aliena poena sibi quaerit medicamentum, et acquirit grave tormentum. *De verbis Dom.*, serm. 41.

23. Nondum est Christus vindicatus, nondum sunt sancti Martyres vindicati, adhuc expectant patientiam Dei, ut convertantur inimici, et nos quaerimus vindicari. *Homil.* 42, *Ex Quinquagesima Homil.*

24. Omnis homo qui vult de inimico suo vindicari, provocat in se vindictam Dei. *Prose.*

25. Quando vindicari vis, sine dubio vincere vis: vide ne dum vis hominem vincere, ab ira vincaris. *Serm.* 73, ad *Fratr.* in *cremo.*

26. Ira vindictam quaerit. Lib. 2 *Conf.*, cap. 6.

27. Ibi grata est indulgentia, ubi iusta posset esse vindicta. Epist. 106.

28. Ea quae non contempta, sed ignorantia religionis committuntur, mitius vindicanda, non negligenda sunt. Epist. 50.

29. Peccat, qui per immolationem iniuste vult vindicari: non peccat autem, qui modum adhibens, iuste vindicari; remissior tamen est a peccato iniuste vindicari, qui non vult omnino vindicari. Lib. 49, *contra Faust.*, cap. 25.

30. Non expectemus vindicari. Quid est vindicari, nisi alieno malo pasci? *Prose.*

31. Scio quoties venire hominem poena figere, et in ista humilitate dicit: Domine vindica me, occide inimicum meum.

32. Plane ora ut occidat inimicum tuum et salvet fratrem tuum: occidat inamicitiam, salvet naturam. Sic ora, ut vindicet te Deus: peccat qui te persequatur, sed manet qui tibi reddatur. *Homil.* 40, *Ex quinquages.* *Homil.*

33. Quis tantumdem facile contentus est reponere vindictae, quantum accepit injuria? nonne videmus homines leviter lesos moliri eadem, sicut sanguinem, virque invenire in malis inimici unde satietur? Lib. 49, *Contra Faust.*, cap. 25.

34. Ubi culpa tam aperta atque inexcusabilis esse videtur, vindictam exhibere debet magis, videlicet adfici compulsum necessitate, quam vindicandi libidine. Epist. 37, ad *Theobaldum.*

35. Nec preceps sis in sententia, nec vehementer in vindicta. Epist. 22, ad *Hevric. Senonens.* arch.

36. Nobile vindictae genus est, ignoscere victo. *De inter. dampn.* cap. 43.

37. Magnus est gloriae, si ei de quo potuisti ulcisci, parcas. *Serm.* 40, *Ad sororem.*

38. Qui vindicari vult vindictam afflictionis personae debet haurere, et contra vindictam dam-

S. BERNARD.

S. BONAV.

nationis aeterna debet interpellare. Super *Lucan*, cap. 18, in illud: *Cito faciet vindictam*.

39. Qui hominum hodie injuriaribus pareunt, et vindictam non potius expectant? Serm. 2, de SS. *Apostolo*.

40. Sepe vindicare se volenti accidit sicut cani, qui lapidem sibi projectum dentibus rapit, et lapidem laedere querit, sibi potius dentes laedit. Serm. 2, de *Unaverg*.

41. Qui male injurias suas vindicat, dum vindictam querit, in pejus incidit: quia injurias accipit, quas primis addit. *Ibid.*

42. Ubi est fervida vindicta, non est temperata justitia. Super *Psalms*, vii, vers. 12.

43. Erubescat humana temeritas; Christus pro inimicis oravit, mortem patienter accepit, et nos injurias nostras ulcisci volumus. Super *Psalms*, lxxxv.

44. Benefacere, jucundum et placitum Deo est; ulcisci vero, Deo ingratum est. Super *Gen*, cap. 19.

45. Non est ulciscendum de his, qui inferunt injuriam: sed expectanda divina sententia, quam maxime consolatur injuriam passos. Super *Exod*, cap. 12.

46. Ad summendam justam de inimicis ultionem, sepe doli sunt probati. Super lib. *Judic*, cap. 4.

47. Qui se vindicat, occulte a diabolo superatur. Super *Psalms*, vii.

48. Qui in presenti desiderat ulcisci, fatuus est: qui autem pro Domino ulcisci contemnit, sapiens est. Super illud *Prov*, xii: *Fatus indicat iram suam*.

49. Cesset vindicta, exhibeatur patientia, ut patientiam nostram doceamus, non vindictam. *Proiec*.

50. Omnes qui exerceverint vindictam, ipsa vindicta erit eis causa perditionis. Super *Matth*, cap. 26.

51. Perfecta virtus non habet studium ultionis, nec ulla est iracundia, ubi est charitatis plenitudo. Super *Luc*, cap. 9.

52. Vis ulcisci te honeste? beneficium illi exhibe: tum acerborum cum supplicio ulciscisti. Super illud *Rom*, xi: *Carbones ignis*, etc.

53. Vindicta inferenda est non amore ipsius vindicte, sed zelo justitiae: non ut odium exerceatur, sed ut pravitas corrigatur. In *Decret*, part. 2, causa 23, quest. 4, can. *Mali*, § *Et hi*.

54. Plus semper ira in vindicta exigit, quam injuria accipit. Lib. 28, *Moral*, cap. 9, num. 17.

55. Lesus in presenti se ulcisci non desiderat, qui etiam tolerans parci optat: sed tamen juste

vindicari omnia extremo judicio non ignorat. Part. 3 *Pastor*, cap. 4, admotus. 10.

56. Vindicta culpabilem feriat, non innocentem. Lib. 9, in *Negit*, indic. 4, cap. 63, epist. 63, ad *Virgilium episc. Arelat*.

57. Non sit exactor vindictae, qui potior est venie. In *Regula*, cap. 21, de *Patientia*.

58. Qui in presenti suas vult ulcisci injurias, hic corona patientie in futuro carebit. Lib. 2, super *Prov*, cap. xx, super illud: *Hereditas ad quam festinatur*, etc.

59. Nihil stultius est, quam ut velit se (qui non potest) vindicare, et Deo suam non reservat injuriam: et ita de contumelia vindictam apud Deum perdat, et de patientia mercedem. Super I ad *Cor*, cap. 3.

60. Qui vindicat se quantum in se est, iudicem sua privat potestate. In *Annot. super Epist. ad Romanos*, in illud: *Mis vindictam*.

61. Mali quanto diutius sine ultione nolumuntur, tanto graviora committunt. Super *Job*, cap. xxxv.

62. Rem injustam ante suos oculos proponit, qui ut ultionem querat, memor est injuriam. Super *Psalms*, v.

63. Justus lesus non desiderat se ulcisci, sed vindictam Deo reservat. Super *Prov*, cap. 29.

64. Qui irrogatam sibi injuriam vult vindicare, usurpat sibi quod non est suum. Super *Ecclesiasticus*, cap. vii.

65. Nemo debet tibi usurpare ultionem, sed debet Domino reservare, cujus solus est vindictam sumere sine culpa. Super *Ecclesiasticus*, cap. 28.

66. Triplex est ultio. Quaedam ex ira, quaedam ex hominis infirmitate, quaedam ex zelo justitiae. *Ibid.*

67. Homo si non potest se vindicare, tristis est: si potest, turbulentus fit. Super *Isaiam*, cap. xlii.

68. Nos non ulciscamur pro his que patimur, sed reputantes peccatis nostris, hinc ipsa supplicia minorare esse credamus. Super *Hiereem*, cap. 50.

69. Qui vult vindictam expectare de injuriis sibi illatis, talis dicit se Deum, quia solus est Dei vindicare. Super *Ezech*, cap. xxxvii.

70. Nihil tantum movet hominem ad furorem, ut vindicta: sicut zelus quando vult punire injuriam factam sponse suae. *Ibid.*, cap. xxxvi.

71. Saeculares potestates sunt in terra quasi vicarii Domini, qui vere ipsi puniunt et vindicant reos et bonos defendunt. *Proiec*.

72. Illis ergo licitum est injurias vindicare, ad pacem honorum, et terrorem malorum: non livore vindicte, sed amore justitiae.

S. HIERON.

HUGO A S. VICTORE.

HUGO CARD.

73. Ceteris autem omnibus vindictam accipere prohibetur, et maxime lesis, qui non amore justitiae, sed odio vel livore, injurias suas vindicare solent: omnium ergo vindictam vult sibi Dominus, vel suo vicario reservari. Super *Matth*, cap. 5.

74. Si tu non reperceris, ab homine quidem victus videris, diabolum autem vicisti. *Ibid.*, cap. 5.

75. Nihil omnium Deus ita odit et aversatur, ut hominem ultionis avidum, et animo suo perpetuas servantem inimicitias. Homil. 27, super *Gen*.

76. Nihil est tutius, quam parcere inimico, contra nihil periculosius, quam velle ulcisci, ac vindictam sumere. Homil. 2, de *David et Saul*.

77. Si usque ad ipsius vite periculum insidiantem ulcisci fas non est, multo minus licet enim, qui vulgariter lesit, vindicare. *Ibid.*, homil. 3.

78. Sera ultio feneratorum meretur poenam. Serm. de *Helia*.

79. Si vindicare vis, tace: et opportunam ei plagam indicas. Homil. 47, super *Joan*.

80. Non ulciscis, non ulciscendo enim, ulcisci poteris: ulciscendo vero, non ulcisceris. *Ibid.*, homil. 50.

81. Non qui ulciscitur, sed qui nihil respondet, admirationi est apud sapientes: neque enim, crimini dandum est, si qui leditur, silet; sed contra si ulciscitur. *Ibid.*, homil. 82.

82. Ulcisci, pusillanimitatis opus est; non ulcisci magnanimitatis. Homil. 41, super *Acta Apost*.

83. Si tuisum non fueris ultus, Deus erit qui te juvando ulciscetur. Serm. 22, super *Epist. ad Rom*.

84. Vindicta nihil turpius, nihil ignobilius, nihil stultius, nihil crudelius, tametsi generosum mentis indicium multi hoc esse velint. *Ibid.*, serm. 27.

85. Si vis ulcisci, isto modo ulciscere, malefactoris repende bonum, ut et ipsum malefactorem debitorum tuum constituas, et victoriam ferus admirabilem. Serm. 16, super *Epist. ad Ephes*.

86. Illa est major Philosophia, non solum mala malis non ulcisci, sed bonis. Homil. 10, super I *Theos*.

87. Si facile esset in divites vindictam procedere, videres ex eis repleri carceres universos. Homil. 2, super *Epist. ad Hebr*.

88. Magnum est tormentum homini percusso, quotidie qualiter inimicum ulciscatur consideranti. Homil. 50, ad *Popul. Antioch*.

89. Quid hoc furore gravius, semper esse tristem et inflatum, et semper ardere vindicta? *Ibid.*

90. Vindictae epiditias misericordiam Dei auferit ab homine, et concessam jam gratiam infringit ac revocat. Homil. *Quod nemo leditur*, etc.

91. Valeat pecunie, valeat gloria, valeat nominis claritas: omnibus his mihi membrum meum pretiosius est. Serm. 15, super *Epist. ad Ephes*.

92. Si te vindicaveris, tunc ego non vindico, sed teipsum vindico. Homil. 25, super *Epist. ad Hebr*.

93. Si ultus fueris, tunc non es ultus, sed teipsum es ultus. *Ibid.*

94. Ulciscendi imbecillitas, plagae accessio est: tu ergo injurie vindictam comprime. Lib. 4, epist. 191, ad *Callistum*.

95. Surgimus ad vindictam, non quia lesi sumus, sed ut disciplina servetur, mores corrigantur, licentia comprimatur. De *Ira Dei*, cap. 17.

96. Ne dicas, Ulciscar hostem, justum enim iudicem habemus in calo. *Paraves*, 189.

97. Iuxta modum culpe, temperanda semper est mensura vindictae. Lib. 1, epist. 12, ad *Alexandr. Pap*.

98. Si Dei minister est, qui mala facientes in iram vindicat: diaboli minister est, qui criminosos suaviter palpat. *Proiec*.

99. Sicut Deo praebet obsequium, qui perversos ulciscitur: sic minister est adversarii, qui perpetrantibus iniquis blanditur. Opusc. 57 *Disserat*, cap. 2.

100. Multi putant non esse peccatum, si quis accepta injuria se ulciscitur, et vindictam iterum sumit; sed si ita esset, nequaquam Apostolus aliter praecipisset. Super *Epist. ad Romanos*, cap. 12, can. 17.

101. Vindicta penes errorem, solum videtur doloris: penes autem veritatem, redarguitur malignitatis. De *patient*, cap. 16.

102. Ultio fructus est irae. Lib. *advers. Marcion*, cap. 26.

103. Haec sane ultio misericordiae plena est, quae laborat, ut impietatem cessare faciat. Super *Ossum*.

104. Non fieri potest nolente Deo, ut de quopiam ultio capiat. Super *Amos*, cap. 3.

105. Ne mediis vindictam peccatis, sed benignitate justitiam tempera. Super *Psalms*, vi, vers. 1.

106. Vis te ulcisci de hoste? beneficium illi exhibe, cum acerbiore eum supplicio affectisti. Super *Epist. ad Rom*, cap. 12.

CASSIODOR.

GLOSS. ORD.

GLOSS. INT.

GLOSS. ORD.

GLOSS. INT.

GLOSS. ORD.

GRATIANS

S. GREGOR. MAGN.

LACT. PIUM.

S. NILUS.

S. PAVLUS DAMIAN.

S. REMIGIUS

TERTULL.

S. THEODOC.

THEOPHIL.

- SENTENTIA PAGANOREM.
- ARISTOTELES. 107. Non est vindex ipse manusus, sed potius clemens, et ad veniam propensior dandam. Lib. 4 *Ethic.*, ad *Nicomach.*, cap. 5.
108. Ira propter caliditatem coloris temperatur, audita quidem ratione, non procepto autem auditu, ad ipsam properat ultionem. *Ibid.*, lib. 7, cap. 6.
- MIRUS PUB. 109. In vindicando criminosa est celeritas. In suis *Sentent.*, sent. 200.
- PLATO. 110. Nullo modo rectum faveo est, vindictam genero ab eo, qui prior malo nos affecit, nos illi vicissim malum inferendo. In dialogo *Criton.*
- PLINIVS II. 111. Non tam jucundum est vindicari, quam decipi iniquum. Lib. 6, epist. 22, ad *Tyromem.*
- SENeca. 112. Nullus affectus vindicandi cupidior est, quam ira: et ob id ipsum ad vindicandum inhabilis, praecipua et amens. Lib. 4, de *Fre.*, cap. 12.
113. Ultionis contumeliosissimum genus est, non esse visum dignum, ex quo peleretur ultio. *Ibid.*, lib. 2, cap. 32.
114. Saepe satius fuit dissimulare, quam ulcisci. *Ibid.*, cap. 33.
115. Saepo adeo injuriam vindicare non expedit, ut ne fati quidem expedit. *Ibid.*
116. Ultio doloris confessio est. *Ibid.*, lib. 3.
117. Multos absolvemus, si ceperimus ante judicare, quam vindicare. *Ibid.*, cap. 29.
118. Difficilius est moderari, ubi dolori debetur ultio, quam ubi exempla. Lib. 4, de *Clement.*, ad *Nicom.*, cap. 20.
119. Si magnanimus fueris, cum inimicum in potestate tua videris; vindicandum putabis, vindicare potuisse, et non fecisse. *De quatuor virtut.*
120. Saeto honestum et magnam genus vindictae esse, ignoscere. *Ibid.*
- SIXTUS PHILOSOPH. 121. Vindictam exercens, scito quia et iudicaris a Deo. Sent. 173.
- Vide etiam tit. *Convictum*, sent. 18; *Correctio*, sent. 65; *Corruptio*, sent. 47; *Dilutio*, sent. 73; *Injuria*, sent. 47, 44, 90, 91, 147.

VINDICTA DEI.

- CLEMENS ALEX. *Definitio*. Ultio Dei est retributio mali, quod emittitur ad utilitatem ejus quod ulciscitur. Lib. *Pedagog.*, cap. 8.
- SENTENTIA PATRUM.
- S. AMBROS. 1. Non commovetur Dominus ad ulciscendum, nisi peccator mensuram excedat. Lib. 4, de *Abraham.*, cap. 6.
2. Sicut iustitia Dei magna, ita etiam severa vindicta est. Lib. 3, de *Interpell.*, cap. 8.
3. Nemo diffidat, nemo veterum concusio delictorum premia divina desperet; novit Dominus mutare sententiam, si tu novis emendare deli-

lum. Lib. 2, super *Luc.*, cap. 1 in illud: *Et Zacharias post ejus impletus est, etc.*

4. Benignitas et patientia Dei super his, quae geruntur malis, longanimitate differit, et nequam ulciscitur. *Prose.*

5. Non quasi eo quod nequeat statim inferre vindictam, suam indignationem temporat; sed quasi pater clementer nobis condolens, suam misericordiam pretendit, ut vel sero compuncti ad poenitentiam convertamur. *Serm. de Vanitate mundi.*

6. Deus vindicat justus, quia fieri non cogit praescius: omnia enim, quorum ipse auctor est, praescit, nec tamen omnium quae praescit, ipse auctor est: quorum autem non est malus auctor, justus est ultor. Lib. 3, de *Libero Arbitr.*, cap. 4.

7. Qui spreverunt voluntatem Dei invitantem, voluntatem Dei sentient vindicantem. *Ad Artic. ubi falso impositus, respons. 46.*

8. Cum punit Deus peccatores, non malum suum eis infert: sed malis eorum eos dimittit. *Super Psalm.* v, vers. 9.

9. Parce per clementiam, ne ulciscaris per justitiam. In *Manual.*, cap. 33.

10. Ubi Dei futura vindicta sollicitudo versatur, illic autem non peccatur, aut tardius delinquitur. *Serm. 2, Dom. 4 Quadrages.*

11. In futurum judicium servatur ad manifestationem, atque acerrimum sensum miserie, quidquid nunc occultissime vindicatur. Lib. 3, de *Lib. arb.*, cap. 16.

12. Deus non solum in nos benignissimus in praestando, sed etiam justissimus in vindicando. *Ibid.*, lib. 2, cap. 1.

13. Malefacta non juste vindicarentur, nisi florent voluntate. *Ibid.*, lib. 1, cap. 1.

14. Vindicas quod in se homines perpetravit: quis etiam cum in se peccant, impie faciunt la animas suas. Lib. 8 *Conf.*, cap. 8.

15. Habet potestas Dei et severitatem vindicandi, et clementiam liberandi. *De Morib. Boetii.*, cap. 7.

16. Multa mala hic videntur ignosci, et nulla supplicia vindicari, sed eorum poena reservantur in posterum. In *Enchiridion.*, cap. 66.

17. Haec Deus juste vindicat, ut etiam exaudiat veniam deprecantes. *Amat.*, in *Job.*, cap. 37.

18. Peccata quae vindicantur longissimi temporis poenis, brevissimo tempore perpetrantur. Lib. 21, de *Civili Dei.*, cap. 11.

19. Quidquid divinitus ante ultimum judicium vindicatur, sive per impios, sive per justos, sive per noscences, sive per scientes, sive occulte, sive palam, non ad interitum hominum, sed ad medi-

cinam valere credandum est. *Contra Epist. Manich.*, cap. 1.

20. Justa est Dei vindicta. *Contra Adimant.*, cap. 26.

21. Ante Dei vultum, nihil pravi constat inultum. In suis *Prov.*, verbo *Auto.*

22. Si Deus teum non est per gratiam, adest per vindictam. Lib. *Medit.*, cap. 6.

23. Dominus cum hic vindicat, in futuro parcat: quoniam clementia ipsius in ipsium duas non exigit ultionem. *Super Psalm.* xxxvii, vers. 1.

24. Odit Dei disciplinam, qui non vult Dominum in se vindicare quod peccat. *Super Psalm.* xlix, vers. 13: *Odis disciplinam.*

25. Vindicta Dei, etiam afflictionem tribuit corporum, salutem tamen efficit animarum. *Super Psalm.* lxxvii, vers. 44.

26. Tanto districtior est Dei vindicta, quanto longanimitas atque clementior fuit expectatio sua. *Super Apocalypsi.*, cap. 2, art. 3.

27. Vindicat Deus aliquando, ut intelligatur humanarum rerum agere curam: non vindicat omnia, ut agnoscatur terribile cunctis adhuc futurum esse iudicium. Lib. 1, de *quest. Veter. Testam.*, de *lib. Regum.*

28. Novit Deus remunerare merita, navit et punire delicta. *Homil. 5, ad Monach.*

29. Punit peccata in hac vita Deus, ut condelet in futura. In suis *Opus.*, *Apophthegm.* 66.

30. Signum est amplioris gratiae, Deum nihil in sermo suo impune relinquere in hoc mundo, in suis *Opus.*, colloquio 28.

31. Iustum est ut tanto Deum sentiant severiorem ultorem, quanto quique prius benignum et misericordem Dominum contempserunt. In *Ethic.*, super *Psalm.* xvii, vers. 29, sect. 1.

32. Habet hoc ultio divinae justitiae, ut eos qui proximis suis machinantur mala, damnationis aeternae indissolubilibus nexibus involvat. In *Ethic.*, super *Psalm.* xxxiii, vers. 9, sect. 1.

33. Multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim ultionem adhibere, magis beneficii Dei iudicium est. In *Amat.*, super *Psalm.* lvi, sect. 1.

34. Iniquitatis peccatoris Deus ultor est, cujus auctor non est. *Lib. ad Romanos.*, cap. 19.

35. A divina ultione comprehensus non subsistet. *Super Job.*, cap. viii.

36. Quanto serior vindicta Dei, tanto justior. *Super Hierem.*, cap. 32.

37. Vindicta punit, qui dormire videbatur. *Super Thron.*, cap. i.

38. Nihil Deus inultum relinquit. *Super Joel.*, cap. 11.

39. Deus eorum peccata, in quos deservit, non

iratus ulciscitur, sed corrigit ut emendet. *Super illud Zachar.* i: *Iratus est Dominus.*

40. Tanto apud Dominum obligatio sumus, quanto apud homines inulto peccamus. *Prose.*

41. Disciplinam subditos divino iudicio tanto liberioris reddit, quanto hic eorum culpas sua vindicta non deserit. Lib. 26 *Moral.*, cap. 19, num. 22.

42. Si Deus justo ordine iniustum aliquid fieri juste permisit, inultum tamen abire non astitit iniustum, quod justo fieri permisit. *Ibid.*, lib. 16, cap. 23, num. 26.

43. Divina severitas eo acrius iniquum punit, quo diutius pertulit. *Ibid.*, lib. 25, cap. 3.

44. Primum genus demeritae est, non quempiam a malis suis juste quiescere, et Deum iustitiam suam velle ultione cessare. Lib. 8, in *Registro*, indict. 3, cap. 41, epist. 41, ad *Dominic. episc. Carthag.*

45. Pensa quid divina severitas factura est de perverso opere, si quosdam in iudicio suo reprobat de sermone. *Ibid.*, lib. 1, indict. 9, cap. 33, epist. 33, ad *Venerabilem cancellarium.*

46. Signum miserentis Dei est quando quis culpa perpetrata, mox divina ultione punitur. Habet apud D. Antonin., part. 4, tit. 3, cap. 7, § 9.

47. Omnis ultio Dei, visitatio est: quasi rostantia, quasi habentia vulnera, quasi medicas porrigentis manus. Lib. 3, super *Ezech.*, cap. ix.

48. Quanto serior vindicta peccantium, tanto justior est. Lib. 6, super *Hierem.*, cap. 32, super illud: *Ut reddas unicuique, etc.*

49. Districtus iudex, facinus quod per poenitentiam non corrigitur, inultum esse nequaquam patitur. Lib. 1, super *Lament. Hierem.*, cap. 4, super illud *Prov.* v: *Funiculus peccatorum, etc.*

50. Non agnita pietas, majus iudicium parat, ut vindictam sentiat, qui misericordiam sentire contempserit. *Super Epist. ad Rom.*, cap. xi, in illud: *Secundum meritum duntaxat.*

51. Ad effugiendam manum Dei, nulla suffragatur astutia. *Super I ad Cor.*, cap. iii.

52. Tria sunt, quibus Deus vindictam exercet in hostes: Lavacri salutaris remedium, poenitentiae condignum exercitium, districtioris extremi iudicium. Lib. 3 *Miscellan.*, codic. 2, tit. 148.

53. Deus abiecit peccati non sicut esse sine decore vindictae. *Super Deut.*, cap. xxxiii.

54. Quando Dominus sumit de malis vindictam, tum videtur revocare ad memoriam peccata eorum: quando vero parcat, tunc videtur oblivisci. *Super I Reg.* xv.

55. Qui modo percutit virga, postea percussit gladio. *Super Psalm.* vi.

56. Non sinere peccatoribus ex sententia agere,

S. CROZ.
MAGNUS.

S. HIERON.

HUGO A S.
VICTORIS.

HUGOCARD.

sed statim ultiones adhibere, magni beneficii est indicium. Super *Psalm.* vii.

67. Vindicta Dei arcus est: quia sicut arcus quanto magis tenditur vel intensatur, tanto gravius percussit, sic ultio Dei. Super *Psalm.* lxx.

68. Vindicat Deus secundum quantitatem, et secundum numerum peccatorum. Super *Ezech.*, cap. vii.

69. Grave est de culpa vindictam agere, gravius est sententiam dare, gravissimum est poenam irrevocabili ter infligere. Super *Matth.*, cap. v.

70. Dei mos est, ut quamvis minetur se puni-
turum, si tamen conversionis exhibentur specimina, possunt revocari ejus sententia. Homil. 37, super *Gen.*

71. Invidius Deus in reos vindicat, etiam se ejus indulgentiam misericorditer contemnant. Homil. 7, ex *Diogen.* in *Matth.*

72. Si vis Dei ultiones sistere, in tua potestate est: melior eras, et ad verba usque minas deservient; si autem contemnis ejus ultiones, quod abest, rem ipsam experieris. Homil. 3, ad *Philomon.*

73. Si te vindicaveris, tunc ego non vindico, sed te ipsum vindico. Homil. 25, super *Epist.* ad *Hebr.*

74. Nequaquam Deus delinquenti percutit; quoniam peccatorem aut flagello temporali ad purgationem ferit, aut judicio aeterno puniendum relinquit. Lib. 3, de *Suavitate bono*, cap. 4, sent. 5.

IAC. VIB.

75. Idcirco non ad praesens noxium quemque Deus punit, ut habeat homo respiciendi facultatem. De *Ira Dei*, cap. 24.

S. LEO I.

76. Dilatio vindictae dat locum poenitentiae: nec tamen dici potest nullam ibi esse ultionem; ubi nulla conversio est, quia mens dura et ingrata jam sibi ipsa supplicium est, et in conscientia sua patitur quicquid Dei bonitate defertur. *Serm.* 5 *Epiphani.*

S. PETERUS DAMIANUS.

77. Salvo nempe illo terribili in mundi fine judicio, nunc etiam omnipotens Deus non modo crudeliter facit, sed et superba, sive sacrilegia (propt dignum est) ulciscitur verba. *Opusc.* 24, cap. 8.

SALVIANUS.

78. Malos Deus punitivitas. Lib. 1, de *Gubern. Dei*.

79. Castigat Deus, quos castigandos putat; patitur, quos putat esse patientes. *Ibid.*, lib. 5.

SENTENTIA PAGANORUM.

ANISTOTEL.

80. Ad Deum ipsum comes adjuncta est ultio, quae divina legis praevicarios vindicat. De *mondo*.

CATO PORT.

81. Semper Deus injustas ulciscitur iras. Lib. 1 *distichor.*, metr. 69.

VALERIAN.

82. Lento gradu ad vindictam sui divina pro-

cedit ira, tarditatemque supplicii gravitate compensat. Lib. 1 *dict. memorabil.*, cap. 2.

73. Ultiones quemadmodum acres, ita justis sentis sunt. *Ibid.*, lib. 9, cap. 10.

Vide etiam tit. *Dilatio*, sent. 73; *Flagellum Dei*, per totum; *Iniquitas*, sent. 62; *Justitia Dei*, sent. 16; *Misericordia Dei*, sent. 100; *Murmur*, sent. 28; *Patentia Dei*, sent. 11, 12, 28, 32, 49, 50, 53, 54; *Peccatum* in genere, sent. 233; *Peccatorum remissio*, sent. 54; *Paenitentia*, sent. 21, 24, 26, 29, 59, 60, 61, 62, 64, 65; *Venia*, sent. 43; *Virtutes theologicae*, sent. 70.

VINUM.

Comparatio. Sicut ignis probat ferrum durum, ita et vini incendio etiam superborum hominum cor liquescit. De *Elia et jejunio*, cap. 42.

Quemadmodum aqua contraria est igni, sic immodestia vini rationem extinguit. Conc. 14, contra *Ebriosos*.

Quemadmodum musto dolia rumpuntur, et omnia quod in imo jacet in summam partem vis caloris ejectionat: sic vino exesultante quicquid in imo jacet abditum, effertur et prodit in medium. *Epist.* 83.

SENTENTIA PATRUM.

1. Innumeris vina nocuerunt, nulli parcimonia. Lib. 1, de *Cain et Abel*, cap. 5.

2. Manebat antequam vinum inveniretur, omnibus inconcussa libertas. De *Elia et jejunio*, cap. 5.

3. Vinum jam non bibitur, sed aperto gurgula infunditur: poculum non libatur, sed exsinitur. *Ibid.*, cap. 8.

4. Vina pretendis, venena suffundis: omne enim quicquid nocet, venenum est, tollit sensus, viscera exurit, somnum infert, caput vexat; etiam major vis vini, quam veneni est. *Prosec.*

5. Non enim veneno vinum, sed venenum vino excluditur: veneno caro vulneratur, vino mens. De *Elia et jejunio*, cap. 14.

6. Grave est ut voluerit vino, qui non vincitur ferro. *Epist.* 182, ad *Bonifac.*

7. Vir ebrius cum se putat bibere vinum, bibit a vino. De *salutar. doctum*, cap. 37.

8. Vinum nobis Deus ad hestiam cordis, non ad ebrietatem donavit. *Ibid.*

9. A multis vini non temperatur usus, sed potius appetitur excessus: habitus corporis et vitae periculum et opinionis ac fame gravissimum acquirunt damnum. De *Sobrietate*, cap. 1.

10. Fomentis corporalibus provisum est vini munus, abulentibus penitus interdicitur, et sobrietatis disciplina custodienda sancitur. *Ibid.*

MAXIMUS.

S. AMBROS.

S. BASILIUS MAGNUS.

BERNARD.

S. AMBROS.

S. AUGUST.

11. Vinum est in multis vite mortalium necessarium, debilem stomachum reficit, vires deficientes reparat, algentem frigore calefacit, vulnerans infusum medetur. *Ibid.*

12. Vinum antidotis, diversisque medicaminibus adjunctum salutem operatur, tristitiam removel, languores omnes animi delet, hestiam infundit, convivas honesta miscere colloquia facit. *Ibid.*

13. Vinum medicamentum plus justo sumptum venenum esse cognoscitur. *Ibid.*

14. Jucunditati non ebrietati creata est vini natura, per ejus moderationem sillis extinguitur, non tamen ut usque ad ebrietatem bibatur. *Ibid.*

15. Dolor amissi fimeris sine vini quavisimilitate temperari non potest. *Ibid.*

16. Tu o homo incolumis quotidie vino cogente desideras venere, et tanto repleris, quanto possent plurimi cum jucunditate letari et sobrie saturari. *Ibid.*

17. Nascitur ex potandi vini infelicitate inter provocatos et provocantes ignominiosa certatio: et vincenti est turpitudine deterior. *Ibid.*

18. Ex nimietate vini, multorum membra ebrosos recusat, et vino dedila, praecoxa debilitate et cruda senectute marcescunt, et adhuc aetate virides tremula vibratione quassantur: inde pulmones usione vini putrescunt. *Ibid.*

19. Cui surreperit per aviditatem nimietatis vini, nullum potest habere incendi prolorem, ex qua temulentia membrorum consequitur infirmitatem. *Ibid.*

20. Per vinum castitas submersa est, et plurima a corruptioribus turbis decepta sunt. *Ibid.*

21. Multae virginum pellantio vino thori genitalis oblitia, pudicitiam suam adulteris tradiderunt, et cum moechis de morte pacta sunt maritorum. *Ibid.*

22. Quam plures impellente vino praecipites descendibus se convulsum polleaverunt; et de genitoribus aut genitricibus, de filiis aut filialibus, de fratribus aut sororibus, de generis aut nuriibus, per nefandas concubitus sibi filios genuerunt? *Ibid.*

23. Per violentiam plurimi plurimisque a sancto pioque proposito exciderunt, sui oblitia amissis honoribus ignobiles remanserunt, et sedibus patris profugi, vitam non ubi stumpsissent finierunt. *Ibid.*

24. Per vinum fortes ab infirmis elisi sunt, et in mortem quam plures metu muliebri frastri: et invicti exercitus vino dominante extincti sunt, et servitibus jugo subacti. *Ibid.*

25. Innumerabiles jugum deminationis diu ro-

casantes, violentia in alienum redegit arbitrium. *Ibid.*

26. Consuetudine vini quam plures in insaniam sunt conversi, ac mentis durante insaniam ab humana conversatione sejuncti, ferino sunt plerumque dentes consumpti. *Ibid.*

27. Quam plures vini immoderatus excessus ex divitiis pauperes reddidit et ignos. *Ibid.*

28. Infalliti numero, impellente, injusta impiaque homicidia commiserunt. *Ibid.*

29. Quam plurima urbes diu obscuro nec capto, custodibus somno vinoque sepultis, ab hostibus patefacta sunt, et incendiis concremata. *Ibid.*

30. Vinum bonum est, non malum, et hoc aequitatis judicio, non ebrietatis beneficiis. De *Arbore scientiae boni et mali*.

31. Vinum multum potatum, est ebrietatis animositus, imprudens offensio, minorans virtutem et faciens vulnera. *Serm.* 1, *Dom.* 17 post *Trinit.*

32. Vinum in jucunditatem creatum est, non in ebrietatem. *Ibid.*

33. Exultatio animae et corporis, vinum moderate potatum, et sanitas corporis et animae. *Ibid.*

34. Vinum et juvenus duplex incendium. *Serm.* 64, ad *Fratr.* in *eremo*.

35. Homo vino repletus, diversis in luxuriis se proruit, et in stercore viliorum se volutat. *Ibid.*, *serm.* 67.

36. Vinum Dei munus est, ad infirmitatis robur ac sustentationem sapientibus concessum: nunc vero instrumentum incontinentiae intemperantibus est factum. Homil. 14, contra *ebriosos*.

37. Vini fervor corpori infusus, incendium sit ignitorum inimici jaculorum: rationem enim ac mentem vinum deprimit, voluptates et animi calores affectus malos, velut apum examinem excitat. *Ibid.*

38. Modus utendi vino optimus, est corporis necessitas. Homil. 1, de *jejunio*.

39. Satus est modico vino uti propter infirmitatem, quam multa aqua ingurgitari per aviditatem. In *Apolog.* ad *Guillem. Abbat.*, verbo *Unde*.

40. Qui in diversitate et abundantia vini sobrius est, ille est terrensus Deus. *Epist.* de *citra et regim. rei familiaris*.

41. Sentis vinum? fugo consortium: sentis vinum? quere somnum antequam colloquium. *Ibid.*

42. Male decet in juvene, vina cognoscere. *Ibid.*

43. Vinum in jucunditatem creatum est, non in ebrietatem. *Serm.* 25, ad *Sororem*.

44. Vinum sine mensura superat mentem. *Ibid.*

S. BASILIUS MAGNUS.

S. BERNARD.

R

45. Per vinum luxuria crescit, per vinum luxuria excitatur, per vinum nutritur.
46. Vinum non modice sumptum rationem conturbat, intellectum hebetat, memoriam enervat, oblivionem immittit, errorem infundit, ignorantiam inducit. *De discipl. Scholar.*, cap. 2, et hab. apud Bodam, in *Axiomat. philosoph.*, verbo *Rationem*.
47. Vinum modice sumptum, acuit ingenium. *Ibid.*
48. Qui vinum diligit, minusquam in virtutum possessione ditabitur. In *speculo discipuli*, part. 4, cap. 32.
49. Atque cum vino apponere, Deo placet, proximum edifica, religiosum honestat, animam, simul et corpori est salubre. *Ibid.*
50. Non ferventi aetati (quod est omnium humidiorum calidissimum) vinum infundere convenit: ne ignem in ignem derivat, ex quo agrestes immanesque appetitiones, ardentesque cupiditates et mors ignis accenduntur. *Lib. 2, postlay*, cap. 2.
51. Lubrica res est, quae est in vino libertas. *Ibid.*
52. Oportet in vino petulantiam non secus fugere, quam clementiam: ambo enim ad mortem attrahunt. *Ibid.*
53. Vinum molle ridere jubet, et saltare iubentur. *Ibid.*
54. Semper tibi a vino time, quandoquidem vinum nunquam parit corpori, ignemque malis concupiscentiae continuo in ipso ascendit. *De Virginit.*
55. Fuge vinum quasi venenum, ne ebrietate vinearis, et virtutibus nideris. *De Agone spirit.*
56. Qui vinolentia delectatur, ebrietatis (quam mater est vitiorum) captivus efficitur. *Homil. 41, de Pascha.*
57. Vinum et saltatio duplex est incendium voluptatis. *Serm. 7, de Herode.*
58. Immoderatus haustu vini, et exterioris et interioris visus ingerit aciem. *Super Proo.*, cap. 23.
59. Vinum sobriè potatum vitam sequitatis non tollit, sed sobrietatem et cetera virtutum ornamenta adducit. *Super Ecclesiastic.*, cap. 31.
60. Vinum quando immoderale sumptum excedit usum, est fomes intemperantiae, perniciosis juvenutis, probrum cunctis, dedecus mulierum, insanis phariseum, insolentia vitium, animae venenum, mentis interitus, virtutis alienatio, inflammatio voluptatis. *Homil. 3, super Eccles.*
61. Non Aeneas ignes, non Vulcania tellus, non Vesuvius et Olympus tantis ardentibus res-

- tuant, ut juveniles metallis vino plenas, et dapi-bus inflammant. *Epist. 19, ad Parian.*
62. Quid virtutis habet vinum non libere, et ira atque odio inebriari? *Epist. 13, ad Celsanum.*
63. Si quid in me potest esse consilii, si experio creditur, hoc primum moneo, ut sponsa Christi vinum fugiat pro veneno. *Epist. 22, ad Eustoch.*
64. Vinum adversus adolescentiam, prima arma sunt demionum: non sic avaritia quantis, inflat superbia, delectat ambitio. *Proo.*
65. Facile illis caremus vitii, hic hostis nobis inclutus est: quocumque pergitur, nobis compertamus inimicum. *Ibid.*
66. Vinum et adolescentia, duplex incendium voluptatis est: quid oleum flammam adjuvamus? quid ardentem corpusculo fomenta ignium ministramus? *Ibid.*
67. Plures sunt, qui cum vino sint sobrii, ciborum largitate sunt chrii. *Ibid.*
68. Vinolentia scurrarum est, et comessorum. *Epist. 41, ad Ocean.*
69. Venter mero aestuans, cito despumat in libidines. *Ibid.*
70. In vino luxuria, in luxuria voluptas, in voluptate impietas est. *Ibid.*
71. Vinum caloris fomentum, et libidinis incitamentum est. *Epist. 44, ad Mauriti filiam.*
72. Ignem portat in gremio, qui assiduo utitur vino. *In Regia monachar.*, cap. 36.
73. Vinum eum qui hiberit, mentis suae impotentem facit. *Lib. 1, super esp. 4, super illud: Et non saturabuntur.*
74. Servitus quaedam est, et extrema conditio, vino sensus hominis occupari; et non sum esse, sed vini. *Super Epist. ad Tit.*, cap. 2, in illud: Non multo vino servietis.
75. Vinum et ebrietas, incendium est. Et hab. in *Decretis Gratiani*, part. 1, dist. 35, can. *Vinulentiam*.
76. Vinum inebriat, sanguinem operatur, cor laesit, ingenium acuit, parvulos caecat. *Lib. 4, de Propriet. rer.*, cap. 49.
77. Exiguam vinum acuit ingenium, laesit mentem, et roborat corpus. *Super Ecclesiastic.*, cap. xxxi.
78. Gutturis et laborum tetus est fructus vini, et ultra non progreditur. *Homil. 1, super Gen.*
79. Nihil mali est, vinum ad mensuram. *Ibid.*, homil. 40.
80. Unde podagra, unde capitis dolores, unde corruptorum humorum abundantia, unde numeralli morbi noxae s' largiore vini ingurgitatione quam oportet? *Ibid.*
81. Nullum est tam praesens trinitiae remedium,

- quasi vini usus, modo utilitatem ejus non perdat intemperantia. *Ibid.*, homil. 39.
82. Non est plasta vitis, neque vinum malum, sed illius abusus: quia non propter vinum, sed propter perversam voluntatem nefaria scelera fiunt. *Ibid.*
83. Quando videris abusum vini, non vino telum tribuas, sed corrupto voluntati, sua sponte ad malum ruenti. *Ibid.*
84. Voluptates vini evanescent, siltis autem inexpulsa, in precipitium ebrietatis eos qui illi serviunt deducit. *Ibid.*
85. Ebrius quando multum vini ingurgitat, nullum sentit a vino damnum, postea autem sentit quantum sit damnum. *Ibid.*, homil. 64.
86. Abusio vini et incontinentia eorum, qui vino abutuntur, ebrietatem generant. *Homil. 58, Super Matth. Oper. perf.*
87. Vinum Dei, ebrietas opus diaboli est. *Ibid.*
88. Vinum, quia calidum est, naturalemque necessitatem intendit, ebrios ad eum modum citare facit. *Serm. 43, super Epist. ad Rom.*
89. Vini virus immodicus in ementiam deficit: et si non ebrietatem inducat, animae tamen robur exolvit, omnemque illius virtutem ac substantiam debilitat, et prorsus enervat. *Homil. 10, super 1 Timoth.*
90. Vinum datum est, ut corporis imbecillitatem corroboraret, non ut animi sanitatem exterminet. *Homil. 4, ad Pop. Antioch.*
91. Vinum est datum, ut delectemur, non ut dehonestemur: ut rideamus, non ut rideamur: ut valeamus, non ut egrotemus. *Ibid.*, homil. 74.
92. Vinum compellit eos quos inebriat, vivere more stultorum, porcorum, vel leonum. *Serm. Dom. 3 Advent.*
93. Vinum intellectum obruit, ut quid, quoque ordine faciendum sit omnino nesciat. In cap. 4 *Regul. S. Bened.*, verbo *Summa*.
94. Qui multo utuntur vino, libidini deserviunt, non devotioni: qui enim libidinem vincere desiderat, summo studio ab immoderato vino se custodiat. *Ibid.*
 5. In fide, spe, atque charitate, perfectorum corda perseverant, sine quibus ad celestem patriam non potest perveniri. Part. 4, tit. 1, de *Virtut.*, cap. 3, § 3.
 6. Trias sunt arma potiora, quibus protegimur et pugnamus: scilicet scutum fidei, galea spei, et gladius charitatis. *Ibid.*, cap. 3, § 4.

S. AUGUST.

7. Non potest aliquis fingere quod esse non credit: porro si et credit et diligit, bene agendum officit, ut etiam speret. Lib. 1, de *Doctrina christ.*, cap. 37.
 8. Fides credit, spes et charitas orant: sed sine fide esse non possunt, ac per hoc et fides orat. In *Enchirid.*, cap. 7.
 9. Sine amore fides nihil prodest, et spes sine amore esse non potest: proinde nec amor sine spe est, nec sine amore spes, nec utrumque sine fide. *Ibid.*, cap. 10.

10. Qui recte amat, procul dubio recte credit et sperat: qui vero non amat, inaniter credit, etiam si sunt vera que credit: inaniter sperat, etiam si ad veram felicitatem doceantur pertinere que sperat, nisi et hoc credit ac sperat, quod sibi potest donari possit ut amet. *Ibid.*, cap. 117.
 11. Fides est prima que subjugat animam Deo, deinde precepta vivendi, quibus custoditis spes nostra firmatur, et nutritur charitas: et lucere

incipit, quod antea tantummodo credebatur. De *Agone christiano*, cap. 13.
 12. Trinitatem in presentifides sequitur, spes in celum usque comitatur, charitas pervenit ampliator. De *Spiritu et Anima*, cap. 39.
 13. Sine tribus istis, scilicet fide, spe et charitate, anima nulla sanatur, ut possit Deum suum videre, id est intelligere. Lib. 1 *Soliloq.*, cap. 1.
 14. Pia fides sine spe, et sine charitate esse non vult. Epist. 85, ad *Consentium*.
 15. Homo fidelis debet credere quod non videt, ut visionem et speret et amet. *Ibid.*
 16. In ipsa fide et spe et charitate continuo desiderio semper est orandum. Epist. 121, ad *Proban.*, cap. 9.
 17. Homo fide, spe, et charitate subnixus, eoque incensus retinens, non indiget scripturis, nisi ad alios instruendos. Lib. 1, de *Doctr. christ.*, cap. 59.
 18. Manent, inquit *Apostolus*, fides, spes, charitas, tria hæc: major autem horum est charitas: quia cum quisque ad eterna pervenerit, amobus istis decedentibus, charitas auctor et carior permanebit. *Ibid.*
 19. Fide, spe, charitate colendus est Deus. In *Enchirid.*, cap. 3.
 20. Nec amor sine spe est, nec sine amore spes, necque utrumque sine fide. *Ibid.*, cap. 8.
 21. Ubi sunt illa tria, propter que in animo edificanda, omnium divinarum librorum machinamenta consurgunt, fides, spes, charitas, nisi in animo credente quod nondum videt: et sperante atque amante quod credit? Lib. 8, de *Tria*, cap. 4.
 22. Operiet animo inesse ista tria, fidem, spem, et charitatem: ut et credat vera esse ad quam vocatur, et speret se posse assequi, et omnino ea diligit. In lib. 21 *Sentent.*, sent. 8.
 23. Pasce queso animam tuam spiritalibus cibis, id est, fide, spe, et charitate. De *Salute dæcun.*, cap. 28.
 24. Quidquid narras, illa narra, ut illo cui loqueris, audiendo credat, credendo speret, sperando amet. De *causis milii*, cap. 4.
 25. Tenemus fidem rectam, spem certam, charitatem perfectam: fides credit, charitas operatur, spes roborat. De *salute dæcun.*, cap. 52.
 26. Doctrina sana est, qua adificatur fides recta, spes firma, charitas pura. De *perfect. iustitia*, cap. 8, ratiocin. 17.
 27. Nullum aliud canticum nos docet Deus, nisi fides, spei, et charitatis. Super *Psalm.*, xii.
 28. Ubi dilectio est, ibi necessario fides et spes est. Tract. 83, super *Evang. Joan.*, de cap. xv.
 29. Fides succedit spes, spei beatitudo, chari-

tati autem non transmutatio, sed sola restat perfectio. Serm. 1 *Quinquag.*
 30. Christum fide firma teneamus, et expectamus certa spe, et charitate ardenti desideremus. Lib. 2, de *Lib. arb.*, cap. 20.
 31. Deus docet credentem, consolatur sperantem, diligentem exhortatur. *Ibid.*, lib. 3, cap. 19.
 32. Fides, et spes, et charitas ad Deum perducent orantem, hoc est credentem, sperantem, diligentem. Epist. 124, cap. 13.
 33. Trias sunt, quibus et scientia omnis et propheta militat, spes, spes, charitas. Lib. 1, de *Doctrina christ.*, cap. 37.
 34. Verus Dei cultus fide inchoatur, spe tenetur, charitate perficitur. In *Enchirid.*, cap. 5.
 35. Fidem, spem, et charitatem in corde nostro conspicimus. Lib. 4, de *Anima et orig.*, cap. 20.
 36. Facit homines carnalis timor et cupiditas servos, sed evangelica fides, spes et charitas liberos. Lib. 3, ad *Bonifac.*, cap. 4.
 37. Virginitas mentis est integra fides, solida spes, sincera charitas. Tract. 13, super *Joan.*
 38. Da mihi solidam fidem, spem congruam, charitatem continuam. Lib. *Medit.*, cap. 1.
 39. In quantum Deo nostro fide, spe, et charitate consecimur, filii Dei sumus. Homil. 60, *Ex quinquag. Homil.*, cap. 3.
 40. Dicit fides: Parata sunt magna et inestimabilia a Deo fidelibus suis. Dicit spes: Mihi illa servantur: sed charitas ait, curro velociter ad illa. Serm. 49, super *Qui habetis*.
 41. Fides illuminat rationem, spes erigit memoriam, charitas verò purgat voluntatem. Serm. 1 *Parvular. serm.*
 42. Fides, spes, charitas, pura sunt bona, quia male non possunt vel haberi, vel teneri: bene non possunt vel prohiberi, vel non teneri. Epist. 7, ad *Admonach.*
 43. Summe virtutes sunt, spes, fides, charitas. De ordine vita.
 44. Potest esse ut fides et spes, sint sine charitate: ut autem charitas fidei et spem in se non continet, non potest esse. De *natura et dignit. amoris*, cap. 6.
 45. Pulchra multum est *Ecclesia* plena fide, pulcherrima charitate. Serm. 6, in *Rogati*.
 46. Anima Christiane pulchritudo, est fides in credendo verator, spes in expectando firmiter, charitas in diligendo serventor. Serm. 3 *Dom.*, 28 post *Pent.*
 47. Fides Deum querit et scrutatur, spes Deum sapit et detentione associatur, charitas Deum

S. BERNARD.

S. ROMAN.

tenet et amplectitur. De *septem donis Spiritus sancti* in genere, cap. 8.
 48. Fidelis famulatus sive cultus, per fidem, spem, et charitatem: istis enim colitur Deus. De *septem donis Spiritus sancti in specie*, de *divo pietatis*, cap. 8.
 49. Virtutes tres Theologice non sunt in nobis per acquisitionem: sed per infusionem. Lib. 5 *Compend. Theolog. verit.*, cap. 8.
 50. Fides dirigit in summo verum, credendo et assentiendo; spes in summo arduum, imitando et expectando, charitas in summo bonum, desiderando et amando. *Prose.*
 51. Fides facit Deo assentire, spes in Deo confidere, charitas Deum diligere.
 52. Fides est in rationali, spes in irascibili, charitas in concupiscibili.
 53. Fides est circa verum, spes circa arduum, charitas circa bonum.
 54. Fides in presenti Deum sequitur, spes in celum comitatur, charitas pervenit complexatur.
 55. Per fidem cognoscitur Deus ut veritas, per spem habetur ut eternitas, per charitatem diligitur ut bonitas. *Ibid.*, cap. 18.
 56. Illud quod promittit Deus, fide non capitur, spe non attingitur, charitate non comprehenditur. Lib. 7, *Comp. Theolog. verit.*, cap. 31.
 57. Fide polles, spe miles, charitate luces. De *septem. Trin. æternit.*, itin. 4, dist. 7.
 58. Fides, spes, et charitas, infusioni gratiæ, seu spiritali regenerationi inseparabiliter sunt annexæ. Super 1 *Petri*, cap. 1, art. 1.
 59. Unusquisque fidelis tenetur esse in fide, spe, et charitate tam firmus, ut proponat se mortale peccatum avertere et contra fidem, spem, charitatem nihil agere. *Ibid.*, art. 2.
 60. Principium et finis fidelitatis, est fides, spes, et charitas. De *timore Dei*.
 61. Fides cum spe et charitate, vitia persequitur. Super *Genes.*, cap. 14.
 62. Quantum quisque credit, tantum sperat: et quantum sperat, tantum amat. Super *Deuter.*, cap. 19.
 63. Necessaria est certa discendi solertia, ut quisque discat quid credere, quid sperare, vel quid diligere debeat. Super 111 *Reg.*, cap. vi.
 64. Sine bona operatione fides, spes, et charitas, vera esse non valent. *Ibid.*.
 65. Tria commendantur timensibus Deum, credere, sperare, diligere: quia fide, spe, et charitate vero colitur Deus, et ad contemplationem pervenitur. Super *Ecclesiastic.*, cap. 3, in illud: *Qui timeis Dominum*.
 66. Per fidem et custodiam legis patentia salu-

DIONYSIUS CARTHUS.

S. EPHREM.

GLOSS. INT.

GLOSS. END.

briter exerceat, charitas viriliter ardescit, et spes sublimiter ad æterna rapitur. Super III Reg., cap. 6.

R. BRUNO, MAGNUS.

67. In corde nonnunquam per flagella turbatur charitas, per formidinem cœnecitur spes, per questiones pulsatur fides. Lib. 2 *Moral.*, cap. 27.

68. Dona summa sunt, fides, spes, et charitas: quæ cum veraciter habentur, in malum intellecti non possunt. *Ibid.*, lib. 27, cap. 27.

69. Ad perfectionem septem dona sancti Spiritus non perveniunt, nisi in fide, spe, et charitate fuerit omne quod agunt. *Ibid.*, lib. 1, cap. 13, num. 28.

70. Ab eo procul dubio vindictam de culpæ reatu Deus non expetit, quem sub eja venia spes, fides, et charitas abscondit. *Ibid.*, lib. 10, esp. 5, num. 9.

71. Major spe et fide charitas dicitur, quia postquam ad auctoris speciem perveniunt, spes et fides transit, sed charitas permanet. *Prose.*

72. Nunc quantum credimus, tantum amamus, et quantum amamus, tantum de spe presumimus.

73. Unusquisque qui in hoc vite spiritualis exercitio versatur, tantum credit, quantum sperat et amat et tantum operatur, quantum credit, amat et sperat. Homil. 22, super *Ezech.*

74. Tres sunt virtutes sine quibus is qui operari aliquid jam potest, salvari non potest: videlicet fides, spes, et charitas. *Ibid.*, homil. 16, super illud: *Porro thalamus parte tres.*

S. HIERON.

75. Scimus Ecclesiam spe, fide, charitate inaccessibilem, et inexpligabilem esse. Lib. 1 ad *versus Iovin.*

76. Respiret spes, fides erigatur, charitas accendatur. In *Regula monachor.*, cap. 37.

77. Tres virtutes sunt, fides spes, charitas. Fide servamus, quod incipimus; spe erigimur; charitate consummuramur. In *Prælat.*, super *Marc.*

78. Spes et charitas, et fides perfectum faciunt Christianum. Super *Epist. ad Ephes.*, cap. 6.

R. VICO A. S. VICTOR.

79. Qui recte timet supplicia, fide fugit vitia, spe tendit ad merita, charitate currit ad premia. Super *Abdram.* in illud *Ezech. XLVII: Huc est terra,* etc.

80. Quisquis fidem, spem, et charitatem habet, Deo placet quidquid operatur, aut exereat. *De Allegor.*, super *Exod.*, lib. 3, cap. 12.

81. Non est fides ficta, spes cassa, charitas infructuosa. Lib. 3, de *Castro animæ*, cap. 25.

82. Quia sperando amamus, quod jam fide tenemus, spei charitas succedit, et sic fides (quæ per dilectionem operatur) recte procedit. *De fructib. carnis et spiritus*, cap. 1.

83. Fides bona ostendit, spes arripit, charitas defendit: per fidem incipiunt nobis esse, per spem nostra esse, per charitatem nobiscum esse. Fides dirigit, spes trahit, charitas perducit. Lib. 4, *Miscellan.*, codic. 1, lib. 19.

84. Opera nostra fieri debent in fide, spe, et charitate. Super *Gen.*, cap. 48.

85. Funiculus triplex est, fides, spes, charitas, qui difficile rumpitur. Super *Ecclesiasten*, cap. 4.

86. Munera Deo accepta sunt, fides, spes, et charitas. Super *Isai.*, cap. 66.

87. Fides credit, spes accipit, charitas jungit. Homil. 2, super *Symbol. Apost.*

88. In carnis resurrectione fides, in vita æterna spes, in sancta Ecclesia charitas. *Ibid.*

89. Summe virtutes sunt, fides, spes, et charitas: nam a quibus habentur, utique veraciter habentur. Lib. 2, de *Sum. bono*, cap. 36, sent. 7.

90. Tria sunt, quæ in religionis cultu ad colendum Deum in hominibus perveniunt. Scilicet, Fides, spes, charitas. In fide, quid credendum in spe, quid sperandum; in charitate, quid amandum. Lib. 8 *Etymolog.*, cap. 2.

91. Fides vera, spes certa, et charitas sincera, sine humilitate nequuntentodiri. *De Humilit.*, cap. 12.

92. Instet fides sperare quod credit, instet charitas propitiare quod diligit: utrumque amantis, utrumque credentis est. *Serm. 7 Quadrage.*

93. Sine fide, spe, et charitate, nec quod vitiosum est prosum evacuat, nec quod bonum est felicitur omnino succedit. *Centur. 2, de virt. et otio*, cap. 68.

94. Prima salutis initiis, et ipsa fundamenta fides est: profectus vero et augmenta ædificii, spes est: perfectio autem et culmen totius operis, charitas est. Lib. 4, in cap. 4, *Epist. ad Rom.*, super illud: *Qui contra spem*, etc.

95. Nec fides virtus est, nisi per dilectionem operetur, nec spes virtus est nisi quod speratur, ametur. *De charit.*, cap. 2.

96. Fide justus cæcæcit, spe excrevit, charitate supercrevit. *De Panibus*, cap. 27.

97. Tres sunt principales animæ virtutes: fides scilicet, spes et charitas: in his tribus virtutibus, ducit Christo, omnis diabolica tentatio vincitur. Lib. 6, *Epist. 5, ad Monach. Cluniacens.*

98. Curx semper viret in spe, floret in fide, fructificat in charitate. *Serm. 18, de Incant. S. Crisost.*

99. Omnis fidei ratio spe dilectioneque concluditur: etenim diligendo quisque promissum quod credit fidem commodat, donec possit ut omnino quod sperat. *De Promiss.*, part. 1, in Prologo.

THEOPH.

100. Nihil profecto tam forte contra diabolum est, nihil in omni armatura virtutum tam valens, quam efficax contra pugnas libidinum, quam charitas, per quam fides operatur, per quam spes roboratur. Lib. 4, super *Zachar.*, cap. x.

S. THOMAS AQUINAS.

101. Bonum nostrum principaliter est in fide, spe, et charitate. Super *Epist. ad Colos.*, cap. 1, lect. 2.

REGO CARD.

102. Inter omnes theologicas virtutes, charitas quæ propinquius Deum respicit quam cæteræ, excellentissima est. 1, 2 quæst. 66, art. 6.

S. JOHANNES CHRYSOZ.

103. Virtutes theologice, eo quod eorum objectum sit Deus, excellentiores sunt virtutibus moralibus vel intellectualibus. 2, 2, quæst. 23, art. 6.

S. INDOREUS HISPALENS.

104. Virtutes theologice, quia sunt circa virtutum finem, sunt causa omnium aliarum virtutum. *Ibid.*, quæst. 161, art. 4.

S. LAURENT.

105. Tres sunt virtutes theologice, fides, spes, et charitas. Quatuor sunt, quæ ex fide procedunt; scilicet vite rectitudo, animæ pabulum, Dei cultus et paradisi premium. Quatuor sunt, quæ ex spe procedunt: scilicet lætitia cordis, animæ sobrietas, revelatio laboris, et vite longinquitas. Quatuor sunt, quæ ex charitate oriuntur: scilicet reverentia erga Deum, et proximum diligere, relevare oppressum, et errantem corrigere. *De vitio et virtut.*

S. IENO EPISCOPUS ET MART.

106. Tribus in rebus christiani fundamenta consistunt, in fide, in spe, et in charitate: quæ ita invicem sibi videntur esse connexa, ut sint alii alia necessaria. *Serm. de Spe.*

S. MAXIMUS MARI.

107. Spes enim procedat, cui laborat fides; fides si non sit, quomodo spes ipsa nascatur? quibus si deneges charitatem, utroque inutiles erunt: quia neque fides sine charitate, neque spes poteri operari sine fide.

GRIGOR.

108. Inque christianus tribus his in rebus, si cupit esse perfectus, debet esse constructus: si quid enim ex his si defuerit, perfectionem sui speris non habebit. *Ibid.*

PETRUS BURENS.

Vide etiam tit. *Contemplatio*, sent. 57, 58; *Dns*, sent. 29; *Lous Dei*, sent. 79; *Vigilare*, sent. 5; *Virtutes cardinales*, sent. 78.

PETRI CILI.

S. PETERUS DAMIANUS.

S. AUGUST.

S. PROPERT.

VIRTUTUM CONNEXIO IN GENERE.

SENTENTIA PATRUM.

S. AMBROS.

1. Connexæ sibi sunt, cœnecataque virtutes, ut qui unam habet, plures habere videatur. Lib. 4, super *Luc.*, cap. vi, in illud: *Beati pauperes.*

S. AUGUST.

2. Qui unam virtutem habuerit, habere omnes necesse est: et omnes deo cui una defuerit. *Prose.*

S. PROPERT.

3. Prudentia nec ignava, nec injusta, nec intemperans potest esse: nam si aliquid horum fuerit, prudentia non erit.

4. Porro si prudentia tunc erit, si et fortis et justa et temperans sit, profecto ubi fuerit, secum habet cæteras.

5. Sic et fortitudo imprudens esse non potest, vel intemperans, vel injusta.

6. Sic temperantia necesse est, ut prudens, fortis et justa sit.

7. Sic justitia non est, nisi sit prudens, fortis et temperans.

8. Ita ubi est una vera aliqua earum, et alia similiter sunt: ubi autem alia desunt, vera una illa non est, etiamsi aliquo modo esse videatur. *Epist. 29, ad D. Hieronym.*

9. Virtutes, quæ sunt in animo humano, quamvis alio atque alio modo singule intelligantur, nullo modo tamen separantur ab invicem. Lib. 6, de *Trinit.*, cap. 4.

10. Sine scientia nec virtutes ipsa, quibus recte vivere possunt haberi, per quas hæc vita misera sic gubernetur, ut ad illum, quæ vere beata est perveniatur æterna. *Ibid.*, lib. 12, cap. 14.

11. Absit ut sit in aliquo vera virtus, nisi fuerit iustus: absit autem ut sit iustus vero, nisi vivat ex fide. Lib. 4, contra *Julianum*, cap. 3.

12. Virtus quæ una ingressa fuerit, quoniam secum cæteras ducit, profecto vitia cedent omnia quæcumque inerat. *Epist. 29.*

13. Sicut citi nihil prosunt absque sale, ita omnes virtutes absque charitate. Super *Psalms. vii.*

14. Scientia etiam obest, si virtus defuerit. *Tractatu de diligendo Deo*, verbo *Vultus*.

15. Sine causa laborat, qui virtutes sine humilitate congregat. *De ordine vite.*

16. Profunda oblivione virtutes illas sepeliuntur, quæ perseverantia non insignitur. *Serm. de virt. obed.*

17. Charitas merito est regina virtutum: quia virtutis nomen amittit, quæ charitati non famularatur. Super *Psalms.*, XLVII.

18. Fides est radix omnium virtutum: quæ si evellatur, cæteræ virtutes arescunt. *Serm. 1, Dom. 24 post Pent.*

19. Thesauri virtutum in arca cordis claudendi sunt aera humilitatis. *Serm. 2 fer. post Pascha.*

20. Connexio est in virtutibus. Super lib. *Sent.*, dist. 29, art. 3, quæst. 1.

21. Virtus lenet medium vitiorum, ita ut si modice a discretionis tramite devierit, jam virtus non sit. Lib. 2, de *profect. Relig.*, cap. 50.

22. Magnitudini scientiæ respondere debet magnitudo virtutis. Lib. 5, *Compend. Theolog. verit.*, cap. 7.

23. Sicut unum membrum indiget alio, sic et in virtutibus. *Ibid.*, cap. 8.

V. HEDA.

S. BONAV.

24. Sicut in cithara si defuerit una chorda, non erit harmonia perfecta: ita nec in anima erit spiritualis melodia, nisi adsint omnes virtutes. *Ibid.*

A. BAURO.

25. Humilitas virtutes alias condit et acceptabiles Deo efficit: cum sine ea aliae virtutes habite inutiles essent, et Deo inacceptabiles: nec etiam virtutes vocantur, sed virtutum simulationes. Super *Psalm. lxxix*, in praefat.

S. CESARIUS ABRILAT.

26. Una virtus sine altera, tibi prodesse non potest. *Homil. 21.*

S. PLACIDUS.

27. Sicut quocunque membro hominis, vel mississimo, adempto, totum corpus informe efficitur: sic qui vel unam virtutem neglexerit, universum continentiam decorum dissolvit ac deicit. *Prose.*

28. Quid enim proferit virginitatem corporis servare, si anima a demone inobedientiae praeside adulteretur?

29. Aut quomodo coronabitur, qui se a gula vitio et omni corporis cupiditate continerit, superbiam tamen et studium gloriae declinare non studuerit? *De Perfect. spirit.*, cap. 42.

S. ROBERTUS.

30. Ritumen humilitas est: omnis enim virtus absque humilitate non reputatur virtus. *Doct. 14.*

S. FRANCIS ASSISIES.

31. Nullus homo est penitus in toto mundo, qui unam ex virtutibus possit habere, nisi prius sibi moriatur. *Prose.*

32. Qui unam habet et alias non offendit, omnes habet: sed qui unam offendit nullam habet, et omnes offendit. In suis *Opus. de virtutibus.*

S. GREGORIUS MAGNUS.

33. Unaquaeque virtus tanto minor est, quanto desunt ceterae. *Lib. 22 Moral.*, cap. 1.

34. Una virtus sine aliis aut omnino nulla est, aut imperfecta. *Ibid.*

35. Valde singula qualibet desinitur, si non una virtus virtuti illi suffragetur. *Ibid.*, lib. 4, cap. 16.

36. Una virtus sine alia, vel nulla est omnino, vel minima, nisi vicissim sua conjunctione fulciatur. *Ibid.*, lib. 21, cap. 3.

37. Neque unaquaeque virtus est, si mixta aliis virtutibus non est. *Ibid.*, lib. 4, cap. 20, super illud *Job*: *Ne forte peccaverint filii mei, etc.*

38. Quanta sit concordia virtutes ostenditur, cum sine illa virtutes reliquae, virtutes non esse monstrantur. *Homil. 8*, super *Eszech.*, in illud *Cant. vi*: *Territus ut citharum acies ordinata.*

39. Prudentia, temperantia, fortitudo, atque iustitia tanto perfectae sunt singulae, quanto vicissim sibi invicem sunt conjunctae. *Lib. 22 Moral.*, cap. 1.

40. Nec clarescere potest aliquis fulgore virtutis, qui non arserit in officina charitatis. *Ibid.*, lib. 18, cap. 14.

41. Non virtutibus venitur ad fidem, sed per fidem ad virtutes pertingitur. *Homil. 40*, super *Eszech.*

42. Qui sine humilitate virtutes congregat, quasi in pulverem portat. *Homil. 7*, super *Evang.*

43. Sine virtute concordiae, virtutes reliquae, virtutes non esse monstrantur. *Homil. 8*, super *Eszech.*

44. Omnes virtutes in conspectu Dei, vicaria ope se sublevant: nec virtutes vere sunt, si a se invicem aliquis diversitate discordant. *Prose.*

45. Una virtus sine altera, aut omnino nulla est, aut minima. In *septem Psalm. Psalms.*, super *Psalm. iii*, verso 3.

46. Pudicitia sine comitibus suis, continentia et caritate, ideam sui facere non potest. *Epist. 10*, ad *Flavianum*.

47. Qui unam habuerit, omnes videtur habere virtutes participatione, non proprietate. *Lib. 4*, *dialog. adversa. Pelag.*

48. Virtutes haerent sibi, et inter se ita nexae sunt, ut qui una curaverit, omnibus careat. *Ad Fabianum*.

49. Quid prodest pudicitia, si ceteras virtutes non habuerit? *Lib. 2*, super *Hierem.*, cap. vii, super illud *I Cor. vii*: *Ut sit sancta corpore, etc.*

50. Omnes choram vestre vocales sint: non potest esse cithara, si una chorda defuerit. *Prose.*

51. Quid tibi prodest, si sis castus, si sis largus in elemosyna, et invidiosus sis?

52. Quid tibi prodest, si sex chordas integras habueris, et unam ruptam: si una chorda defuerit, perfectus citharae sonus esse non poterit. Super *Psalm. xvii*, vers. 7: *Psallite in cithara.*

53. Frustra habemus virtutes, si non ipsae virtutes humilitate coronentur. Super *Psalm. cxxxiii*, vers. 1.

54. Ille fructus congregat, qui licet in virtutibus crescat, tamen in omnibus humilitatem servat. Super *Levit.*, cap. xxx.

55. Sicut in arca thesaurum servatur, ita per patientiam virtutes custodiuntur. Super *Josue*, cap. xii.

56. Patientia est firmamentum omnium virtutum: nam vidua est virtus, nisi patientia firmet. *Ibid.*, cap. xxi.

57. Ad integritatem mentis et corporis conservandam, abstinentia ciborum, sola non sufficit, nisi fuerit castere quoque virtutes animi conjugate. *Lib. 5*, de *Cochab. Inst.*, cap. 10.

58. Cunctarum virtutum una connexio natura est, licet in multis dividi species et vocabula videantur: nullam perfecte possidere prohibetur,

S. HIERON.

JOAN. GENS.

JOAN. TRITHE.

S. ISIDORUS HISPALENS.

LACT. FIRM.

S. LAURENTIUS JORDAN.

S. IEO I.

JOAN. CASS.

quibusque aliis in eorum parte dignoscitur. *Ibid.*, cap. 11.

59. Nullo modo poterit in anima virtutum structura consurgere, nisi prius loca fuerint vere humilitatis in corde fundamenta. *Ibid.*, lib. 12, cap. 32.

S. JOANNES CHRYSOST.

60. Sive jejunium, sive orationem, sive elemosynam, sive continentiam, sive quid aliud boni congregaveris, absque humilitate deficiunt, et omnino percunt. *Homil. 6*, ex *Dieris. in Matth.*

61. Virtus non est, nisi conjunctam habeat humilitatem. *Homil. 35*, super *Gen.*

JOAN. GENS.

62. Unam qui virtutes congregat, vel edificat, saperet et intelligeret, quoniam omnes cum humilitate connexae sunt, omnes fundatae, omnes agglutinatae: quia sublimata, fugunt omnes, nocent et oberunt, velut cedente fundamento, cuius domus omnis inclinata recumbit. *Serm. de Humilit. in Clara Dom.*, versid. 3.

JOAN. TRITHE.

63. Sic virtus virtuti conjungitur, ut ubi una desit, altera esse non possit. In cap. 4, *Regul. S. Benedict.*, verbo *Hinc*.

64. Si vera desit humilitas, nihil erit aliud virtutum ceterarum congregatio, quam ruina quaedam constructa sine fundamento in sabulo domus. *Lib. 4*, *homil. 19*.

S. ISIDORUS HISPALENS.

65. Virtutes dum discretionem non servant, in vitia transeunt: nam iustitia dum suum modum excedit, crudelitatis savillium gignit. *Prose.*

66. Nimis pietas, dissolutionem discipline parit: zelus studium, dum plus est, quam oportet, in iracundiam vitium transit: multa mansuetudo, torporis segnitium gignit. *Lib. 2*, de *Summa bona*, cap. 34, sent. 4.

LACT. FIRM.

67. Cum iustitia sit omnium virtutum mater, si alius singula tollantur, ipsa subvertitur. *Lib. 2*, de *Divin. Inst.*, cap. 22.

S. LAURENTIUS JORDAN.

68. Fides vera, spes certa, et charitas sincera, sine humilitate nequeunt custodiri. *De Humilit.*, cap. 12.

S. IEO I.

69. Misericordiae virtus tanta est, ut sine illa ceterae (etsi sint) processo non possint. *Serm. 5*, de *Collectis*.

70. Nuda sunt omnes sine charitate virtutes: nec potest dici in qualibet morum excellentia fructuosum, quod non dilectionis pactus ediderit. *Serm. 10* *Quadrages.*

UTRIBUS.

71. Ipsae virtutes, nisi patientia habeant fundamentum, nomen virtutis et officium perderunt. *Epist. 81*, ad *Abbat. de Fontanis*.

72. Omnes virtutes in charitate requiescunt, et sine charitate nihil est virtus: quia ipsa unicuique virtuti exhibet, ut sit virtus. *Ibid.*, de *Charit.*, cap. 11.

73. Scientia illa vera est, quas fuerit mixta virtuti. *Serm. 167.*

S. PETRUS CHRYSOST.

74. Virtutes si separate fuerint, dilabuntur. *Ibid.*, *Serm. 145.*

S. PETRUS DAMIANUS.

75. Singulae quoque vere virtus non est, si mixta aliis virtutibus non sit. *Opus. 9*, cap. 1.

PHILO JUD.

76. Solent etiam pietatem comitari virtutes ceterae, a qua non magis divelli possunt: quam umbra a corpore quod in sole versatur. *De Charitate*.

PRUDENTIUS POETA.

77. Omnibus una comes virtutibus associatur, Auxiliumque suum fortis patientia miscet. Virtus, nam vidua est, quam non patientia firmat. In *Psychonachia, de puppa patientia et ire*.

RICHARD. A S. VICTORIS.

78. Ut unaquaeque virtus in sua actione iustae equitatis mensuram tenet, recte discretionis motus minime excedat. *Part. 4*, tit. 4, de *Statu inter hom.*, cap. 25.

S. THOMAS AQUINAS.

79. Virtutes morales perfectas necesse est invicem connexas esse, ut altera esse sine altera non valeat. 1, 2, quest. 65, art. 1.

80. Religio, pietas, observantia, veritas, gratia, iudicatio, amicitia, liberalitas, iustitia virtutes annexae sunt. 2, 2, quest. 80, art. 1.

IN VIT. PAT.

81. Virtutes tanquam gradus et scholae sunt inter se cohaerentes, atque aliae ab aliis sustulit, quam animus in eadem subvehunt. *Lib. 4*, in *Vita SS. Barlaam et Josephat*, cap. 11.

SENTENTIAE PAGANORUM.

82. Iustitia in sese virtutes continet omnes. *Lib. 5, Ethic. ad Nicomach.*, cap. 4.

ANASTASIUS.

83. Cum prudentia, quae est una, simul insunt universae virtutes. *Ibid.*, lib. 6, cap. 13.

84. Ne quidem aliae sine prudentia virtutes sunt neque prudentia absque residuis virtutibus perfecta, verum invicem esse conjungunt, committant prudentiam. *Lib. 2* *Magior. Moral.*, cap. 3.

CICERO.

85. Sine prudentia ne intelligi quidem ulla virtus, ne dum esse poterit. *Lib. 2* *Tuic. quest.*

86. Si unam virtutum confessus fueris tu non habere, nullam necesse est tu esse habiturum. *Ibid.*

VIRTUTUM CONNEXIO IN SPECIE.

SENTENTIAE PATRUM.

ABSTINENTIA ET CASTITAS.

1. Tunc castimonia ad perfectum munditiae candorem ducitur, cum per abstinentiam evo fatigatur. *Part. 2* *Pectorat.*, cap. 3.

S. BASILIUS.

2. Pudicitia, nisi per abstinentiam tuta esse non potest. *Epist. 22*, ad *Eustoch.*

S. HIERON.

3. Castitas sine comitibus suis, jejuniu videlicet et temperantia, cito lassescit. *Homil. 1*, super *Psalm. 1*.

S. JOHANNES CHRYSOST.

24. Sicut in cithara si defuerit una chorda, non erit harmonia perfecta: ita nec in anima erit spiritualis melodia, nisi adsint omnes virtutes. *Ibid.*

A. BAURO.

25. Humilitas virtutes alias condit et acceptabiles Deo efficit: cum sine ea aliae virtutes habitae inutiles essent, et Deo inacceptabiles: nec etiam virtutes vocantur, sed virtutum simulationes. Super *Psalm. lxxix*, in praefat.

S. CESARIUS ABRILAT.

26. Una virtus sine altera, tibi prodesse non potest. *Homil. 21.*

S. PLACIDUS.

27. Sicut quocunque membro hominis, vel mississimo, adempto, totum corpus informe efficitur: sic qui vel unam virtutem neglexerit, universum continentiam decorum dissolvit ac deicit. *Prose.*

28. Quid enim proferit virginitatem corporis servare, si anima a demone inobediencie praeside adulteretur?

29. Aut quomodo coronabitur, qui se a gula vitio et omni corporis cupiditate continerit, superbiam tamen et studium gloriae declinare non studuerit? *De Perfect. spirit.*, cap. 42.

S. ROBERTUS.

30. Ritumen humilitas est: omnis enim virtus absque humilitate non reputatur virtus. *Doct. 14.*

S. FRANCIS ASSISIES.

31. Nullus homo est penitus in toto mundo, qui unam ex virtutibus possit habere, nisi prius sibi moriatur. *Prose.*

32. Qui unam habet et alias non offendit, omnes habet: sed qui unam offendit nullam habet, et omnes offendit. In suis *Opus. de virtutibus.*

S. GREGORIUS MAGNUS.

33. Unaquaeque virtus tanto minor est, quanto desunt ceterae. *Lib. 22 Moral.*, cap. 1.

34. Una virtus sine aliis aut omnino nulla est, aut imperfecta. *Ibid.*

35. Valde singula qualibet desinitur, si non una virtus virtuti illi suffragetur. *Ibid.*, lib. 4, cap. 16.

36. Una virtus sine alia, vel nulla est omnino, vel minima, nisi vicissim sua conjunctione fulciatur. *Ibid.*, lib. 21, cap. 3.

37. Neque unaquaeque virtus est, si mixta aliis virtutibus non est. *Ibid.*, lib. 4, cap. 20, super illud *Job*: *Ne forte peccaverint filii mei, etc.*

38. Quanta sit concordia virtutes ostenditur, cum sine illa virtutes reliquae, virtutes non esse monstrantur. *Homil. 8*, super *Ezech.*, in illud *Cant. vi*: *Territus ut citharum acies ordinata.*

39. Prudentia, temperantia, fortitudo, atque iustitia tanto perfectius sunt singulae, quanto vicissim sibi invicem sunt conjunctae. *Lib. 22 Moral.*, cap. 1.

40. Nec clarescere potest aliquis fulgore virtutis, qui non arserit in officina charitatis. *Ibid.*, lib. 18, cap. 14.

41. Non virtutibus venitur ad fidem, sed per fidem ad virtutes pertingitur. *Homil. 40*, super *Ezech.*

42. Qui sine humilitate virtutes congregat, quasi in pulverem portat. *Homil. 7*, super *Evang.*

43. Sine virtute concordiae, virtutes reliquae, virtutes non esse monstrantur. *Homil. 8*, super *Ezech.*

44. Omnes virtutes in conspectu Dei, vicaria ope se sublevant: nec virtutes vere sunt, si a se invicem aliquis diversitate discordant. *Prose.*

45. Una virtus sine altera, aut omnino nulla est, aut minima. In *septem Psalm. Psalms*, super *Psalm. iii*, verso 3.

46. Pudicitia sine comitibus suis, continentia et caritate, ideam sui facere non potest. *Epist. 10*, ad *Marian.*

47. Qui unam habuerit, omnes videtur habere virtutes participatione, non proprietate. *Lib. 4*, *dialog. adversa. Pelag.*

48. Virtutes haerent sibi, et inter se ita nexae sunt, ut qui una curaverit, omnibus careat. *Ad Fabianum.*

49. Quid prodest pudicitia, si ceteras virtutes non habuerit? *Lib. 2*, super *Hierem.*, cap. vii, super illud *I Cor. vii*: *Ut sit sancta corpore, etc.*

50. Omnes choram vestre vocales sint: non potest esse cithara, si una chorda defuerit. *Prose.*

51. Quid tibi prodest, si sis castus, si sis largus in elemosyna, et invidiosus sis?

52. Quid tibi prodest, si sex chordas integras habueris, et unam ruptam: si una chorda defuerit, perfectus citharae sonus esse non poterit. Super *Psalm. xvii*, vers. 7: *Psallite in cithara.*

53. Frustra habemus virtutes, si non ipsae virtutes humilitate coronentur. Super *Psalm. cxxxiii*, vers. 1.

54. Ille fructus congregat, qui licet in virtutibus crescat, tamen in omnibus humilitatem servat. Super *Levit.*, cap. xxx.

55. Sicut in arca thesaurum servatur, ita per patientiam virtutes custodiuntur. Super *Josue*, cap. xii.

56. Patientia est firmamentum omnium virtutum: nam vidua est virtus, nisi patientia firmet. *Ibid.*, cap. xxi.

57. Ad integritatem mentis et corporis conservandam, abstinentia ciborum, sola non sufficit, nisi fuerit castere quoque virtutes animi conjugatae. *Lib. 5*, de *Cochab. Inst.*, cap. 10.

58. Cunctarum virtutum una connexio natura est, licet in multis dividi species et vocabula videantur: nullam perfecte possidere prohibetur,

S. HIERONYMUS.

JOAN. GENS.

JOAN. TRITHEM.

S. ISIDORUS HISPALENSIS.

LACTANTIUS.

S. LAURENTIUS JUREM.

S. IED I.

JOAN. CASS.

JOAN. CASS.

quisque eius in eorum parte dignoscitur. *Ibid.*, cap. 11.

59. Nullo modo poterit in anima virtutum structura consurgere, nisi prius loca fuerint vere humilitatis in corde fundamenta. *Ibid.*, lib. 12, cap. 32.

S. JOANNES CHRYSOSTOMUS.

60. Sive jejuniun, sive orationem, sive elemosynam, sive continentiam, sive quid aliud boni congregaveris, absque humilitate deficiunt, et omnino percunt. *Homil. 6*, ex *Diocet. in Math.*

61. Virtus non est, nisi conjunctam habeat humilitatem. *Homil. 35*, super *Gen.*

JOAN. GENS.

62. Unam qui virtutes congregat, vel edificat, sapret et intelligeret, quoniam omnes cum humilitate connexae sunt, omnes fundatae, omnes agglutinate; quae sublati, fugunt omnes, nocent et oberunt, velut cedente fundamento, cuius domus omnis inclinata recumbit. *Serm. de Humilit. in Clara Dom.*, versid. 3.

JOAN. TRITHEM.

63. Sic virtus virtuti conjungitur, ut ubi una desit, altera esse non possit. In cap. 4, *Regul. S. Benedict.*, verbo *Hinc.*

64. Si vera desit humilitas, nihil erit aliud virtutum ceterarum congregatio, quam ruina quaedam constructa sine fundamento in sabulo domus. *Lib. 4*, *homil. 19.*

S. ISIDORUS HISPALENSIS.

65. Virtutes dum discretionem non servant, in vitia transeunt: nam iustitia dum suum modum excedit, crudelitatis savillium gignit. *Prose.*

66. Nimis pietas, dissolutionem discipline parit: zelus studium, dum plus est, quam oportet, in iracundiam vitium transit: multa mansuetudo, torporis signum gignit. *Lib. 2*, de *Summa bona*, cap. 34, sent. 4.

LACTANTIUS.

67. Cum iustitia sit omnium virtutum mater, si alius singula tollantur, ipsa subvertitur. *Lib. 3*, de *Divin. Inst.*, cap. 22.

S. LAURENTIUS JUREM.

68. Fides vera, spes certa, et charitas sincera, sine humilitate nequeunt custodiri. *De Humilit.*, cap. 12.

S. IED I.

69. Misericordiae virtus tanta est, ut sine illa ceterae (etsi sint) processo non possint. *Serm. 5*, de *Collectis.*

70. Nuda sunt omnes sine charitate virtutes: nec potest dici in qualibet morum excellentia fructuosum, quod non dilectionis pactus ediderit. *Serm. 10* *Quadrages.*

JOAN. CASS.

71. Ipsae virtutes, nisi patientia habeant fundamentum, nonne virtutis et officium perderunt. *Epist. 81*, ad *Abbat. de Fontanis.*

72. Omnes virtutes in charitate requiescunt, et sine charitate nihil est virtus: quia ipsa unicuique virtuti exhibet, ut sit virtus. *Ibid.*, de *Charit.*, cap. 11.

73. Scientia illa vera est, quae fuerit mixta virtuti. *Serm. 167.*

S. PETRUS CHRYSOLOGUS.

74. Virtutes si separate fuerint, dilabuntur. *Ibid.*, *Serm. 145.*

S. PETRUS DAMIANUS.

75. Singulae quaeque vere virtus non est, si mixta aliis virtutibus non sit. *Opus. 9*, cap. 1.

PHILO JUD.

76. Solent etiam pietatem comitari virtutes ceterae, a qua non magis divelli possunt; quam umbra a corpore quod in sole versatur. *De Charitate.*

S. PRUDENTIUS FORZEA.

77. Omnibus una comes virtutibus associatur, Auxiliumque suum fortis patientia miscet. Virtus, nam vidua est, quam non patientia firmat. In *Psychonachia*, de *pugna patientia et ire.*

RICHARD. A S. VICTORIS.

78. Ut unaquaeque virtus in sua actione iustae equitatis mensuram tenet, recte discretionis motus minime excedat. *Part. 4*, tit. 4, de *Statu inter hom.*, cap. 25.

S. THOMAS AQUINAS.

79. Virtutes morales perfectas necesse est invicem connexas esse, ut altera esse sine altera non valeat. 1, 2, quest. 65, art. 1.

80. Religio, pietas, observantia, veritas, gratia, iudicatio, amicitia, liberalitas, iustitia virtutes annexae sunt. 2, 2, quest. 80, art. 1.

IN VITAE.

81. Virtutes tanquam gradus et scholae sunt inter se cohaerentes, atque aliae ab aliis sustulit, quae animum in eadem subvehunt. *Lib. 4*, in *Vita SS. Barlaam et Josephat*, cap. 11.

SENTENTIAE PAGANORUM.

82. Iustitia in sese virtutes continet omnes. *Lib. 5*, *Ethica. ad Nicomach.*, cap. 4.

ANASTASIUS.

83. Cum prudentia, quae est una, simul insunt universae virtutes. *Ibid.*, lib. 6, cap. 13.

84. Ne quidem aliae sine prudentia virtutes sunt neque prudentia absque residuis virtutibus perfecta, verum invicem esse conjungunt, committant prudentiam. *Lib. 2* *Magior. Moral.*, cap. 3.

IN VITAE.

85. Sine prudentia ne intelligi quidem ulla virtus, ne dum esse poterit. *Lib. 2* *Tuae. quest.*

CICERO.

86. Si unam virtutum confessus fueris tu non habere, nullam necesse est tu esse habiturum. *Ibid.*

VIRTUTUM CONNEXIO IN SPECIE.

SENTENTIAE PATRUM.

ABSTINENTIA ET CASTITAS.

1. Tunc castimonia ad perfectum munditiae candorem ducitur, cum per abstinentiam evo fatigatur. *Part. 2* *Pectorat.*, cap. 3.

S. BASILIUS.

2. Pudicitia, nisi per abstinentiam tuta esse non potest. *Epist. 22*, ad *Eustoch.*

S. HIERONYMUS.

3. Castitas sine comitibus suis, jejuniu videlicet et temperantia, cito lassescit. *Homil. 1*, super *Psalm. 1.*

S. JOHANNES CHRYSOSTOMUS.

S. ISIDORUS
WISUALENS.

4. Quidam continent sicut panem cum pondere edunt, ita et aqua cum mensura sumunt; asserentes ad castimoniam carnis, etiam aque abstinentiam convenire. Lib. 2, de *Summo Jure*, cap. 43, sent. ult.

5. Libidinis ignes, eorum comites incrementum corpus autem quod abstinentia frangit, tentatio non exurit. *Ibid.*, cap. 42, sent. 7.

S. LEO I.

6. Non sunt casta jejunia, que non de ratione veniunt continentie, sed arte fallacia. *Serm. 4, de Epiph.*

ABSTINENTIA ET CHARITAS.

S. BERNARD.

7. Quomodo claritas (ut aiunt) lune, non nisi a sole est; sic absque charitate, continentie meritum, nullum est. *Serm. 27, super Cant.*

S. PROSPER.

8. Cum sine abstinentia quilibet hominum Catholicum charitas sola perficit; omnis abstinentia aut perdat sine adjunctione charitatis, aut perdat. Lib. 2, de *Vita contemplat.*, cap. 24.

ACTIO ET CONTEMPLATIO.

S. AMBROS.

9. Sancti in celum quodammodo ascendunt, cum eos amor divinus ad celestia contemplanda elevat; cadunt in terram, cum eos amor proximorum ad ima retrahat. *Super Apoccl.*, cap. 8, in illud: *Et cecidit de celo stella ardens*, etc.

S. AUGUST.

10. Non sic quisque debet esse otiosus, ut in eodem otio utilitatem non cogitet proximi; nec sic otiosus, ut contemplationem non requirat Dei. Lib. 19, de *Civitate Dei*, cap. 19.

S. BERNARD.

11. Sicut activa vita est sepulcrum secularis vite; ita contemplativa vita, est monumentum active vite. *Serm. 53, ad Soro.*

BOETIUS.

12. Non semper in actu sis, sed interdum animo tuo requiem dato, et ipsa requies sit plena sapientia, studio et bonis cogitationibus. *De discipulo scholari*. Et habetur apud Bodam, in *Axiomat. Philos.*, verbo *Non semper*.

S. BONAV.

13. Ubi vita activa terminatur, et perficitur; ibi vita contemplativa ordinate inchoatur, et gradatim sursum tendit et proficit. *De septem itineribus*. 3, dist. 4, art. 4.

CASSIODOR.

14. Vita contemplativa, et activa duo sunt tanquam gemini oculi pulcherrime sociati, qui reddunt illuminatissimum Christianum. *Super Paulin.* xii, vers. ult.

FRANCISC.

TIELMANS.

15. Prædici nec penitus inherere debent terrenis pluraquam necesse est, neque ita etiam solis velle inherere celestibus, ut cura negligatur subditorum; sed medio modo quasi inter utramque habnare; ut neque nimium occupentur terrenis distractionibus, neque semper inherant contemplationis soliditati. *Sect. 1, in Annot. super Psalm. cxvii, vers. 14: Si dormitis inter medios celos*, etc.

16. In contemplatione principium, quod Deas est, queritur; in operatione autem sub gravi necessitatem fæce laboratur. *Prose.*

17. Rachel pulchra, sed sterilis: Lia autem lippa est, sed fecunda. Quia nimirum mens cum contemplando oia appetit, plus videt, sed minus Deo filios generat; cum vero ad laborem predicationis se dirigit, minus videt, sed amplius parit. Lib. 6 *Moral.*, cap. 18.

18. Mens nec sic pro amore Dei quietem diligit, ut curam proximi utilitatemque postponat; nec sic pro amore proximi occupationi inserviat, ut quietem funditus deserens, ignem in se superni amoris extinguat. *Ibid.*, lib. 6, cap. 17, sect. 25.

19. Due vite, activa videlicet et contemplativa, cum conservantur in mente, quasi duo oculi habentur in facie. *Ibid.*, sect. 26.

20. Magna sunt activa vite merita, sed contemplative vite postiora; activa vite opera cum corpore transeunt, contemplativa autem gaudia melius ex fine convalescunt. *Ibid.*, lib. 6, cap. 18, super illud *Job v: Quod auditum mente*, etc.

21. Fideles contemplationis studio proximorum curam non negligant, nec cura proximorum immoderatus obligati, contemplationis studia derelinquant. *Ibid.*, lib. 28, cap. 6, sect. 14.

22. Activa in necessitate, contemplativa in voluntate est; illa in servitute, ista in libertate. *Homil. 3, super Ezech.* super illud *Luc. x: Martha satagebat*, etc.

23. Sicut est bonus ordo vivendi, ut ab activa in contemplativam tendatur; ita plerumque a contemplativa animus ad activam reflectitur; ut per hoc quod contemplativa mentem ascenderit, perfectus activa teneatur. *Ibid.*, homil. 14.

24. Amor Dei ad contemplativam, amor vero proximi pertinet ad activam. *Ibid.*, homil. 18.

25. In activa vita, finis est in labore; in contemplativa vero, nec defectus in bonis, nec terminus in delectatione. Lib. 2, de *Claustro animæ*, cap. 29.

26. Si ascendere nos per devotionem mentis, scias et descendere per exercitium boni operis; si nescis descendere, nescis ascendere. *Super Psalm. cxvii, cap. 72.*

27. Due sunt vite, activa et contemplativa, activa est in labore, contemplativa in requie; activa in publico, contemplativa in deserto; activa in necessitate proximi, contemplativa in visione Dei. *De Allegor.* in *Mar.*, lib. 3, cap. 3.

28. Non est perfectus predicator, qui vel propter contemplationis studium, operanda negligit, vel propter operationis instantiam, contemplanda postponit. *Super Genes.*, cap. xix.

29. Vis ea, in qua inest ratio, partim in con-

S. GERGO
MAGNUS.

S. JOANNES
BAMASCEN.

templatione, partim in actione versatur. *Prose.*
30. In contemplatione ea versatur, que quomodomodum sese res habent, considerat; in actione autem ea sita est, que rectam rebus agendis rationem prescribit.

31. Illa pars, que contemplatione gaudet, mentem occupat; ea autem, que in actione posita est, rationem. Lib. 2, de *Fide orthodox.*, cap. 27.

JOAN.
TERTI.

32. Deficiente Martha, non potest subsistere Maria: Maria de gratia Marthæ vivit, porro Martha de societate Mariæ confidit. In cap. 2, *Regul. S. Bened.*

CONVICUS
SILVICUS.

33. Legitimi contemplatores supernaturalisque quietis cultores, ita sanctum otium sectantur, ut tamen bona opera atque exercitia non deserant. In *Spectulo spirit.*, cap. 11.

ETI. CELL.

34. Martha calida utatur, Maria candida; hæc enim actio, illa contemplationis aptatur; hæc orat, illa laborat; sedet ista, sudat illa; hæc quiescit, illa currit; exit ista, illa intrat; ista inchoat, illa consummat. Lib. 2, epist. 10, ad *Abbatissam quædam*.

STILO JED.

35. Sine in actione sola contemplatio scientibus ad nihil est utilis. *De congressu querentis crediti gratia.*

IN VITIS
PATR.

36. Necessaria est Martha Mariæ, propter Martham enim et Maria laudatur. Lib. 3, num. 55.

SENECA.

37. In duas partes virtus dividitur: in contemplationem veri et actionem; contemplationem institutio tradit, actionem admonitio. *Epist. 94.*

38. Agere et contemplationi vacare, utrumque mihi est: quoniam ne contemplatio quidem sine actione est. *De Beata vita*, cap. 32.

39. Tria genera sunt vite, unum voluptati vacat, alterum contemplationi, alterum actioni. *Prose.*

40. Nec ille, qui voluptatem probat, sine contemplatione est; nec ille, qui contemplationi inservit, sine voluptate est; nec ille cuius vita actioni destinata est, sine contemplatione est.

41. Alterum sine altero non est, nec illa sine actione contemplatur, nec hic sine contemplatione agit. *Ibid.*, cap. 32.

Vide plura tit. *Contemplatio et Actio*, lib. 3.

AMOR ET FIDES.

S. AUGUST.

42. In illa requie, ubi opera servilia jubentur cessare, magna est altitudo gratiæ Dei; tunc enim finit cum requie opera, cum fides per dilectionem operatur. Lib. 2, super *Exod.*, quest. 172.

43. Si a fide quisque ceciderit, a charitate Tom. IV.

etiam necesse est cadat; non enim potest diligere quod esse non credit. Lib. 1, de *Doctr. christ.*, cap. 137.

44. Sine amore fides nihil prodest. In *Enchir.*, cap. 8.

45. Sine charitate fides potest quidem esse, sed non et processu. Lib. 15, de *Trinit.*, cap. 18.

46. Sine dilectione, fides inanis est: cum dilectione fides Christiani, sine dilectione fides dæmonis. *Serm. 1, Tempore vigiliæ Pent.*

47. Si fides sine dilectione sit, sine opere erit. *Super Psalm. xxxi, in præf.*

48. Posse habere fidem, sicut posse habere charitatem, natura est hominum; habere autem fidem, quomodomodum habere charitatem, gratiæ est fidelium. *De prædicatione sanctorum*, cap. 5.

49. Scivit Dominus qui sunt ejus: horum fides, que per dilectionem operatur, profecto aut omnino non deficit, aut si qui sunt quorum deficit, reparatur antequam vita ista finiatur, et delecta que intercurreret iniquitate, usque in finem perseverantia deputatur. *De corrept. et grat.*, cap. 7.

50. Anima fidei, ipsa dilectio est: quid fides, que non operatur ex dilectione, nisi cadaver examine? *Serm. 24, super Cant.*

51. Quomodo rectus est, cuius fides mortuum, cuius opus mors, cuius nulla dilectio, amaritudo multa? *Ibid.*

52. Mors fidei, est separatio charitatis: fidem tuam dilectio animat, probat actio. *Ibid.*

53. Sine amore charitatis, quamvis quisque recte credat, ad beatitudinem pervenire non potest. *Serm. 5, de Charit. ad sororem.*

54. Qui Deum amat et legitime credit, idem S. MARCO.
opera fidei sancte perficit: qui vero tantum credit et non amat, idem neque fidem ipsam, quam habet, videtur habere. *Prose.*

55. Levi enim mente credit, in quo pondus gloriæ charitatis non operatur: fides ergo in actione per charitatem posita, magnitudo virtutum est. *De Perfect. spirit.*, cap. 21.

56. Ut quisquam Deum diligat, qui in Deum non credit, fieri nullatenus potest: quia potest minusquam credere aliquid esse, quod non diligit; diligere vero nemo potest, quod esse non credit. *De Incarnat.*, cap. 26.

57. Fides robusta est, que se in dilectione Dei ac proximi exercet. *Homil. 16, super Ezech.*

58. Cum dilectio procul abfuerit, fides pariter abscedit. Lib. 3, super *Epist. ad Galat.*

59. Fides et charitas, initium vite et finis est: S. IERONIMUS
principium vite, fides: finis quædam, charitas; MARTIN.

hæc autem duo, quoties in unum eorum, Dei hominem perficiunt. Epist. 14, ad Ephesos.

60. Cum dilectione, fides est Christiani; sine dilectione, fides est diaboli. Lib. 1, homil. 3, ad Monach.

61. Quanto quisque plus diligit, tanto in fide amplius proficit. *Ibid.*

62. Caritas robur fidei, fides fortitudo est charitatis: et tunc verum nomen, ac verus est fructus ambarum, cum insolubilibus utriusque manet connexio. *Prose.*

63. Ubi enim non simul fuerit, simul desunt: quia invicem sibi et juvamentum et lumen sunt: nunc sine fide non diligitur, et sine dilectione non creditur. Serm. 7 *Quadrage.*

64. Non habet charitatem Christi, qui Christo non fideliter credit. Serm. 119.

AMOR ET SPES.

65. Spes sine amore esse non potest, proinde nec amor sine spe est, nec sine amore spes. In *Enchirid.*, cap. 8.

66. Quantumque amor sit perfectus in via, est sibi virtus spei conjuncta. Super Lib. 3, *Sent.*, dist. 26, art. 1, quest. 1.

67. Quanto quis magis amat, tanto magis sperat. *Ibid.*, pag. dist. 34, art. 2, quest. 2.

68. Amor et spes sanctorum, bene conjunguntur: amant enim quæ sperant, et sperant quæ amant. Super *Eccl.*, cap. 4.

69. Spei defectus, exterminatio est charitatis: simul atque illius fides, charitas apparuit. Grad. 30.

70. Spes amorque æternorum, velut geminæ alis ad cœlestia homines sublevant. Lib. 4, epist. 20, ad Gilbert.

AMOR ET TIMOR.

71. Per timorem, venit ad amorem: timendus est Deus ut Dominus, amandus ut pater. In *Mediat.*

72. Cum timor Dei fundetur, et radietur in charitate: crescente charitate augetur timor; mens, quæ plus est illuminata et inflammata, plus timet. Part. 4, tit. 6, cap. 10, § 4.

73. Ama Dei bonitatem, time severitatem: amando enim times, ne amatum et amantem graviter offendas. De *sancta Virgine*, cap. 88.

74. Timor castus non recedit a charitate: si non amas, time, ne peras: si amas, time, ne displiceas. *Ibid.*

75. Fetas timore timoratur, charitate perficitur. De *vera Relig.*, cap. 17.

76. Cupiditatis minuendus initium est, Deum timere, qui solus timeri sine amore non potest. *Quest.*, quest. 26.

77. Multum movet Dei amor et timor: timor Dei, quia justus est; amor, quia misericors. Super *Psalm.* lxx.

78. Absit ut timore pereat amor, ubi castus est timor. Super *Psalm.* cxvii.

79. Amor inflammatur, timor humilatur: humilatur et bonus timor, accenditur et bonus amor. Super *Psalm.* lxxxix, vers. 17.

80. Sicut omnia justa opera bono timore, et bono amore fiunt: sic malo amore, et malo timore omnia peccata committuntur. *Ibid.*

81. Ad omne recte factum, amor et timor ducit: ut facias bene, Deum amas et times Deum: ut autem facias male, amas mundum, et times mundum. *Ibid.*

82. Non intrat charitas incommunita, habet se cum timore, quem introducit, sed illum castum permanentem. Serm. 18, de Verb. *Apost.*

83. Servilis est timor, quando ab amore non manumittitur. Serm. 83, super *Corinth.*

84. Præcedit timor, ut sequatur justificatio: timore vocatur, amore justificamur. Epist. 107, ad *Thomam præposit.*

85. Nihil prodest spiritus timoris, ubi non est spiritus charitatis. Epist. 258.

86. Timor Domini sanctus, et sanctus amor: his perfectio affectus anima veluti quibusdam duobus brachiis suis comprehendit, amplectitur, stringit, tenet, et ait: Temul eum nec dimittam. Lib. 5, de *Consider.*

87. Non solum oportet Deum diligere, sed et ipsam amando timere. Serm. de *Angelis.*

88. Quanto quis magis amat, tanto minus timet. Super lib. 3, *Sent.*, dist. 34, art. 2, quest. 2.

89. Qui Deum bene timet, et amat: qui bene amat, et timet. Super *Psalm.* xxxix, vers. 18.

90. Ille timor Deo probatur acceptus, qui cum amore maximo, et pia presumptione conjungitur. Super *Psalm.* cxlvi, vers. 6.

91. Timeat ergo unusquisque, ne peccet: amet ut supplicet. *Ibid.*

92. Qui ab humano timore longo discretus est, sic formidat, ut diligit: sic querit ut nunquam desinat amare quem metuit. Super *Psalm.* cxvii, vers.: In timore suo, etc.

93. Deum toto corde diligere, est amare in illo quod Pater est, timere, quod Deus est. De *orat. Domin.*, cap. 7.

94. Nemo potest in sensu cordis Deum amare, nisi prius toto corde eum timeat. De *Perfect. spir.*, cap. 45.

95. Matus Dei cum mediocri charitate, eorum est qui adhuc purgantur: perfecta vero charitas

eorum, qui jam purgati sunt, non amplius habet timorem, sed ardorem. *Ibid.*

96. Causis distant timor et amor, obsequio vero et affectu libero sunt cognati. Serm. 19, super *Can.*

97. Ex initio timoris, ad vinculum perducitur magna charitatis. Lib. 5, in *1 Reg.*, cap. 5.

98. Timor Domini omnis in amore est, motuque ejus dilectio perfecta consummat. In *Exposit.*, *Psalm.* cxvii.

99. Timor Domini charitatem adducit: quia dum docet timere periculum, facit amare presidium. Lib. de *Arce Noe*, cap. 4.

100. Timor et amor sunt duo caloribus, quibus equus Domini, idest justus, a lateribus pungitur, ut velocius currat. Super *Eccl.*, cap. 22.

101. Timor sine charitate, parum aut nihil valet. Super *Isaiam.*

102. Donec homo timeat Deum, non eum diligit: cum autem diligere coeperit, jam non eum tantummodo timeat, sed etiam amplius diligit: timere, servorum est; diligere autem, filiorum: timor sub necessitate est, dilectio in libertate. Homil. 49, super *Matth.* Oper. *imperf.*

103. Cum audis, quod Dominus tuus dulcis est, attende quid diligas: cum audis, quod rectus, attende quid times: ut amore et timore Dei exaltatus, legem ejus custodias. Super *Prologum Regule sancti Benedicti*, cap. 2, text. 1.

104. Deo ab homine duplex honor, idest, amor cum timore debetur. In *Epistola divini Inst.*, cap. Nam.

105. Nulla res sic nos ab omni peccato serrat immunes, sicut timor supplicii et amor Dei. Lib. 3, de *Vita contemplat.*, cap. 10.

106. Semper in amore cautela est: nemo enim melius diligit, quam qui maxime veretur. Epist. 4, ad *Parentes.*

107. Neque charitas timoris experta deficiat, neque timor a dilectione sejunctus injucundus sit, et ingratus. Super *Epist.* II, ad *Cor.*, cap. vi.

108. Frustra se terrore succumbit, qui sepius charitate non fuerit. In *Panegyrico de Trajano Augusto.*

109. Deum time prius, et ama, ut amaris a Deo. De *Quatuor virt.*

CASTITAS ET ABSTINENTIA. Vide Abstinentia et Castitas.

CASTITAS ET CHARITAS.

110. Castitas sine charitate, lampas est sine oleo: subtrahere oleum, lampas non lucet: tolle charitatem, castitas non placet. Epist. 42, ad *Henric. Senonens. archiep.*

111. Quantalibet venustate sui castitas eminet appareat, tamen nec pretium habet, nec meritum. *Ibid.*

112. Castitatem corporis tui, tunc cum charitate custodi: nam charitas mater virtutum est, castitas autem lucerna ac firmamentum. Ad *Monachos*, parentes, 46.

113. Castitas ipsa si non fuerit charitate condita, quid tibi suavis odoris refundat? Serm. 2, super *Can.*, inter opera D. Bernardi.

114. Nihil est castius carnis, si non adit mentis suavitas in amore proximi. Super *Job*, cap. 5.

115. Antiquus inimicus castitatem in nobis, si sine charitate fuerit, non timet. Homil. 8, super *Esaiam*, in illud *Can. vi: Ut custodiatis acies ordinata.*

116. Charitas et castitas tanta sibi societate federantur, ut una absque altera nequeat possideri. Collat. 12, *Abbat. Charemon.*, cap. 1, de *Custit.*

CASTITAS ET HUMILITAS.

117. Deest quanto castior virgo, tanto humilior sit. Lib. 2, super *Luce.*, cap. 1, in illud: *Exurgens autem Maria, etc.*

118. Castitas castitatis, est virtus humilitatis. In suis *Prov.*, verbo *Custor.*

119. Castitas et humilitas sunt pedissequæ sapientie. Serm. 2, in *Hezaiam.*

120. Sic mentium necesse est per munditiam erigi, ut tamen sollicitæ debeat in humilitate subsidere. Lib. 3 *Moral.*, cap. 17, num. 23.

121. Castitas in eius corde vera non est, cui humilitas deest. Lib. 22 *Moral.*, cap. 4.

122. Per humilitatis custodiam servanda est munditia castitatis. *Ibid.*, lib. 26, cap. 13, num. 12.

123. Castitas apprehendi non potest, nisi prius humilitatis in corde fundamenta fuerint collocata. Lib. 6, de *Spiritu sancto*, cap. 18.

124. Humilis et castus vincit demones, et terret impudicos. In *Horulo Roman.*, cap. 9, sect. 3.

Vide etiam titul. *Virginitas et Humilitas* hinc infra.

CASTITAS ET ORBERATIO.

125. Redemptori nostrum unum sine altero placere nequam potest: si is qui castitate preuenit, necesse est per bona opera exercet: nec castitas ergo magna est sine bono opere, nec opus bonum est aliquod sine castitate. Homil. 13, super *Evang.*

126. Absque ceteris operibus, virginitas sola non salvat. Lib. 1, *adversus Jovinian.*

CASTITAS ET SCIENTIA.

127. Impossibile est scientiam spiritualem, sine

JOAN. TRITH.
S. LEO I.
S. PETRUS CHRYSO.
S. AUGUST.
S. BONAV.
GLOSS. ORD.
S. JOAN. CLIM.
S. PETRUS MARTINUS ABB. CLUN.
S. ANSELM.
S. ANTONIUS.
S. AUGUST.
S. CYRILL.
S. BEADO.
S. BERNARD.

SILVERIUS ANGLUS.
S. GREGOR. MAGNUS.
S. HILARIUS.
HUGO A S. VICTORE.
HUGO CARD.
S. BERNARD.
S. JOHANNES CHRYSOST.
JOAN. TRITH.
LACT. FIRM.
S. PROSPER.
SALVIANUS.
THEOPHIL.
HENRIUS II.
S. NICOLA.
S. GREGOR. MAGNUS.
S. HIERON.

integralis castimonia possideri. Lib. 6, de Spirit. fornicat., cap. 18.

CASITAS ET TIMOR.

S. JOHANNES CHRYSOST. 128. Ubi timor Dei est, ibi et castitas est: ubi autem non est timor Dei, ibi neque castitas est. Homil. 4, Oper. imperf., super Math.

CHARITAS ET CASITAS. Vide Castitas et Charitas, supra.

CHARITAS ET ELEEMOSYNA. Vide Eleemosyna et Charitas, infra.

CHARITAS ET FORTITUDO.

REPERTUS. 129. Vera fortitudo nunquam sine charitate est: et tunc vere in spiritu fortitudinis res agitur, cum fortissime charitatis societate ipsa fortitudo valeret. Lib. 6, de Spirit. sancto, cap. 6.

S. AUGUST. 130. Ubi charitas, ibi pax: et ubi humilitas, ibi charitas. In prefat. super Epist. Joan.

CHARITAS ET HUMILITAS.

S. BERNARD. 131. Ubi ferret charitas, non desit humilitas. De Passionibus, cap. 34.

S. CASSIUS ANDELIAT. 132. Nunquam vera humilitas sine charitate, aut facti aut esse potest aliquando. Prose.

S. AUGUST. 133. Quis sicut ignis sine calore, vel splendore, omnimodo non est: ita charitas sine humilitate esse non potest. Homil. 36.

MONYNIUS CARTHUS. 134. In charitate non crescit, nec proficit, nisi qui in vera humilitate crescit. De profess. Monast., art. 1.

S. ISIDORUS HISPALENS. 135. Sine humilitate, et sine charitate virtus qualibet ut vitium deputatur. Lib. 1, de Summo bono, cap. 38.

LEODVICUS BLOSUS. 136. Humilitati charitas semper conjuncta est, et charitati humilitas: neque fieri potest, ut quis charitatem habeat, si humilis non sit. In Speculo spirit., cap. 8.

S. PETERUS MAURITIUS ABH. CLUN. 137. Unde abest, charitas, abest et humilitas: et unde abest humilitas, abest et charitas. Lib. 3, epist. 17, ad S. Bernard.

138. In nullo ha virtutes (scilicet humilitas et charitas) ab invicem dividuntur, et ambarum est hanc indisereta connexio: ut qui in una earum constituitur, simul utraque pollatur. Prose.

S. PROSPER. 139. Sicut enim pars charitatis est, humilitas: ita pars humilitatis est, charitas. Epist. ad Demetriad.

THOMAS A KEMPIS. 140. Via ad charitatem est, descendere per humilitatem: nam qui elate de se sentit, longe a charitate recedit. De Discipl. claustr., cap. 11, sect. 1.

S. VALER. 141. Humilitas, charitatis est juncta consortio. Homil. 14, de Bono humilit.

CHARITAS ET JEJUNIUM. Vide Jejunium et Charitas, infra.

CHARITAS ET JUSTITIA. Vide Justitia et Charitas, infra.

CHARITAS ET MISERICORDIA. Vide Misericordia et Charitas, infra.

CHARITAS ET OBEDIENTIA. Vide Obedientia et Charitas, infra.

CHARITAS ET OPERATIO.

142. Opere est demonstranda dilectio, ne sit infructuosa nominis appellatio. Tract. 75, in Joan.

143. Opus suum probet unusquisque, utrum de vera charitate emanet. Tract. 6, in Epist. Joan., cap. 9.

144. Tunc est vere opus bonum, cum charitate joculariter agentis intentio, et tanquam ad locum suum rediens, rursus in charitate requiescit. De Catechis. rudib., cap. 11.

145. Ubi non est dilectio, nullum bonum opus imputatur. De Gratia Christi, cap. 26, ante fin.

146. Ea sola bona opera dicenda sunt, quae sunt per dilectionem Dei. Super Psalm. LXVII, vers. 36.

147. Sine charitate nullum opus perfectum est: ipsa enim est virtus de qua dicitur: Qui habet unam, habet omnes: et qui non habet illam, quod habet auferetur ab eo. De Passione, cap. 42.

148. Opera facta extra charitatem, nunquam revidescunt: cum fuerint sine radice. Serm. 4, Dom. 17, post Pent.

149. Sicut panis cum omni cibo sumitur; charitas cum omni opere debet esse. Prose.

150. Sicut mensa inops est sine pane, ita opus inops est sine charitate. Super Psalm. cx.

151. Diligere te Deum, proba operibus: non enim est vera dilectio, quae negligit operari. Super Prov., cap. 14.

152. Omne opus, cujus radix charitate non figurit, cito dissipatur. Orat. 4, in Conventu Abb. habit.

153. Opera eo sunt summo iudicii gratiora, quo ardentius fuerint facta charitate. De Discipl. monast. conversat.

154. Quandiu quis a charitate non deviat, non erit infroctuosum quod exarit: quia meritum non amittit, quidquid ex charitate fit. Part. 2, super Cant., cap. xxiii.

155. Sine charitate opus externum nihil prodest: quidquid autem ex charitate agitur, quantumcumque etiam parvum sit et despectum, totum fructuosum efficitur. Lib. 1, de Imit. Christi, cap. 45, sect. 2.

CHARITAS ET SCIENTIA. Vide Scientia et Charitas, infra.

CHARITAS ET VERITAS.

S. LAURENT. JUSTIN. 156. Veritatis semitas non declinet, quicumque ad charitatis arcem festinat ascendere. Prose.

157. Si vicissim inseruntur veritas et charitas: neque sine charitate veritas, neque absque veritate charitas valet subsistere. De Ligno vitae, tract. de Charit., cap. 2.

CHARITAS ET ZELUS. Vide Zelus et Charitas, infra.

DILECTIO ET VIRGINITAS. Vide Virginitas et Dilectio, infra: et Castitas et Charitas, supra.

DISCIPLINA ET HUMILITAS. Vide Humilitas et Disciplina, infra.

DISCRETIO ET HUMILITAS. Vide Humilitas et Discretio, infra.

DISCRETIO ET JEJUNIUM. Vide Jejunium et Discretio, infra.

DISCRETIO ET INTENTIO. Vide Intentio et Discretio, infra.

DISCRETIO ET JUSTITIA. Vide Justitia et Discretio, infra.

DISCRETIO ET MAGNANIMITAS. S. BERNARD. 158. Discretio sine magnanimitate, iners est: magnanimitas sine discretione, praecipos est. Super Genes., cap. xxii.

DISCRETIO ET MISERICORDIA. Vide Obedientia et Discretio, infra.

DISCRETIO ET OBEDIENTIA. Vide Obedientia et Discretio, infra.

DISCRETIO ET OPERATIO. Vide Operatio et Discretio, infra.

DISCRETIO ET ZELUS. Vide Zelus et Discretio, infra.

DOCTRINA ET FIDES.

S. JOHANNES CHRYSOST. 159. Illo credendo docet, qui facit quod docet: qui autem non facit bonum quod docet, non erudit bono: qui non credit bono, non docet in fide: qui autem cum fide non docet, infelix est servus: quia alios quidem docet, se vero negligit. Homil. 54, super Math. Oper. imperf., in illud: Beatus ille servus, etc.

DOCTRINA ET OBEDIENTIA.

S. GREGOR. MAGNUS. 160. Ille recte loquitur, qui prius obediendo fecerit, quae loquendo admonet esse faciendam. Homil. 10, super Ezech.

S. LEO I. 161. Inflat scientia, nisi adhaerescat obedientia. Serm. de Menech.

162. Ubi est inobedientia obedientiae, ibi sana est forma doctrinae. Epist. 87, ad Episc. African.,

DOCTRINA ET PATIENTIA.

163. Per impatientiam vitium, ipsa virtutum nutritrix doctrina dissipatur: doctrina enim viri, per patientiam noscitur. Prose.

164. Tanto quisque minus ostenditur doctus quanto convincitur minus patiens: neque enim potest veraciter bona docendo impendere, si vivendo nesciat sequamiter aliena mala tolerare. Homil. 35, super Ezech.

DOCTRINA ET SAPIENTIA.

165. Cum rectis dogmatibus sapientiam concingere oportet; quod si ambae permisceantur et copulentur, tum perfectus et summa gloria cluget. Lib. 3, epist. 403, ad Cassian.

DOCTRINA ET VITA.

166. Ante vitam quam doctrina quaerenda est: vita enim bona et sine doctrina non habet gratiam, doctrina sine vita integralitatem non habet. Super Psalm. cxvii, serm. 1.

167. Sicut qui justus solum foris videtur, intus vero est insidius; sic est doctrina sine vita innocentia. Ibid.

168. Doctrina non potest mercedem habere, ubi gratia non habet vitae innocentiam. Ibid.

169. Vita verbum exigit, et requirit: sermo autem sine vita, non est sermo Dei. Lib. 5, super Luc., cap. vi, in illud: Beati pauperes, etc.

170. Nihil tam periculosum, quam si professioni gesta repugnant. Super I Timoth., cap. v, in illud: Quosdam decurrerunt post Salaman.

171. Multi intellectum quam acceperunt alios docendo super Christum adhibent, sed per mala opera destruant in se quod edificaverunt. Super Apocal., cap. xii, in illud: Habens fundamenta duodecim, etc.

172. Viva est loquela cum loquantur et opera cessent, obsecro, verba, loquantur opera: verbi sumus pleni, sed operibus vacui. Serm. 2, Pent.

173. Quid refert si graece loquantur, et animo barbari simus? quid prodest, si concinnavit est sermo, et mores sint incogniti? Homil. de Semente.

174. Habet ut obediens audiat (quantumcumque granditate dictionis) majus pondus vita dicentis. Lib. 4, de Doctrina christi, cap. 27.

175. Doctor eligat bonam vitam, ut etiam bonam non negligat famam. Ibid., cap. 28.

176. Doctrina verba, praesens prorsum sine factis. In suis Proverbiis, verbo Doctrinae.

177. Bene loqui et male vivere, nihil est aliud, nisi seipsum damnare. Ibid., verbo Bene.

178. Cadens apertis oculis habet, qui recte quidem loqui scit, sed recte vivere contemnit. Ibid., verbo Cautus.

179. Sine doctrina, vita est quasi mortis imago, *Ibid.*, verba *Sine*.
180. Non sit fractuosus sicut sermo doctoris, nisi ipse prior faciat bona quam docet. Lib. 2, super *Estrom*, cap. xii, in illud: *Retraheatur ei*, etc.
181. Sermo doctoris in potestate sit cum ea quam docet operetur: nam qui actis ipse cum dicta destruit, continentur. Lib. 2, super *Luce*, cap. iv, in illud xii: *In potestate est sermo suus*.
182. Tantum lucere, vanum est: tantum ardere, parum: ardere autem et lucere, perfectum est. *Serm. de Nativitate B. Joann. Bapt.*
183. Digna res est, ponere in lumine lumen absconditum: ne sibi soli vivat, qui et alios ad vitam trahere possit. *Epist.* 155, ad *Timotheum*. *Pap.*
184. Prior debet esse vita bona, quam doctrina sustentat. Super *Luce*, cap. vii, in illud: *Sed quid existis videre?* etc.
185. Doctrina verborum sine exemplis operum, est sicut ornamentum sine calce, aridum et invalidum. *Prose.*
186. Tenacius inhaeret doctrina operum, quam verborum. *De car. alii. Seraphin.*, cap. 6.
187. Docendum est verbo, et erudiendum exemplo vite: docere enim solo verbo est vanum, erudire solo exemplo est parum, sed utroque modo est perfectum. *Serm. Dom. 4 post Pascha*.
188. Necessarius ordo est, ut homo prius faciat, quod postea doceat: ut prius bene vivat, quam audeat predicare. *Serm. 3, de SS. Apostolis*.
189. Bona vita nunquam est otiosa. Super *Luce*, cap. xv, in illud: *Erant filii ejus senior in agro*.
190. Spiritualis quisque predicator studet summo opere contra maleficos rumores adversantium, et defendere loquendo quod vivit, et ornare vivendo quod dicit. Lib. 4 *Phaetle*, cap. 15.
191. Ipsa est suavissima virtus harmonia, quando vox cognoscitur operibus consonare. Super *Psalm.* c, vers. 2.
192. Auditoris doctrinae dicta facere continentur, cum predicatoris opera a predicationis verbis discrepare conspiciunt.
193. Nunquam fit efficax predicantis auctoritas, nisi eam affectu operis cordi affixerit audientia. *De Duodecim Abasim.*, cap. 1.
194. Bene atque utiliter predicatur, si ad quod ore promittit, factis impletur. *De zelo et timore*, cap. 4.
195. Nihil prodest verbis proferre virtutem, factis destruere veritatem. *De Mortalitate*, cap. 8.
196. Christus in verbis fuit doctor, et consum-

H. BERNARD.

S. BONAV.

CASSIODOR.

S. CYPRIAN.

- maior in factis: docens quid flet, et faciens quodcumque docuisset. *De Lapide*, cap. 3.
197. Vere sapiens est, qui quod verbo docet, etiam opere praeat. *Ad Monachos*, paraves. 1.
198. Valet facere sine predicare, sed non predicare sine facere: multo plus meretur qui facit et predicat, quam qui facit et tacet. *Epist. ad Demostrianum Pap. de morte D. Hieronymi*, quest. 61.
199. Si hominum solus facio, mihi soli prosum: sed si predicans facio, et mihi et aliis prosum. *Ibid.*
200. Subtilium verborum predicator ardentius, et non operum, est quaedam levis aurium insultatio et veritatis fumus, cito sine fructu pertransiens. *Ibid.*
201. Qui scit et solum facit, et alios non docet, tenebitur Domino reddere rationem. *Ibid.*
202. Servus Dei sic debet vita et exemplo in seipso ardere et fulgere; ut luce exempli et lingua sanctae conversationis omnes impios reprehendat. *Colloq.* 39.
203. Tantum habet homo scientiae, quantum operatur; et tantum est religiosus bonus orator, quantum ipse operatur. *Ibid.*, oracul. 7.
204. Nec lectio desit operibus bonis, nec bona opera desint studio lectionis. *Epist.* 8, ad *Theodor.*, cap. 9.
205. Vere docet, qui facit quod docet, aliter condemnat seipsum. Super *Matth.*, cap. v, in illud: *Sic lucet lux vestra*, etc.
206. Opera salutis sine fama boni odoris non satis rejacent auditoribus, nec fama sine opere proficit; sine quibus forma veri sacerdotis non commendatur. *Ibid.*, cap. iv, in illud: *Et abili opinio*, etc.
207. Cum a vitis caro restringitur, eum mens virtutibus exerceatur, restat ut loquendo quisque doceat alios vitam, quam moribus servat. Lib. 6 *Moral.*, cap. 16, num. 23.
208. Ille bene loquendi facultatem accipit, qui sinus cordis ad perfecte vivendi studia extendit: nec conscientia loquentem praepedit, cum vita linguam antecedit. Lib. 6 *Moral.*, cap. xvi, num. 24, in illud *Job v*: *Et scies quoniam multi*, etc.
209. Ille uberes fructus productionis colligit, qui semina bonae operationis praemittit. *Ibid.*
210. Loquendi auctoritas perditur, quando vox opere non adjuvatur: sermones Dei post spreto predicatore proijcit, cum hoc quod dicit, facere contemnit, et cum respicit opere, quod praedicat voce. *Ibid.*, lib. 10, cap. 5.
211. Predicator, qui a suis vocibus moribus discrepat, jejuniis scilicet quod alius manducabit: qui suo semine non pascentur, quando a verbis sui rectitudine prava actione vacuatur. *Ibid.*, lib. 21, cap. 8.

S. EPIPHAN.

S. EUSEBIUS CASSARI.

S. FRANCIS ASSISIEL.

S. PULGENTI.

SLOUS. IV.

S. ANTONIO NAZ.

S. CASSIODOR.

S. MAGNUS.

212. Doctor Ecclesiae si aliter docet, quam vivit, ipso quocumque docuisset. *De Lapide*, cap. 3.
213. Doctoris progenies eradicatur, quando is, qui per verbum nascitur, per exemplum nascitur: quia quem lingua vigilans gignit, vita negligentia occidit. *Ibid.*
214. Quisquis iuxta hoc quod loquitur non vivit: quos verbo genuit, a stabilitate rectitudinis opere erellit. *Ibid.*
215. Cum imperio vere docetur, quod prius agitur quam dicatur: doctrina subtrahit fiduciam, quando conscientia praepedit linguam. *Ibid.*, lib. 23, cap. 7, num. 13.
216. Illa vox libentibus auditorum corda penetrat, quam dicentis vita commendat. *Part. 2, Pastoral.*, cap. 3.
217. Bona predicatoris antequam verba exhortationis insonent, omne quod locutus sunt operibus clament. *Ibid.*, part. 3, cap. 6.
218. Bona predicatoris prius propria crimina flebilibus curent: et tunc quae aliorum sunt punienda denuntient. *Ibid.*
219. Ad regnum aeternae beatitudinis pervenire non valet, qui non vult opere implere quod docet: cuius vita despicitur, restat ut ejus praedicatio condemnatur. *Homil.* 12, super *Evangel.*
220. Qui in occulto bene vivit, sed alieno profectui minime proficit, carbo est: qui vero in imitatione sanctitatis positus, lumen ex se rectitudinis multis demonstrat, lampas est: quia et sibi ardet, et aliis lucet. *Homil.* 5, super *Ezech.*, in illud: *Quasi aspectus lampadarum*.
221. Sermo dulcedinem non habet, quem vita reproba intra conscientiam remordet: unde necesse est, ut qui verbum Dei loquitur, prius studeat seipsum qualiter vivat, ut postea ex vita colligat, quae et qualiter dicat: ad praedicandum plus conscientia sancti amoris adificat, quam exercitatio sermonis. *Ibid.*, homil. 10.
222. Qui vitam suam interius pensat, et exemplo suo foris admonendo alios movet, quasi in corde linguam edamum tingit: in eo quod manu verbi proximus exterius scribit. *Ibid.*
223. Quanto sanctior est vita doctoris, tanto sit humilior sensus audientis. *Ibid.*, homil. 18, in illud: *Et pavimentum in fronte portarum*, etc.
224. Quod lingua loquitur, attestetur conscientia. Lib. 1, in *Registra*, indict. 9, cap. 2, epist. 2, ad *Justin.* *Praetor.*
225. Studendum est, ut vestra voces aetibus adjuventur. *Ibid.*, lib. 9, indict. 4, cap. 15.
226. Pastor Ecclesiae, qui vitae sanctitatem habet, et divinae praedicationis virtutem non habet,

- sacerdos quidem est, sed non divinus. *Prose*
227. Si verbi autem facultatem retinet sine vita sanctitatis, et si divinus esse conatur, sacerdotii honore nequaquam decoratur, quia quod sublimiter praedicat, terrena actione concutit. Lib. 3, in *1 Reg.*, cap. 4.
228. Inutilis est actio sine sermone, et sermo sine actione. *Orat.* 20, in *Funere sancti Basilii*.
229. Oportet ut qui verba credentibus inuunt, operibus etiam vitam clamare non desistant. Super *Apostol.*, cap. 10.
230. Ornamentum vitae, doctrina: firmamentum verbi, opus: ille recte tractat, qui exemplis sua dicta confirmat. Super *II, ad Tim.*, cap. 2, in illud: *Recte tractentem*, etc.
231. Talem te exhibe, ne contempni possis: vita enim auctoritatem tribuit verbo. Super *Epist.* ad *Tit.*, cap. 1, in illud: *Nemo te contemnat*.
232. Tunc doctrina doctorum suavis est, cum doctrina pariter et conscientia. *In Regula monachorum*, cap. 6, de *Correct.* et doctrina.
233. Caput artis est docere quod fecis: prius facimus, et sic doceamus, nec doctrina auctoritas essis operibus destruat. *Ibid.*
234. Non confundant opera tua sermonem tuum, ne erum in Ecclesia loqueris, tacitus quilibet respondeat: Cur ergo haec qua dicis, ipse non facias? *Epist.* 2, ad *Nepotian.*
235. Perdit auctoritatem docendi, cuius sermo opere destruitur. *Epist.* 51, ad *Oecumenum*.
236. Qui Ecclesiae futurus est princeps, habeat eloquentiam cum vitae integritate sociatam, ne opera absque sermone sint tacita, et dicta factis delibentibus erubescant. Super *Epist.* ad *Tit.*, cap. 1, in illud: *Sunt multi et non subditi*, etc.
237. Tunc doctrinae est sanitas, cum doctoris doctrina pariter et vita consentiant. *Ibid.*, cap. 11, super illud: *Quae docent sanam doctrinam*, etc.
238. Nihil prodest aliquid exercitatum esse in dicendo, et ad loquendum trivise linguam: nisi pius exemplo docuerit, quam verbo. *Prose.*
239. Qui impudens est, quamvis disertus sit, si ad castitatem audientes cohortetur, sermo ejus infirmus est, et auctoritatem non habet cohortandi. E contrario, quamvis sit rusticus et tardus ad loquendum, si castus fuerit, exemplo suo homines potest ad vitam similitudinem impellere. *Ibid.*
240. Non qualem quis verbis referat, sed qualem se rebus efficit, spectemus: regnum celorum sola verborum officia non obtinent. Super *Matth.*, canon. vi, in illud: *Attendite a pseudo prophetis*.
241. Tam vita quam doctrina clarere debet doctor ecclesiasticus: nam doctrina sine vita, arro-

WATRO.

S. HIERON.

S. HILARIUS.

NECO A S. VICTOR.

gantum; vita sine doctrina, inutilem facit. *Serm. 57, de Diversis.*

212. Sacerdotis predicatio operibus confirmanda est, ut quod docet verbo, demonstrat exemplo. *Ibid.*

213. Vera est illa doctrina, quae vivendi sequitur formam. *Ibid.*

214. Nihil turpius est, quam si bonum, quod quisque praedicat, explere opere negligat; tunc predicatio inutiliter profertur, quando efficitur opere adimpletur. *Ibid.*

215. Quod lingua non explicat, vita bona commendat. *Lib. 5, in 4. Coelst. Hierarch.*

216. Tota vita et opera predicatoris debet sapientia, sive doctrina circumdari: ut quod docet, faciat, et quod facit, doceat. *Super Ecclesiastic., cap. 21.*

217. Praelatus Ecclesiam pascere debet panis doctrinae et sustentare exemplo bonae vite. *Super Janu., cap. 21.*

218. Sicut vitulum est, prius infundere, quam infundi: ita vitium est, semper infundi, et nunquam infundere. *Super Genes., cap. 46.*

219. Doctrina nunquam accepta erit, nisi vita doctoris prius accepta fuerit. *Super Sapient., cap. 7.*

220. Doctrina sine vita, est lucerna sine oleo: doctrina lucida, et vita tenebrosa, res est monstruosa. *Super Luc., cap. 8.*

221. Bona vita proletrix est predicatoris. *Super Joan., cap. 12.*

222. Sancti doctorum quidam, qui lucent et ardent; quidam, qui ardent et non lucent; quidam, qui lucent et non ardent; quidam, qui nec lucent, nec ardent. *Super Apocal., cap. 10.*

223. Doctrina, quae in perfecta charitate, vel operibus bonis non est consummata, cito destruitur. *Super Sapient., cap. 4.*

224. In iudicio sedens, si bene vixeris et bene docueris, omnium iudex es: si autem bene docueris et male vixeris, tui solius condemnator es. *Prosev.*

225. Bene vivendo et bene docendo, periculum institui quomodo debeat vivere; bene autem docendo et male vivendo, Deum institui quomodo se debeat condemnare. *Homil. 43, super Matth. Oper. imperf.*

226. Qui docet, verborum suorum fit ipse exemplum: ut magis opere doceat, quam sermone. *Ibid., homil. 9.*

227. Qui docet et facit quod docet, vere ille docet; qui autem non facit quod docet, non alium docet, sed seipsum condemnat. *Prosev.*

228. Melius est facere et non docere, quam docere et non facere: quoniam qui facit, etsi tacet

rit, aliquos corrigat, suo exemplo: qui autem docet et non facit, nomenem corrigat sed multos scandalizat. *Ibid., homil. 10.*

229. Quis doctor hypocrita est, qui non prius facit bona, et postea docet. *Ibid., homil. 17.*

230. Nulla bonorum dogmatum ad salutem utilitas, si vita vitiorum sordibus scateat, et inquinatur. *Homil. 3, super Joan.*

231. Nihil prodest vita bona cum prava doctrina: et nihil prodest sana doctrina, cum vita corrupta. *Ibid., homil. 63.*

232. Qui facit quod docet, et qui quod imperat complet, maximus in caelestibus sententia Domini declaratur. Sed qui quod docet negligit, et qui quod audit, contemnit, salutis reus existit. *Homil. 7, ex Divers. in Matt.*

233. Nihil Doctore frigidius, qui verbis demtaxat et non operibus philosophatur: non enim hoc doctoris est, sed histrionis et hypocritae. *Homil. 1, super Acta Apostol.*

234. Majus hoc damnum est, quando bene quis docet verbis, et operibus doctrinam impugnat; hoc multorum in Ecclesia malorum causa est. *Ibid., homil. 30.*

235. Docere et non facere, non solum laeri nihil, sed etiam damni plurimum contat. *Lib. 1, de Compunct. cordis.*

236. Perfectus ille est, qui cum fide vitam habet rectam. *Homil. 9, super Epistol. ad Hebr.*

237. Si doctor verbis quidem doceat ac philosophetur, operibus contraria fecerit, nondum doctor erit. *Serm. 12, ad Philipp.*

238. Doce me per vitam, haec est optima doctrina: non enim discipline, tam a verbis, quam a factis anima solent intronitti. *Prosev.*

239. Majus enim damnum, cum aliquis bene verbis docens, per opera doctrinam impugnat: hoc fuit multorum in Ecclesia malorum causis, hoc Ecclesiam subvertit. *Homil. 38, ad Popul. Antiochen.*

240. Adicit doctrina auctoritatem, bona vita doctoris. *Homil. de Brudis. disciplina.*

241. Quidnam est scientia sine vita, nisi panis menstruatus? In cap. 2, Regum. *S. Benedict., verbo Hinc.*

242. Si vis alios docere, ut bene vivat, studio teipsum prius exerceat, ut bene praecedas. *Prosev.*

243. Nam doctrina sine exemplis, aut exempla sine doctrina, quae utilitas utriusque quantum sibi prodest bene vivendo, tantum subditis nocet tacendo.

244. Doctrina autem cum exemplaritate, et exempla cum doctrina optime conveniunt. *Ibid.*

245. Quid proderit tibi verbo docere, si lingua

vita repugnet? vita bona tibi, doctrina subiecto. *Ibid.*

246. Doctrina sine moribus, doctorem perimit: vita sine doctrina, inutilem facit. *De Insit. vitae sacerdot., cap. 1.*

247. Carit efficacia sermo in corde auditoris, quem vituperat conversatio predicantis. *De Divina monast. ord., cap. 10.*

248. Non sufficit tibi verborum tantum locutio, nisi sermonem bonum melior vita commendat: nam doctrina sine moribus, occidit doctorem; vita sine sermone, negligit gregem. *Epist. 4, ad Nicolaum presbyt. Mericensium.*

249. Qui facit quod docet, bonos verbo, instruit, exemplo roborat, sapientia decorat: et quos verbo corrigere non valet, plerumque exemplo emendat. In *Prologo Regulae S. Benedict., cap. 1.*

250. Doctores vitio etiam ipsa vera doctrina vilescent, quia dum non vivit sicut docet, ipsam quam praedicat veritatem contemptibilem facit. *Lib. 8, de Sum. bono, cap. 37, sent. 1.*

251. Tam doctrina, quam vita clare debet ecclesiasticus doctor: nam doctrina sine vita arrogantem reddit, vita sine doctrina inutilem facit. *Ibid., cap. 36, sent. 1.*

252. Verbum praecedat operi: quae ore promittit, opere adimplet: quae ore docet, exemplis ostendit: non enim est satis laudare quod dicit, nisi dictis facta conjunctoris. *Lib. 2, de Synonym., cap. 14.*

253. Arcus perversus est lingua magistrorum doctentium bene, et vivendum male: et ideo quasi ex perverso arcu sagittam emittunt, dum suam pravam vitam propriae linguae icu confundunt. *Lib. 3, de Sum. bono, cap. 37, sent. 2.*

254. Qui bene docet, et male vivit, tanquam es aut cymbalum, sonum facit aliis, ipse tamen sibi manet insensibilis. *Prosev.*

255. Qui bene docet, et male vivit: quia docet bene vivendum proficit; quia vero male vivit, seipsum occidit.

256. Qui bene docet, et male vivit, aequaliter cetero qui bonum quidem aliis lucem praestat, severo in malis suis consumitur videtur atque extinguere.

257. Qui bene docet, et male vivit; videtur bonum malo conjungere, lucem tenebris commiscere, veritatem mendacioso mutare. *Ibid., cap. 37, sent. 4.*

258. Sacerdotis predicatio, operibus confirmanda est: ita ut quod docet verbo, instruat exemplo. *Prosev.*

259. Vera est illa doctrina quam vivendi sequitur forma: nam nihil turpius est, quam si bonum quod quisque sermone praedicat, explere opere negligit.

260. Tunc enim utiliter predicatio profertur, quando efficitur vita adimpletur.

261. Unusquisque predicator et bonae actionis et bonae predicationis habere debet studium nam alterum sine altero non facit perfectum, sed praecedit justum benefacere, ut sequentes bene possit docere. *Lib. 3, de Summo bono, cap. 36, sent. 2.*

262. Omnibus utilis doctor ita se prestare debet, atque insistere doctrinae; ut quanto claret verbo, tanto clarescat et merito. *Ibid.*

263. Qui divina praedicant, et ex ejusdem predicatoris dignitate vivere minus curant; sunt habentes verbum Dei in ore, sed non in opere; multa bene docentes, nihil autem operantes. *Ibid., cap. 37, sent. 3.*

264. Pulchre loqui, cymbalo simile est: ut probe loqui, Angelis innatum est. *Lib. 4, epist. 163, ad Cyrum.*

265. Vita sine sermone magis professe solet, quam sermo sine vita: nam illa etiam tacens prodest, hic autem etiam clamans molestiam affert: sed si sermo et vita in unum occurrant, omnis philosophia simulacrum efficiunt. *Ibid., lib. 2, epist. 275, ad Hieracem.*

266. Quod quis alium docet, id prius ipse faciat, ne a proximo ignoretur contrarium contra se facere. *Epist. ad Zenam.*

267. Oratorum scientia est quomodo loqui deceat: sed sapientis doctrina est, quomodo vivere oporteat. *Lib. 3, de Divin. inst., cap. 13.*

268. Debet doctor perfectus, et docere quae docet praecipiendo, et confirmare faciendo. *Ibid., lib. 4, cap. 24.*

269. Qui docet, faciat quae docet, et sit quasi praevis, manumque porrigat secuturo. *Ibid.*

270. Quam sincerus sit catholici dogmatis predicator, ipsius vitae professione clarescit. *Epist. 89, ad Marian. August.*

271. Verbo virtutem doceto, opere autem, eandem declara. *Parvitas. 11.*

272. Sicut vera tua subiectis ad fructum, sicut opera ad exemplum. *Epist. 157, ad Vibertium num.*

273. Quisquis ad fortiter agendum, proximorum mentes predicatione instigat, debet utique vitam concordare cum lingua, ne dum aliis proponit excelsa, ipse contentus inani, prematur inertia. *Serm. 3, de sancto Anath.*

274. Docere, nec facere, summum periculum est. *Ibid., serm. 43, de S. Victora.*

275. Perfecto predicatori duo sunt permaxime necessaria, videlicet, ut sententias doctrinae spiritualis exuberet, et religioso vitae splendore coruscet. *Prosev.*

HUGO CARD.

UNIVERSITATIS
PAULINAE
S. JOANNES
CHRYSOST.

S. ISIDORUS
HISPAL.

S. ISIDORUS
PELUSIOTA.

S. JUSTIN.
MART.

LACT. FIRM.

S. LEO I.

S. JULIEN.

PETRIUS
BLESSENS.

S. PETRIUS
DAMIANUS.

JOAN.
VITUS.

UNIVERSITATIS
GENERALIS
DE BRUXELLES

306. Quod si quisquam ad utramque non sufficit; videlicet, ut et vita elurus, et doctrinae facultate sit profusus, melior est vita procul dubio, quam doctrina: dulcior quippe est fructus operis, quam folia nuda verborum. Lib. 8. *Epist. ad Vicos illustres, etc.*, epist. 4, ad *Clotianum presb.*

307. Plus valet vita claritas ad exemplum, quam eloquentia vel urbanitas accurata sermonum; quos non eruditus verbo vivae conversationis, infirmas exemplo. *Ibid.*

308. Qui predicatoris officio fungitur, doctrina spiritualia imbribus pluit, et religiose vitae radiis splendet. *Ibid.*

309. Nulla est sermone utilitas, si ali hoc discurrunt opera. Lib. 3, de *Vita Moysis*.

310. Non facile est, persuadere esse possibile quod docet lingua, si a lingua vita dissentiat. Lib. 4, de *Vita contemplat.*, cap. 17.

311. Tunc predicator ministerium suum honorificat, quando secundum illud quod praedicat, vivere studet. *Super Epist. ad Rom.*, cap. 2, can. 43.

312. Hae duo simul junctae, maxime in religiosis et abdicatis personis Deo placent, et eorum hominibus iucunt: bona vita scilicet, et sancta doctrina. *Serm. 12, et Novit.*, div. 6.

313. Quam multi ore tenus praedicant, sed vita longe dissentiant! Lib. 3, de *Justi. Chr.*, cap. 32, sect. 5.

314. Oportet eum, qui est fidelis et bonus, ea quidem animo sentire, quae dat Deus; loqui autem quae sensit, facere vero quae loquitur. Si enim cum veritate verborum, non concurret vitae concitio, pennis est sine sale. Lib. 8, cap. 05.

315. Cum prius operatus fueris rem da qua loqueris, tunc ex ipse re loquere. Lib. 5, libello 8, num. 8.

316. Doce cor tuum servare, quae docet alios lingua tua: homines enim ad loquendum perfecti videri voluit, et in operando id quod loquuntur minores sunt. *Ibid.*, num. 14.

317. Ille est vere sapiens, qui factus ego, non qui verbis alios docet. *Ibid.*, libell. 10, num. 75.

318. Elaborandum est, ut non dicat verba orator duntaxat, verum etiam citra vitam suam, diligentiam omnem stultitiae accommodet: nam vita compositio et ad suadendum, et ad hominem et aequi vini circumspectionem ad perspicendam conducit plurimum. *de Victor. ad Alexandr.*, cap. Peroratio.

319. Quam culpam soles, ea tu ne feceris ipse; turpe est doctori, cum culpa redarguit ipsum. Lib. 1, *Dialect.*, can. 56.

320. Qualis homo ipse est, talem esse ejus orationem necesse est: orationi autem facta similitudo, factis vita. Lib. 5 *Tue. quasi.*

321. Non quantum quisque prosit, sed quantum quisque sit in vita, ponderandum est. *De claris Orator.*, num. 237.

322. Qui proclara loquuntur, nec faciunt, citra re similes sunt, quae sonat aliis, ipsa nec audiens, nec sentiens. *Prose.*

323. Ridicule faciunt, qui in psalterio sonos aptant ligno, animum ad recte vivendum non component. *In Sent.*, sent. 8.

324. Aliter loqueris, aliter vivis. *De Vita beata*, cap. 46.

325. Verba rebus proba: facere docet philosophia, non dicere, ne orationi vita dissentiat. *Prose.*

326. Maximum hoc est, et officium sapientiae et iudicium, ut verba opera concordent. *Epist. 29.*

327. Hoc turpissimum est, quod nobis objici solet, verba philosophia, non opera tractare. *Epist. 24.*

328. Philosophi pronuntiatio, sicut vita debet esse composita. *Epist. 40.*

329. Eligamus eos, qui vita docent: qui enim dixerint quid faciendum sit, probant faciendo, qui docent quod vitandum sit, nec unquam in eo quod fugiendum dixerint, deprehenduntur. *Epist. 52.*

330. Hae sit propositi nostri summa: quod sentiamus, loquamur: quod loquamur, sentiamus, concordet sermo cum vita. *Epist. 75.*

331. Non ut caetera memoriae doctrinam tradidisse satis est, sed in opere tentanda: non est hostis, qui scilicet illum, sed qui facit. *Epist. 75.*

332. Sic dicamus, ut quae fuerint verba, sint opera: nullos autem pejus mereat de omnibus mortalibus iudicio, quam qui aliter vivunt, quam vivendum esse praecipiant. *Epist. 468.*

333. Talis esse debet hominis oratio, qualis vita. *Epist. 414.*

334. Sermones tui vitam tuam commendat auditoribus. *Sent. 467.*

ELEEMOSYNA ET CHARITAS.

335. Quem odorem sibi spirant eleemosyna, si in illis charitas non pollet! *Serm. 32, super Cant.*, inter opera D. Bernardi.

336. Nisi ramos eleemosynae de charitatis radice procedat, non habet pinguedinem vel humorem, ut suavitatem vel nutrum fructum producat: nam vera eleemosyna, fructus est charitatis. *De Eleemosyna*, cap. 3.

ELEEMOSYNA ET COMPASSIO.

337. Eleemosyna sine compassione est ribus sine sapore, super *Isai.*, cap. 58.

ELEEMOSYNA ET JEJUNIUM.

Vide Jejunium et Eleemosyna infra.

ELEEMOSYNA ET ORATIO.

338. Oratio quae eleemosynarum operibus adjuratur, quodammodo iudicis audientiam deprecat, haec gratiam promeretur: illa ostium pulsat, haec aperit; illa prodiit desiderium, haec desiderii procurat affectum; illa supplicat, sed supplicanti ista commendat. *Homil. de Initio Quadrage.*

339. Oportet ut sibi res utraque, scilicet oratio et eleemosyna, consentiat. Illa rogat, haec impetrat; illa quodammodo iudicis audientiam deprecat, haec gratiam promeretur: illa ostium pulsat, haec aperit; illa prodiit desiderium, haec desiderii procurat affectum; illa supplicat, sed supplicanti ista commendat. *Homil. de Initio Quadrage.*

340. Ignis est precatio, sed ignis iste opus habet oleo ut ad ipsa oculi convexa perveniat: enterum oleum, quo ignis iste fovetur, non aliud est, quam eleemosyna. *Serm. 3, de Verbis Apost: Habentes eandem spiritum.*

341. Vacuus intrat ante Deum, qui veniens ad orationem, nullam eleemosynam facit. *Homil. 45, Oper. Imperf. super Math.*

342. Eleemosyna preparatio est orationis: ille preparat animam suam ante orationem, qui faciens eleemosynam venit ad orationem. *Ibid.*

343. Eleemosyna ante orationem praecedit, quia mediatrix est et preparatrix via ante faciem orationis; et post eleemosynam sequens oratio, preparatum locum misericordiae inveniat apud Deum. *Ibid.*

344. Sine miseratione infirmatur oratio: oratio sine largitate nocet. *Serm. 42.*

345. Orationem Deus non exaudit hominis, qui egonium non exaudit. *Sent. 208.*

ELEEMOSYNA ET PENITENTIA.

346. Orationem Deus non exaudit hominis, qui egonium non exaudit. *Sent. 208.*

347. Sine plumis nequit velate penitentia, deus eleemosynas non habens. *Homil. 5, de Penitent.*

FIDES ET AMOR. Vide Amor et Fides supra.

FIDES ET DOCTRINA. Vide Doctrina et Fides supra.

FIDES ET JUSTITIA. Vide Justitia et Fides supra.

FIDES ET MANDATUM.

348. Cum sit hominis christianae fides, fideliter Christi mandata servare, fit absque dubio, ut nec fidem habeat, qui indeliber est: nec Christianus

credat, qui Christi mandata conculcat. Lib. 2, de *Gubern. Dei.*

FIDES ET OPERATIO.

349. Strenuum esse operibus, sed affectu infidum, ita est ac si villosus fundamentum pulchrae culminum velis elevare fastigia, quod plus strinxeris, plus corruit: quia sine munimento fidei, bona opera manere non possunt. Lib. 2, *Offic.*, cap. 2.

350. Bona fides est, cum pulchro operum renitet ornata. Lib. 2, de *Fide ad Gratianum*, in *Prolog.*

351. Credere opus est opere, non sermone, non lingua. *Serm. 20.*

352. Quisquis sine fide operari bona vult, impius profecto est. *Super Epist. ad Rom.*, cap. iv, in illud: *Quisquam operatur*, etc.

353. Opera sunt ex fide, non fides ex operibus. *De gratia et lib. arbit.*, cap. 7.

354. Catholica fides justos ab injustis, non operum, sed ipsa fidei lege discernit. Lib. 3, *contra duas Epist. Pelagianorum ad Bonifac.*, cap. 5.

355. Sine recta fide, nulla opera laudabilia prosunt. *Ibid.*

356. Fides sine operibus neminem salvat; et sine ipsa, quae videntur bona opera, in peccata vertuntur. *Ibid.*

357. Si fides sine dilectione sit, sine opere erit. *Super Psalm. xxxi.*

358. Manus tuae inveniuntur in bono opere, fide in fide. *De Catalano*, cap. 2.

359. Fides sine operibus non salvat, et est quasi homo sine pedibus. *Tract. 10, super Joan.*

360. Nos ea quae videntur opera bona, dicimus non esse vera bona sine fide: quoniam opera vera bona necesse est Deo placere. Lib. 4, *contra Julianum*, cap. 8.

361. Frustra sibi de sola fide Mandatur, qui bonis operibus non ornatur. *Serm. ad Sororan suam.*

362. Jam incipe operari, et perseveres in fide; ne sicut stultae virginis, empturus oleum excludaris. Non in hoc pondifas, quod solum lampadum habes, sed custodi illam ardentem. *Prose.*

363. Non hoc solum confidas, quod credis, sed fidem ardentem conserva, ut luceat lux tua per bona opera. *Cateches. 15.*

364. Fides sine operibus, et opera sine fide, eodem modo improbantur: oportet enim fideles fidem acta ostendentem Domino offerre; nec enim patri nostro Abraham in iustitia fides reputata esset, nisi fructum ejus liberum suum obtulisset. *De Perfect. spirit.*, cap. 20.

365. Professio fidei absque operibus, sermo est otiosus: credit enim et Christum profiteatur,

PHILO SOPH.

S. PROPERTIUS.

S. REMIGIUS.

THOMAS A KEMPIS.

IN VITIS PATRI.

ABISTOTELI.

CATO PORT.

excuso.

PROPERTIUS PHILOS.

SENECA.

S. AUGUSTINUS.

S. ANSELMUS.

S. AUGUSTINUS.

S. ANSELMUS.

S. PETERUS CLAVUS.

SEPTIUS TULLIUS.

JURANIUS SEVERUS.

SIXTUS PHILOSOPH.

GUILLELMUS ANGLICUS.

S. IERONIMUS.

NEOCORUS.

sed otiose agit, cum ea minime prestat. *De Concessione.*

S. FULGENT. 366. Vita bona non veraciter dicitur, quae perversa credulitatis vitio depravatur: nec sufficit ad salutem fides recta creditur, si conversatio moribus turbatur obsecris. *Lib. 2, de remiss. peccator., cap. 1.*

GLOSS. ORD. 367. Non sufficit veritas fidei, nisi confirmetur operibus bonis. *Super 2 Paralip., cap. 32.*
368. Bona opera vere divitiis spiritus, ubi pura mentis sinceritate geruntur, sed sine fide nihil promittunt. *Super Proverb., cap. 31.*

369. Opera proter fidem, vel nulla sunt, vel etiam bona videantur, sunt inania, quia proter viam Christi. *Super illud Joan. v: Omnis qui credit, etc.*

370. Nemo bona facit, in quo fides non processit. *Super Exod., cap. xv, in illud: Non ainet percussorem ingredi.*

371. Ille placet Deo, qui fidem rectam, quam habet, executione virtutum, et perfecta operatione decorat. *Super Epist. ad Thess., cap. iv, in illud: Et placeat Deo, etc.*

372. Nemo potest Deo servire, qui mortua habet opera. *Super Epist. ad Hebr., cap. 9, in illud: Ad serviendum Deo viventi.*

S. CYPRIANUS. 373. Inbus sancta Ecclesie inimicus est, qui fidem se dum affirmat vocibus, moribus negat. *Prose.*

374. Eumque sancta Ecclesia voluit infidelem estimat, qui illam specie tenuis intus positus vitio pravæ actionis impugnat.

375. Ab ipsa enim Ecclesia etiam fide discrepat, qui illi opere non concordat. *Lib. 18, Moral., cap. 6.*

376. Ille vere credit, qui exercet operando quod credit. *Homil. 26, super Evang.*

377. Nunquam sibi aliquis credat, quidquid sibi animus sine operis attestacione responderit. *Ibid., homil. 30.*

378. Vera fides est, quæ in hoc quod verbis dicit, moribus non contradicit. *Prose.*

379. Tunc veraciter fideles sumus, si quod verbis promittimus, operibus complectimur. *Ibid., homil. 29.*

380. Sicut rami sine virtute radicis arefunt; ita opera quantulibet bona videantur, nulla sunt, si a soliditate fidei disjunguntur. *Lib. 3, ex Registro, indict. 12, cap. 33, epist. 33, ad Theodolindam reginam Langobard.*

381. Bona opera percipiunt, si a fide vera inveniuntur aliena. *Ibid.*

382. Fides absque operibus justitiæ, non sufficit ad salvandum: neque vitæ justitia per se sola

est ad salutem, si seuncta sit fides. *Homil. 8, super Ecclesiasten.*

383. Frustra sibi de sola fide blanditur, qui bona operari negligit. *Serm. 2, de Ascens.*

384. Fides ficta est, quam solo ore promittitur, et actu negatur. *Super I ad Timoth., cap. i, in illud: Et fide non ficta, etc.*

385. Opera sine fide, sunt quasi cursus extra viam in solitudine. *Super Exod., cap. xv.*

386. Credens non dicitur sapiens; nisi quod credit operetur. *Super Psalm. cx.*

387. Nullus fidei promissa percipiet, nisi professionem actibus servet. *Serm. de Fide Abraham.*

388. Sicut lucerna non quidem ex oleo accenditur, sed per oleum nutritur; sic fides non quidem ex opere nascitur, sed per opera emittitur. *Homil. 18, Opera perf. super Matth.*

389. Fides sine operibus, figura solum absque virtute est. *Homil. 8, super II ad Timoth.*

390. Qui bono operi student, in ipso opere hoc habent ut Deo grati acceptique per fidem sint. *Lib. 1 Paralip., cap. 11.*

391. Otiosa et mortua est fides, quæ sanctis et necessariis non commendatur operibus. *Lib. 1, homil. 3, ad Monachos.*

392. Ubi opera non sunt bona, fides nihil proderit credendi. *Super Prolog. Regule S. Bened., cap. 2, text. 12.*

393. Qui per fidem cognitionem Dei habent, et operibus obscurantur, exemplum Balaam sequantur qui carens opere, apertis oculis habitat per contemplationis fidem. *Lib. 1, de Summo bono, cap. 2, sent. 8.*

394. Beatum hominem facit vita recta cum fide. *Ibid., lib. 2, cap. 1, cent. 14.*

395. Beatus est, qui et recte credendo bene vivit, et vivendo, fidem rectam custodit. *Ibid., cap. 2, sent. 1.*

396. Sicut fides operandi ratio est, ita in operibus fidei fortitudo. *Serm. 5, de Collectis.*

397. Nemo fidelis sine bonis operibus aut est, aut esse potest sanctus. *In Apolog. pro Theodoro, cap. 3.*

398. Bona opera si fuerint sine fide, non sunt aliqua bona credenda, sed vitia. *Lib. 3, de Vita contempl., cap. 1.*

399. Sicut fundamentum sine structura parietum, nihil utilitatis habet; ita quicumque fidem sine operibus habere videtur, non idcirco perfectus est. *Super I ad Cor., cap. 3, can. 11.*

400. Cassa est operatio, si fides certa non fuerit: frustra fonerat, qui de receptione desperat. *Lib. 2, ad Eccles. Cathol.*

HAYDO.

S. THEODO.

HUGOCARD.

ATTENOR.

S. JOHANNES CHRYSO.

THEOPHYLACTUS.

PLATO.

S. JOHANNES BAR.

S. AUGUST.

JOAN. TERTI.

S. JOAN. CLY.

S. ISIDORUS HISPAL.

S. THEODO.

S. LEO I.

LIUTPOLDUS BLAGOV.

S. PROSPER.

S. BERNARD.

SALVIANUS.

401. Operi debemus credere, non opinioni: rationi, non libidini: veritati, non voluntati. *Ibid., lib. 4, de Gubernat. Dei.*

402. Christianus, nisi bona opera fecerit, fidem suam penitus approbare non potest; ne per hoc quod probare non valet quod sit, sic omnino habendus est, quasi non sit. *Ibid.*

403. Sine operibus bonis, nihil sibi christianus per fidei supercilium usurpare debet. *Ibid.*

404. Non sufficit sola fides ad salutem, sed operibus indiget ad perfectionem. *Super Exod., quest. 63.*

405. Tunc vivit fides, quando opera habet Deo placencia: opera tunc vivunt, quando fidem habuerint: separata autem ab invicem, mortua sunt. *Super Joan., cap. ix, in illud: Vocaverunt rursum hominem, etc.*

406. Nunquam fieri potest, ut anima sua opera recta perficiat, propria illa sua virtute (scilicet fide) destituta. *Lib. de Republ.*

FIDES ET ORATIO.

407. Si fides deficit, oratio perit: ergo ut oremus, credamus: et ut ipsa deficiat fides qua oramus, oremus: fides fundit orationem, sua oratio fidei impetrat firmitatem. *Serm. 36, de Verb. Dom.*

408. Fides orationis est penna, qua sine in colum evolare non potes. *Gradu 28.*

FIDES ET SCIENTIA.

409. Ubi fides non est, ibi scientia abest. *Homil. 18, super I Timoth.*

410. Indiget fides cognitione, sicut et cognitio indiget fide: neque enim esse potest fides sine cognitione, neque cognitio sine fide: sed hanc tamen sciem inter se habent, ut cognitionem fides procedat, subsequatur autem fidem cognitio. *Serm. 1, de Curat. grecar. affection.*

FIDES ET SPES. Vide Spes et Fides infra.

FIDES ET TIMOR. Vide Timor et Fides infra.

FORTITUDO ET CHARITAS. Vide Charitas et Fortitudo supra.

FORTITUDO ET HUMILITAS. Vide Humilitas et Fortitudo infra.

FORTITUDO ET JUSTITIA. Vide Justitia et Fortitudo infra.

FORTITUDO ET OBEDIENTIA. Vide Obediencia et Fortitudo infra.

FORTITUDO ET OPERATIO. Vide Operatio et Fortitudo infra.

FORTITUDO ET PATIENTIA. Vide Patientia et Fortitudo infra.

FORTITUDO ET PRUDENTIA.

411. Prudentiam fortitudo comitem habet. *Lib. 1 Offic., cap. 35.*

412. Fortitudinis mater prudentia est: non fortitudo, sed temeritas est quislibet ausus, quem non parturit prudentia. *Lib. 1, de Consol.*

413. Sæpe fortitudo, si improvida fuerit, et minus circa vitia circumspicit, ipsa sui presumptione in casum ruit. *Homil. 49, super Esach.*

414. Vis corpori prudenti moderamine destituta, præcepit ruit cuncta miscens atque confundens. *De Regno ad Arcadium imperat.*

FORTITUDO ET SAPIENTIA. Vide Sapientia et Fortitudo infra.

FORTITUDO ET TEMPERANTIA.

415. Ille solus vir fortis debet judicari, qui temperans est. *Lib. 1, de Divin. Inst., cap. 9.*

HUMILITAS ET CASITAS. Vide Casitas et Humilitas supra.

HUMILITAS ET CHARITAS. Vide Charitas et Humilitas supra.

HUMILITAS ET DISCIPLINA.

416. Servanda est in corde humilitas, et in opere disciplina. *Lib. 26 Moral., cap. 19, num. 23.*

HUMILITAS ET DISCRETIO.

417. Discretio esse non potest absque humilitate, nec humilitas in complacencia sui, et inmitendo propria prudentiæ conservatur. *Lib. 2, super Marz.*

HUMILITAS ET FORTITUDO.

418. Magna virtus humilitatis, sine cuius obtentu, virtus fortitudinis non solum virtus non sit, sed etiam in superbie vitium erumpat. *Serm. de Virt. Obolent.*

419. Ne fortitudo in superbiam transcat, condenda est sale humilitatis. *Ibid.*

HUMILITAS ET JEJUNIUM. Vide Jejunium et Humilitas infra.

HUMILITAS ET MISERICORDIA. Vide Misericordia et Humilitas infra.

HUMILITAS ET OBEDIENTIA. Vide Obediencia et Humilitas infra.

HUMILITAS ET OPERATIO. Vide operatio et Humilitas infra.

HUMILITAS ET ORATIO. Vide Oratio et Humilitas infra.

S. AMBROS.

S. BERNARD.

S. GREGOR MAGNUS.

S. SYNESIUS.

FACT. FIRM.

S. GREGOR MAGNUS.

JOAN. GENS.

S. BERNARD.

®

HUMILITAS ET PATIENTIA. Vide Patientia et Humilitas *infra*.
HUMILITAS ET PAUPERITAS. Vide Pauperitas et Humilitas *infra*.
HUMILITAS ET SAPIENTIA. Vide Sapientia et Humilitas *infra*.
HUMILITAS ET SCIENTIA. Vide Scientia et Humilitas *infra*.
HUMILITAS ET SIMPLICITAS. Vide Simplicitas et Humilitas *infra*.

S. MAXIMUS MART.

IN VITIS PATR.

JOAN. CASP.

S. FELICENT.

S. AUGUST.

S. DONAV.

S. ELIGIUS.

S. GREGOR. MAGNUS.

429. Qui timet nondum, semper conjunctam habet humilitatem comitem. Centur. 1, de Charit., cap. 48.
421. Semper homo humilitatem et timorem Dei ita incessabiliter respirare debet, sicut statum quem naribus attrahit vel emittit. Lib. 5, libell. 15, de Humilit., num. 32.
HUMILITAS ET VIRGINITAS. Vide Virginitas et Humilitas *infra*.
JEIUNIUM ET CHARITAS.
422. Tunc gratum Deo jejuniū manus efficitur, cum hoc fructibus charitatis fuerit consummatum. Lib. 5, de Carnob. Institut., cap. 35.
JEIUNIUM ET DISCRETIO.
423. Jejunium sic est adhibenda temperes, ut corpus nec saturitas excitet, nec inedia immoderata debilitet. Epist. 3, ad Probam., cap. 13.
JEIUNIUM ET ELEMOSYNA.
424. Qui non potest jejunare, amplius debet erogare pauperibus; ut peccata que non potest jejunando curare, possit in elemosynas dando redimere. Serm. 4, Sabbat. post Dum. Quinquag.
425. Bonum est jejunare, fratres, sed melius est elemosynam dare. *Ibid.*
426. Si possibilitas non fuerit jejunandi, elemosyna sufficit sibi sine jejunio: jejunium vero sine elemosyna, omnino non sufficit. *Ibid.*
427. Qui vult orationem suam valere ad Deum, faciat illi duas alas, id est elemosynam et jejunium, et ascendet celeriter, et subleuetur. *Ibid.*
428. Oratio habet duplices alas, jejunium et elemosynam. Tit. 2, Dieta, cap. 2.
429. Si jejunaveris sine elemosyna, nihil jejunium tuum reputatur. Lib. 4, Pharis., cap. 45.
430. Illud jejunium Deus approbat, quod ad ejus oculos manus elemosynarum levat. Homil. 11.
431. Illud jejunium Deus approbat, ut hoc quod tibi subtrahis, alteri largiaris, ut unde tua

caro affligitur, inde egentis proximi caro reparatur. Homil. 16, super Evang.
432. Bene jejunat, qui alimenta corporis (quae sunt communia dona Creatoris) cum indignitibus percipit. *Ibid.*
433. Bene jejunat, qui ea que sibi subtrahit, non ventri postmodum offerenda custodit, sed pauperibus tribuit. *Ibid.*
434. Laborem jejunii tui misericordiam operam commendat, et abstinentia tua pauperum refectioe sit gratior. Epist. 4, ad Demetriad.
435. Orationis alae sunt jejunium et elemosyna: jejunium quidem levem facit orationem, ut cito evolet, sed elemosyna pinguem reddit, ut difficiliter in via. Super Tobiam, cap. 12.
436. Bonum est jejunium, sed melior est elemosyna: quis quod jejunium subtrahit, elemosyna tribuit. *Prosev.*
437. Per jejunium affligitur caro propria, per elemosynam vero reficitur aliena. De Eleemos., cap. 4.
438. Si absque elemosyna jejunes, non hoc jejunium reputatur: cum ventris serro, ac tenuimento, qui ita jejunat, deterior sit, tantoque peior, quanto crudeliter delicias negatur est. Homil. 78, super Math.
439. Jejunium sine elemosyna, Deo acceptum non est. In cap. 4, Regula S. Basil., verbo Quare.
440. Jejunium sine elemosyna, non tam purgatio anime, quam carnis afflictio est. Serm. 4 de Jejunio decima mensis.
441. Vera jejunia abundant fructibus largitatis, et in pauperes Christi benignis sunt foveunda munibus. *Ibid.*
442. Efficacissima pro peccatis deprecatio est in elemosynis atque jejunis, et velociter ad divinas concedit aures talibus oratio elevata suffragis. *Ibid.*, serm. 5.
443. Rationabilibus sanctisque jejunis, nulla utilius quam elemosynarum opera copulantur. Serm. 6 Quodrag.
444. Jejunium christiani, egentis debet esse refectio. Homil. 3 Quodrag.
445. Bene jejunat quicumque esurienti summi refecti pauperis satietate sustentat. *Ibid.*, homil. 8.
446. Esurit jejunium, jejunium sicut, quod non pietatis cibo pascitur, quod potu misericordiarum non rigatur. *Prosev.*
447. Alget jejunium, jejunium deficit, quod non elemosyna vellus legit, quod non misericordiam aperit vestimentum. Serm. 8.
448. Fratres, quod est terra ver, hoc misericordiam scimus esse jejunio. *Prosev.*
449. Sicut veris status, tota facit germina flores: ita misericordia tota jejunii semina produ-

S. HIERON.

RUGOCLAR.

S. INNOCEN.

S. JOHANNES CHRYSOST.

JOAN. TERTI.

S. LEOL.

S. MAXIMUS EPISCOPUS TAUROIC.

S. PIERUS CRESCENT.

cit in florem, sic in celestem messem totum jejunium facit fructificare virtutem.
450. Quod oleum lucernas est, hoc jejunio pietas: sicut lucerna humen olei pinguedo succendit, et moderata pasta facit illud ad totius noctis solatium perfluere: sic pietas facit splendore jejunium. *Ibid.*
451. Quod diel sol est, hoc elemosyna noscitur esse jejunio. *Prosev.*
452. Sicut jubar solis clariorem perficit diem, et totam nubium dispergit obscuritatem: sic elemosyna jejunii sanctificat sanctitatem. *Ibid.*
453. Quod est anima corpori, jejunio largitas hoc habetur. *Prosev.*
454. Sicut enim mortificatur corpus a corpore anima cum recedit: ita mors est jejunii, largitatis abscessus. *Ibid.*
455. Jejunium tunc vincit tunc viget, tunc triumphat, cum duce misericordia pugnat. *Ibid.*
456. Misericordia et pietas, jejunii sunt alae, per quas tollitur et portatur ad celum, sine quibus jacet et volatatur in terra. *Ibid.*
457. Jejunium sine misericordia, simulacrum famis est, imago nulla est sanctitatis. *Ibid.*
458. Qui non jejunat pauperi, Deo fingit. *Ibid.*
459. Qui jejunans, prandium summi non erogat, sed deponit, cupiditati probatur jejunare, non Christo. *Ibid.*
460. Sine pietate jejunium, occasio est avaritiae, non est propositum parcitatis. *Ibid.*
461. Jejunium sine misericordia non est veritas, sed figura. *Ibid.*
462. Jejunium quamvis excludat vitiorum morbos, carnis amputet passiones, criminum causas propellat; tamen sine misericordiae unguento, sine elemosynae sumptu, perfectam salutem mentibus non reponit. *Ibid.*, serm. 44.
463. Jejunium sanat vulnera peccatorum, sed cicatrices vulnerum sine misericordia non emundat. *Ibid.*
464. Erit jejunium nostrum clarius, si nobis dies splendor misericordiae dat serenus. *Ibid.*
465. Fames est avaritiae, jejunium sine misericordia: cupiditatis poena est, sine pietate jejunium. *Ibid.*, serm. 2.
466. Jejunium sine misericordia deficit, jejunium sine pietate jejunat. *Ibid.*
467. Est ager cultus sine semine, sine misericordia jejunans. *Prosev.*
468. Agor cultus sicut sine semine fit sterilis, ita jejunans dat menti cultum, corpori decorum, sed sine misericordia ad fructum vite non pervenit. *Ibid.*
469. Quod est sine rege aula regia, hoc est sine largitate jejunium. *Ibid.*

470. Jejunium lucet innocentia, radiat castitate, fulget actibus, sanctitatis toto magnificatur ornatu: sed sine misericordia gloriam non habet, mercede caret, palmam non tenet. *Ibid.*
471. Homo in lacrymas pauperum jacta semina jejunii: quia siccatum jejunii virtutes, arecunt jejunantium messes, quas pauperum flibus non fuerint irrigata. *Ibid.*
472. Fortius non sic anne flamma extinguitur, Nec sic calcens sole tabescunt nives, Ut turbidum scabra culpamur seges, Vanescit almo trita sub jejunio, Si blanda semper miscetur largitas. In Catherino, de Hymno jejunanti., vers. 206.
473. Pro reficiendo paupere, etiam jejunare bonum est. Sant. 269.

FRUDENT. FOREA.

SIXTUS PHILOSOPH.

IN VITIS PATR.

S. AUGUST.

S. BASILIUS MAGNUS.

S. BERNARD.

S. DONAV.

S. CYRILIAN.

GLOS. INT.

JEIUNIUM ET HUMILITAS.

474. Pallor et macies cum humilitate, docus est monachi. Lib. 3, num. 64.

JEIUNIUM ET ORATIO.

475. Jejunia multum adjuvant orationem. Epist. 121, ad Probam., cap. 15.
476. Ostendit se homo velle impetrare quod postulat, cum se affligit jejunio. *Prosev.*
477. Ut accepta possit esse oratio, consortium vult secum habere jejunium. De Quest. Veteris et Nov. Testamenti, quest. 129.
478. Sicut sine cibo non est plena refectio, sic et jejunium sine oratione non potest animam perfecte nutrire. Serm. 1, fer. 4, Dom. 16 post Pentec.
479. Ingredi non potest jejunium et oratio in animam ab ebrietatis sordibus inquinatam. Conc. 2, de Jejun.

480. Jejunium orationi devotionem et fiduciam donat: oratio virtutem impetrat jejunandi, et jejunium gratiam promeretur orandi. Serm. 4, quodrag.

481. Jejunium orationem roborat, oratio sanctificat jejunium et Dominum representat. *Ibid.*
482. Sicut jejunio, ut facile colos penetret, aliquid: orationis scilicet atque justitia. *Ibid.*
483. Quid jejunium proderit, si relinquatur in terra? subleuetur ergo jejunium perna quadam orationis. Serm. 4 Quodrag. de Jejunio et orat.
484. Oratio per jejunium facilis penetrat column. Serm. 24, ad Sororem suam.
485. Per jejunium et orationem mens conjungitur Angelis et copulatur Deo. *Ibid.*
486. Oratio pestis malignis curat, et jejunium pestes corporis. Tit. 2, Dieta, cap. 8.
487. Efficax est oratio precedente jejunio. De Jejun. et Tentat. Christi, cap. 2.
488. Sola oratione pinguescit, quam macies corporis pascit. Super Tobiam, cap. 11.

S. HIERON. 489. Jejunio passiones corporis, et ratione pestes sanandae sunt mentis: haec genus in nullo potest exire, nisi in oratione et jejunio. *Super Matt., cap. ix, can. 10, num. 92.*

S. JOANNES CHRYSOST. 490. Non jejunio solum, sed et oratione opus est: expendique quiesco, quot quantaque hora ex utrisque junctis emanent. *Prose.*

491. Qui enim orat et jejunat ut oportet, is multis rebus non indiget: qui vero multis non indiget, nunquam fiet aratus, sed promior semper ad misericordiam erit.

492. Qui jejunat, levior est, et vigilantior orat, et facile Deum pleat. *Homil. 58, super Matth. Oper. imperf.*

493. Qui orans jejunat, hinc possidet alas, quibus ventos ipsos volando praetervehit. *Prose.*

494. Non enim occidit, nec extenditur, nec torquet orando, quae multum paupertas; sed igne ardens et terra superior est, quare terribiliter hostis demonibus redditur. *Ibid.*

495. Sicut nec miles sine armis est aliquid, nec arma sine milite; sic nec oratio sine jejunio, nec jejunium sine oratione. *Ibid., homil. 15.*

496. Jejunium est adiutorium orationis, quia oratio sine jejunio gracilis est et infirma. *Ibid.*

497. Quia virtus orationis jejunium est, nunquam separantur ab invicem, sed ubique simul ponuntur. *Ibid.*

JOAN. TRITHEM. 498. Oratio tanto fit efficacior, quanto jejunio decorata invenitur. *Homil. 15, ad Monachos.*

S. HIERON. HISPALENS. 499. Hoc est perfectum et rationale jejunium, quando noster homo exterior jejunat, et interior orat. *Prose.*

500. Facilius enim per jejunium oratio penetrat caelum, tunc homo spiritalis effectus, Angelis conjungitur, Deoque liberius copulatur. *Lib. 1, de Summo bono, esp. 44, sent. 4.*

S. EPIF. I. 501. Grata est Deo, et terribilis diabolo jejunantis oratio. *Serm. 1, de Jejun. septimi mensis.*

ROBERTUS BELLARM. 502. Saccus et jejunium sunt alae orationis. *Super Psalm. xxxiv, vers. 15.*

IN VITIS PATR. 503. Sicut venenata animalia fortiores herbae, vel pigmenta expellunt: ita cogitationes sordidas oratio jejunio repellit. *Lib. 3, num. 60.*

JEJUNIUM ET PENITENTIA.

S. AUGUST. 504. Penitentia sine jejunio vacua est. *Lib. 4, contra Julian., cap. 2.*

S. BASILIUS MAGNUS. 505. Penitentia citra jejunium irrita est. *Conc. 1, de Jejunio.*

506. A peccato afflicti sumus? per penitentiam curemur: penitentia porro remoto jejunio inanis et infrugifera est. *Ibid.*

JEJUNIUM ET SOBRIETAS.

S. PETERUS DANIARUS. 507. Assuetum jejunii corpus, sobrietas roborat. *Opusc. 12, cap. 26.*

JEJUNIUM ET VIRGINITAS.

508. Qui virginitatem servat et jejunat, sibi ipse utilis est. *Serm. 4, de Verb. Apist. Habentes eundem spiritum.*

JUSTITIA ET BONITAS.

509. Satis crudelis est, qui putat justitiae non convenire bonitatem: cum una atque eadem sit ratio providentiae, maius justitiae bonitate compensare, honos legis vinculo custodire. *Homil. 43.*

JUSTITIA ET CHARITAS.

510. Quidquid aequitatis expertus est, a charitate abhorret. *Lib. 2 Parall., cap. 63.*

JUSTITIA ET DISCRETIO.

511. Cum summa discretionem tenenda est justitia, cum summa deliberatione inferenda est poena, non judicando ex suspitione, sed ex omni certitudine veritatis. *Serm. 44, ad Fratres in eremo.*

512. Discretio in distinctione tenenda est, ne dum nimis flagellare cupimus salutem perdamus. *De gradib., confess.*

513. Omnis correctio debet esse discreta: unde et tempus et modus, et persona quae corrigi debet, consideranda sunt. *Super II, Reg., cap. xiii.*

514. Dominus delinquentem vapulare praecipit, et tamen modum verberibus possit: ut et in reum vindicta procederet, et vindictae duritiam discretio temperaret. *Epist. 34.*

JUSTITIA ET FIDES.

515. Ubi sana fides non est, non potest esse justitia: quis justus ex fide vivit. Habet in *Decret. Gratiani, part. 2, causa 24, quest. 1, can. Ubi.*

JUSTITIA ET FORTITUDO.

516. Fortitudo est velut excelsior ceteris, sed nunquam inconstituta virtus: non enim seipsam committit sibi, alioquin fortitudo sine justitia, iniquitatis materia est. *Lib. 1 Offic., cap. 35.*

517. Non est mediocri animi fortitudo, quam sola defendit ornamenta virtutum omnium, et justitiam custodit. *Ibid., cap. 39.*

518. Fortitudo nisi eam justitia temperet, intolerabilis insolentia est, furori quam rationi propior, dominationi quam libertati. *Lib. 2, de Abraham, cap. 40.*

519. Justitia est et fortitudo sedem habent voluntatem, quia voluntas justa debet esse et fortis. *Serm. 35, de parva Sermonibus.*

520. Justitia perpetua comes est potentis, quemadmodum contra injustitiam imbecillitas comitatur. Habet, apud D. Joan. Damas., *lib. 1 Parall., cap. 93.*

S. VALER.
S. JOAN. DAN.
S. AUGUST.
S. BERNARD.
HUGOCAP.
S. PETER. DAN.
S. AUGUST.
S. AMBROS.
S. BERNARD.
S. GREGOR. MAGNUS.
S. GREGOR. MAGNUS.

RAYNO. 521. Fortitudo tunc laudabilis erit, si justa fuerit, quoniam fortiter agere, et non juste, non virtus est, sed vitium. *Prose.*

522. Multi enim fortiter agunt in praediis, in lectamentibus, in oneribus portandis: sed quia non juste faciunt, talis fortitudo non virtus, sed vitio deputatur. *Serm. Dom. 20 post Pent.*

ALAUENT. JUSTI. 523. Fortitudo sine justitia, iniquitatis materia est, et quo validior, eo ad nequius agenda promptior. *Part. 1, De casto Conjugio, cap. 13.*

JUSTITIA ET MISERICORDIA.

524. Manifestum est justam Dei misericordiam, misericordemque justitiam, nec alendis unquam corporibus hominum, nec docendis juvenisque eorum mentibus defuisse. *Lib. 2, de Vocat. gent., cap. 3.*

525. Beatus est, qui et severitatem, et mansuetudinem confidit: ut altero disciplina servetur, altero innocentia non opprimatur. *Lib. 9, epist. 72, ad Irenaeum.*

S. ANTONIN. 526. Omnis qui juste judicat, statim in manu gestat, et in utroque penso justitiam et misericordiam portat: sed per justitiam reddit peccatis sententiam, per misericordiam peccati temperat poenam. *Part. 3, tit. 9, cap. 1.*

S. AUGUST. 527. Qui judicat sine misericordia, sine misericordia judicatur. *Epist. 49, quaest. 4.*

528. Maximum interest, quo animo quisque parcat: sicut enim est aliquando misericordia puniens, ita et crudelitas parcens. *Epist. 54, ad Macedon.*

529. Malo severa misericordia justae emendari, quam levis adulationis unctio laudari. *Epist. 47.*

530. Imple, christiane iudex, patris officium, sic succense iniquitati, ut consilere humanitati memineris: nec in peccatorum atrocitatibus exerceas ulciscendi libidinem, sed peccatorum vulneribus curandi adhibeas voluntatem. *Epist. 459, ad Marcelin.*

531. Deus misericors et justus est: sicut conservat misericordiam in justitia, ita justitiam in misericordia. *De vera et falsa penit., cap. 10.*

532. Servit motus ira rationi, quando ita praebet misericordia ut justitia conservetur; sine non indigent tributur, sine cum ignoscitur penitentia. *Lib. 9, de Civit. Dei, cap. 5.*

533. Misericordia sine justitia destruitur, et in crudelitatem convertitur. *Serm. 6, ad Frat. in eremo.*

534. Semper misericordia cum severitate ligata sit, ne velut ille qui peccavit, desperatus ad suspensum peccat. *Ibid., serm. 14.*

535. Blandus mansuetus est, districtusque superbis. In *spis Proverbi., verbo Blandus.*

536. Si interitum severitate opus est, paternam sit, non tyrannicam: matres fovendo, patres corrigendo exhibent. *Serm. 23, super Cant.*

537. Justitia dum suum modum excoelit, crudelitas vitium gignit, et nimia pietas dissolutiorem disciplinam parit. *Lib. Medit.*

538. Plus nocet praelatus misericors, et abiciens rigorem discipline, quam praelatus rigidus sine misericordia. *Serm. 23, in Hexam.*

539. Severitati debet adjungi pietas. *Super Luc., cap. iii, in illud: Facite dignos fructus, etc.*

540. Severitas justitiae sine pietate misericordiae Domino non est placita, nec ab eo approbata. *Serm. 1 Dom. in Palm.*

541. Nec quis Deus justus est, quis lapsus desperet, nec quis misericors est, debet nimia securitate confidere; sed aie fimeat justitiam, ut quaeat misericordiam; sic de misericordia confidat, ut tamen justitiam contemnat. *Homil. 43.*

542. Deus quando judicat, miseretur: quando miseretur, etiam judicat: qui necque sine judicio miseretur, necque sine misericordia judicat. *Super Psalm. cxviii, vers: Misericordiae multae tace, Davidis.*

543. Sepe plus erga corrigendos agit benevolentia, quam austeritas: plus exhortatio, quam comminatio: plus charitas, quam potestas. *Prose.*

544. Siu autem ob delicti gravitatem virga opus fuerit, tunc cum mansuetudine rigor, cum misericordia iudicium, cum lenitate severitas adhibenda est. *Sess. 43, in Decreto de reformat., cap. 1.*

545. Sententia, quae misericordiam velat fugienda est.

546. Christus est statera habens duas lances, misericordiam et justitiam: misericordia dimittendo levis justitia corrigendo et puniendo majoris est ponderis. *Super Job, cap. 6.*

547. Corrigit Sapienter ut magister: compellatur ut pater. *Super Eclesiasten, cap. 7.*

548. Non tibi videatur Deus sic misericors, ut non videatur justus: nec ita justus, ut misereri non velit. *Super Epist. ad Rom., cap. 2.*

549. Vera virtus est, cum nec pietas sine justitia, nec sine pietate justitia exequitur, quae separate ab invicem dilabantur. *Super Matth., cap. 1.*

550. Peccator incensum misericordiam sperat, si non etiam justitiam timeat: incensum justitiam metuit, si non etiam de misericordia confidat. *Lib. 32 Moral., esp. 14, num. 16.*

551. Sunt nonnulli ita districti, ut omnem

V. BIDA.
S. BERNARD.
S. BONAV.
CASSIODOR.
CONCILIUM TRIDENT.
GLOSS. IBER.
GLOSS. INT.
GLOSS. ORD.
S. GREGOR. MAGNUS.

etiam mansuetudinem benignitatis amittit : et sunt nonnulli ita mansueti, ut perdant districti jura regiminis. *Prose.*

552. Regat disciplina vigor mansuetudinem, et mansuetudo ornet vigorem; et stallerum commendetur ex altero, ut nec vigor sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta. *Ibid.*, lib. 19, cap. 12, num. 16.

553. Sicut in vulneribus vinum adhibetur et oleum, ut per vinum mordantur vulnera, per oleum foveantur; sic unusquisque qui sanandis vulneribus preest, in vino morsum districtiois adhibeat, in oleo molliem pietatis: per vinum inuadatur putrida, per oleum sananda foveantur. *Prose.*

554. Miscenda est lenitas cum severitate, faciendumque quoddam ex utraque temperamentum; ut neque multa asperitate exulcerentur subditi, neque nimia benignitate solvantur.

555. Virga percussur, et baculo sustentantur: sit ergo distinctio virgae, quae feriat: sit et consolatio baculi, quae sustentat.

556. Sit itaque amor; sed non emolliens: sit rigor, sed non exasperans: sit zelus, sed non immoderate saviens: sit pietas, sed non plus quam expediat parens. Lib. 20 *Moral.*, cap. 8.

557. Disciplina, vel misericordia multum desuntur, si una sine altera teneatur. *Prose.*

558. Circa subditos suos inesse rectoribus debet et justo consolans misericordia, et pie seriens disciplina. *Ibid.*

559. Ille bene agit quae pia sunt, qui scit prius servare quae justa sunt: ut collatus in proximis rivus misericordiae, de justitia fonte ducatur. *Ibid.*, lib. 19, cap. 14.

560. Curandum est, ut se rectorem prolatus subditi et matrem pietas, et patrem exhibeat disciplina. Part. 2, in *Pastoral.*, cap. 6.

561. Tanta debet esse discretio, ut nec disciplina nimia, nec ipsa quoque misericordia sit remissa. *Prose.*

562. Exhibenda pravis est asperitas in ostensione, charitas in mente: ut et dura ostensio delinquentem coerceat, et charitatis custodia mercedem mansuetudinis non emittat. Homil. 21, super *Exech.*

563. Vera justitia compassionem habet, falsa vero designationem: quamvis et justii solent peccatores recte indignari, sed aliud est quod agitur typho superbia, aliud quod zelo disciplina. Homil. 31, super *Evang.*

564. Sic servanda est disciplina severitas, ne dum plousquam necesse est zelus accenditur, mansuetudo funditus amittitur. Lib. 1, in *Registro*, indict. 9, cap. 24, epist. 23, ad *Joan.* episc.

565. Magna discretions arte servanda est, et juste consulens misericordia, et pie sciens disciplina. *Ibid.*

566. Ipsa in se dulcedo cauta sit, non remissa: correctio vero diligens sit, non severa: sed sic alterum condilatur ex altero, ut et boni habeant amando quod caveant, et pravi metuendo quod diligant: boni te dulcem, pravi sentiant correptorem. *Ibid.*, lib. 9, indict. 4, epist. 8, ad *Bonif.* Abbat.

567. Misericordia vera non est, quae a rectitudine justitiae existit aliena: quia quae potest per injustitiam pollui, necit proculdubio misereri. Lib. 22 *Moral.*, cap. 1.

568. Justitia non temperatur, nisi pietas adjungatur. Super *Epist.* ad *Tit.*, cap. 2, in illud: *Juste et pia vivamus*, etc.

569. Sic temperanda est misericordia regentis, ut non impudica remaneat culpa delinquentis. Lib. 3, de *Christo vincto*, cap. 5.

570. Si aliquando culpa exigente sonat in voce asperitas, semper tamen maneat in mente lenitas. Super *Regul.* D. August., cap. 7.

571. Districtio debetur vitis, compassio vero natura. *Ibid.*

572. Misericordia tunc vera est misericordia, si sine facta fuerit, ut justitia per eam non contemnatur: si autem contempta justitia, misericordia observetur, ipsa misericordia non est misericordia, sed fatuitas. *Prose.*

573. Justitia non est vera justitia, nisi habuerit in se misericordiam: et misericordia non est vera misericordia, nisi habuerit in se justitiam.

574. Injuste agentibus misericordiam exhibere, nec eos punire, ipsa misericordia non est misericordia, sed fatuitas. Homil. 16, super *Matth. Oper. imperf.*

575. Omnis qui recte judicat, stateram in manu gestat, et in utroque penso justitiam et misericordiam portat: sed per justitiam reddit peccati sententiam, per misericordiam peccatis temperat penam. Lib. 3, de *Suavio bono*, cap. 52, sent. 4.

576. In judicio sine misericordia non sedes, sed custodi discretionem justitiae. *Prose.*

577. Fene ergo rigorem in discussione justitiae, misericordiam in definitione sententiae: justitiae examen sequatur pietas, districtiois censuram temperet indulgentia. Lib. 2, de *Synon.*, cap. 10.

578. Cuius est misericors, nisi existat etiam justus colens agrum, quem contemplantari non potest. *Paran.* 179.

579. Penes Deum neque pietas sine justitia est, neque sine pietate justitia. *Prose.*

580. Virtutes si separate fuerint, dilabuntur: aequitas sine bonitate, severitas est: et justitia sine pietate, crudelitas. Serin. 445.

581. Nunquam Deus propter misericordiam, justitiam deserit: nec propter justitiam, misericordiam derelinquit. *Prose.*

582. Nunquam enim aliquem judicat, vel condemnat sine misericordia, nec alicujus miseretur sine justitia. De *divin. morib.*, cap. *Restituto.*

583. Ita justitiae regula tenenda est, ut neque nimia negligentior communitate despecta vilescat neque severior atrocitate gratiam humana amabilitatis amittat. De *Quatuor virt.*

JUSTITIA ET PRUDENTIA.

584. Non potest justitia sine prudentia esse, neque prudentia sine justitia. Lib. 1 *Offic.*, cap. 27.

585. Nullo modo potest esse justitia sine prudentia: itaque qui justus est, prudens est. *Ibid.*, lib. 2, cap. 8.

586. Prudentia sine justitia nocet. Lib. 2, de *Abraham*, cap. 10.

587. Adipiscamur conjunctam cum justitia prudentiam: prudentia enim sine justitia, nihil valet ad fidem faciendam. Lib. 2 *Offic.*

JUSTITIA ET SAPIENTIA.

588. Justitia sapientiae comes est: quia nemo injustus, sapiens erit. Super *Prolog. Regulae S. Bened.*, cap. 2, text. 16.

589. Excelsior est rebus omnibus sapientia: nec eas potest alla justitia sine sapientia. Lib. 2, de *Suavio bono*, cap. 1, sent. 1.

590. Necesse est justum esse sapientem: nam neque ratio, neque natura ipsa permittit, ut is qui justus est, sapiens non sit: quoniam justus nihil ulique facit, nisi quod rectum et bonum est, pravum et malum semper fugit. In *Epitome*, cap. *Nam.*

JUSTITIA ET SCIENTIA.

591. Scientia quae est remota a justitia, calliditas potius, quam scientia est appellanda. Lib. 4, de *Offic.*

JUSTITIA ET TEMPERANTIA.

592. Debet justitiam temperate moderatio, si quis se tibi curandum probat. Lib. 1, de *Penit.*, cap. 1.

593. Ipsi justitiae ut justa sit, temperantia modum imponit. Lib. 1, de *Considerat.*

JUSTITIA ET VERECUNDIA.

594. Pudor et justitia sunt humanae societatis fortissima vincula, quae homines firmo nexu conjungunt atque copulant. In *Dialogo Prologora.*

JUSTITIA ET VERITAS.

595. Veritas justitiam comitatur: quia nec veritas sine justitia, nec justitia potest esse sine veritate. Super *Prolog. Regulae S. Bened.*, cap. 2, text. 16.

JUSTITIA ET ZELUS.

596. Erga errata subditorum sic mansuetudo zelum temperet, quatenus a justitiae studio non enervet: sic ad ullionem zelus fervat, ne tamen pietatis limitatem fervendo transcendat. Lib. 10 *Moral.*, cap. 4.

597. Sic servanda est disciplina severitas, ne dum plus quam necesse est zelus accenditur, mansuetudo funditus amittitur. Lib. 1, in *Registro*, indict. 9, cap. 24, epist. 24, ad *Joan.* episc.

598. Haec duo, scilicet zelus Dei et amor justitiae, faciunt ut fana hominis nocturni reviviscat. Epist. 20, ad *Crispin.*

MANSUETUDO ET PAUPERITAS. Vide Pauperitas et Mansuetudo.

MEDITATIO ET ORATIO. Vide Oratio et Meditatio.

MISERICORDIA ET CHARITAS.

599. Sicut ignis sine oleo, non ardet in lampade: sic ignis charitatis sine oleo misericordiae, non ardet in corde. Tit. 7 *Dialo.*, cap. 4.

MISERICORDIA ET DISCRETIO.

600. Ubi est misericordia et discretio, ibi nec superfluitas, nec indignatio. In suis *Opus.*, in adiament., cap. 28.

MISERICORDIA ET HUMILITAS.

601. Humilitas minime vera est, cui misericordia juncta non est, nec debet humilitas dici, quam ad compassionem fratrum misericors necit inclinari. Lib. 22 *Moral.*, cap. 1.

MISERICORDIA ET LANGUITAS.

602. Christianorum omnium bonum, misericordia et languitas. Lib. 3, ad *Eccles. cathoic.*

MISERICORDIA ET JUSTITIA. Vide Justitia et Misericordia supra.

MISERICORDIA ET VERITAS.

603. Veritas sine misericordia, non potest sustineri: misericordia sine veritate, negligentis facit. Super *Oseam*, cap. 4, in princip. in illud *Non enim veritas*, etc.

604. Viscera misericordiae qui non amiserit, veritatem non amittit. Homil. super *Psalm.* cxviii.

605. Sicut per viam veritatis mons justus: ita

JOAN. TERTI.

S. GRIGORIUS MAGNUS.

PETRUS RUFINUS.

S. BONAV.

S. FRANCIS ANSBARI.

S. GRIGORIUS MAGNUS.

SALVIANUS.

GLORIUS INT.

S. JOHANNES CHRYSOSTOMUS.

S. LEO I.

per viam misericordie ambulat mens benigna.
Prose.

606. Ne unquam timere ista diversa sunt, quasi horum bonorum singula diversis tramitibus expectantur, et aliud sit misericordia crescere, et aliud veritate proficere.

607. Non est misericors, veritatis alienus; nec iustum capax est, veritatis extraneus; nec utraque virtute utitur, qui non utraque ditatur. *Serm. 7. Quadrag.*

MISERICORDIA ET VIRGINITAS. Vide *Virginitas* et *Misericordia infra*.

OBIEDIENTIA ET CHARITAS.

608. Charitas sine obedientia, et obedientia sine charitate esse non potest. 2, 2, quest. 104, art. 3.

609. Dillectio sine obedientia facit criminisum, et conscientia egrum. Lib. 4, in *Vita S. Posthumii*, cap. 8, regul. 9.

OBIEDIENTIA ET DISCRETIO.

610. Obedientia quam precipitur sit honesta, et omni discretionis ornata: nam si discreta non fuerit, crudelitas estimanda est: si honesta non fuerit, nullatenus obedietur. *Serm. 7, ad Frat. in eremo.*

611. Obedientia sine discretionis, cassa est et vana; non ex parte obedientis, sed precipientis. *Ibid.*

612. Obedientia tunc vera, tunc sancta, tunc meritoria est, quando ditatur est discretionis, honestate, iustitia et humilitate. *Ibid.*

OBIEDIENTIA ET DOCTRINA. Vide *Doctrina* et *Obedientia supra*.

OBIEDIENTIA ET FORTITUDO.

613. Quid obedientia parit utilitatis, si fortitudo desit? *Serm. de Virt. obed.*

OBIEDIENTIA ET HONESTAS.

614. Obedientia, quam precipitur, sit honesta: si honesta non fuerit, nullatenus obedietur. *Serm. 7, ad Frat. in eremo.*

615. Obedientia honestate privata, superbia est, et venit ex utroque parte consentientis et precipientis. *Ibid.*

OBIEDIENTIA ET HUMILITAS.

616. Quibuslibet reliquis bonis operibus quis fuerit praestans, si istas duas virtutum alas, id est, humilitatem et obedientiam, non habuerit, in altum evolare non poterit. *Prose.*

617. Omnis ergo anima sancta, quae circumvolantes milvos, et diabolicos accipitres fugere, vel vitare desiderat, istas duas virtutum alas in se Deo donante custodiat.

618. Quia nec virginitas, nec vigiliae, nec ieiunia, nec ipsa oratio, nec lectio servis Dei prodesse poterit, si in eis obedientia perfecta et humilitas vera non fuerit. *Homil. 36.*

619. Ut currus uno equo non satis commode trahitur, nisi et alterum apponas: ita obedientiam humilitatem conjugatam sibi deprecatur. *Doctrin. 1.*

620. Humilitas atque obedientia in junioribus, necessitas, in senioribus dignitas est. *Homil. 8, ad Monachos.*

621. In obedientia valde est utile, si id quod discipline vigor imponit, nullo cogente humilitas laudanda servaverit. Lib. 4, in *Regist.*, indict. 13, epist. 7, ad *Felicem episc. Sardin.*, cap. 51.

622. Magna virtus est humilis pro Christi amore obedientia, quae oculos aperit, et infernum suam fortitudine claudit. *Homil. 20, ad Monachos.*

623. Duae sunt aloe, quibus terra in oculos avolat, humilitas et obedientia. *Ibid.*

624. Obedientia est arbor aeternae salutis, quae crevit in horto humilitatis. *Ibid.*

625. Obedientia multas virtutes congregat, humilitas autem ne deficiant congregatas servat. *Ibid.*

626. Obedientia magna victus est, quae mentis ceteras virtutes inserit, insertasque per humilitatis ministerium custodit. *Ibid.*

OBIEDIENTIA ET OPERATIO.

627. Qui vult tuta esse opera sua, vel recta in conspectu Dei, nihil obedientiam praeferat, nihil penitus anteponat, sive senior sit, sive junior. *Homil. 3, ad Monachos.*

OBIEDIENTIA ET PATRINITAS.

628. Obediens vere non eris, si patiens non fueris: nam vidua est obedientia, quam non patientia firmat. *Serm. Dom. 2, post Epiphaniam.*

OBIEDIENTIA ET PERSEVERANTIA.

629. Obedientia amonetenda est perseverantia: quoniam initium boni operis quid proderit, si perseverantia desit? *Serm. de Verbo.*

OPERATIO ET CASTITAS. Vide *Castitas* et *Operatio supra*.

OPERATIO ET CHARITAS. Vide *Charitas* et *Operatio supra*.

OPERATIO ET DISCRETIO.

630. Perent ipsa bona, nisi cum discretionis fiant. *Super Regul. D. Augusti*, cap. 3.

OPERATIO ET FIDES. Vide *Fides* et *Operatio supra*.

OPERATIO ET FORTITUDO.

631. Nihil valet cursus bravii, nihil qualicum-

que operatio, nisi columna fortitudinis roboretur. *Prose.*

632. Nihil valet ad edificium boni operis, nisi columnam fortitudinis amplexeris: sed si columna fortitudinis fracta fuerit, totum aedificium bonorum operum ruit. *Serm. 13, ad Frat. in eremo.*

OPERATIO ET HUMILITAS.

633. Quidquid boni quisque egerit, id agat cum humilitate, ut per humilitatem conservetur quod factum fuerit. *Doctr. 11.*

634. Si qualibet bona adint opera, nulla sunt si non ex humilitate condiantur: miranda actio cum elatione, non elevat sed gravat: qui sine humilitate virtutes congregat, quasi in ventum pulverem portat. *Homil. 7, super Evangelium.*

635. Sollicita consideratione praevidentium est, ut quotiescunque bona agimus, virtutem humilitatis in fundamento ponamus: ne si exterius inhaerens gloriam querimus, interius mercede privemur. *Serm. Domin. 12, post Pascha.*

636. Non sufficit bonum agere, nisi qui humilitatem studet servare. *Ibid.*

637. Nulla sunt opera virtutum, si humilitatis unguento non condiantur. Lib. 2, de *Tentat. religio.*, cap. 4.

638. Omnis labor monachi sine humilitate vana est: humilitas enim procurator est charitatis. Lib. 3, num. 126.

OPERATIO ET INTENTIO.

639. Bonum opus intentio facit, intentionem fides dirigit. In *Prefat.*, super *Psalms. xxxi.*

640. Major sit benevolentia, quam quod datur: quoniam tale erit opus, qualis fuerit intentio. *De Inter. domo*, cap. 25.

641. Si bona intentio non sit, et bonum opus quod videtur, perit. *Super Job*, cap. 15.

642. Tantum boni quis facit, quantum intendit: tantum quoque mali, quantum intendit. *Super Math.*, cap. 12.

643. Si pura intentione, quas potes, bona agis, opera sunt lucis, etiam si non ita humiliter videatur: si autem perversa intentio est, parvum est quidquid agitur, etsi videatur rectum. *Super Math.*, cap. vi, in illud: *Si fuerit oculus tuus simplex*, etc.

644. Omni cura servandus est a malis palpere oculus cordis, ne hoc quod in actione rectum hominibus ostentat, apud semetipsum per vitium pravae intentionis inlorsquet. Lib. 1, *Moral.*, cap. 20, num. 39.

645. Mirum non est, si quis bona inchoet: sed valde mirabile si intentione recta, in bono opere perdat. *Ibid.*, lib. 12, cap. 24, num. 27.

646. Si recta intentio in operatione non tenetur, totum opus amittitur et deturpatur: si vero recta intentione, bonum opus efficitur, etiam si minus bonum esse videatur. *Ibid.*, lib. 28, cap. 6, num. 13.

647. Si quod videtur bonum gerendum, sollicita intentione non crescit, etiam quod fuerat bonum gestum decrevit. Part. 3, in *Pastoralis*, cap. 4, admonit. 35.

648. Multa videntur bona, sed non sunt: quia bono animo non fiunt, et cum perversa est intentio (qua praecedit) pravum est omne opus quod sequitur, quamvis esse rectum videatur. Lib. 1, *Dialog.*, cap. 10, verbo *Multa*.

649. Finis operis probat, qualis intentio operationis fuerit. *Ibid.*, verbo *Ita*.

650. Omne bonum quod agitur, per intentionem semper ad caelestia levatur. *Homil. super Ezech.*

651. De bono opere proxima praebamus exemplum, et tamen per intentionem, qua Deo soli placere querimus; semper optemus secretum: sic sit opus in publico, quatenus intentio maneat in occulto. *Homil. 11, super Evangelium.*

652. Nulla est lux operis, quam non praecedat relictio intentionis. Lib. 4, in 1 *Reg.*, cap. 4, super illud *ix: Dominus revelaverat auriculum*.

653. Operis officium semper oportet esse intentionem, et nulla interitum negligentis otii dissimulatione cessare. *Super Psalm. cxviii*, in illud: *Et veniat super me misericordia tua*.

654. Cum manibus, etiam mentem elevas. *Homil. 22, super Epistolam ad Hebraeos.*

655. Oculis hominis, intentio operis ejus est: si ergo intentio ejus bona est, et opus intentionis ipsius bonum est. *Prose.*

656. Alioquin male intentionis, etiam si bonum in factis opus appareat, bonum tamen jam non est, quoniam ex sua intentione, aut probatur bonum, aut reprobat indignum.

657. Bona est intentio, quae propter Deum est, mala vero quae pro terreno lucro, aut vana gloria est.

658. Qui opus bonum bona intentione non faciunt, pro hoc magis caventur opere, per quod illuminari poterant.

659. Imisquisque bonum opus, quod agit, intentione bona agit: quoniam pro mala intentione, plerumque opus bonum quod agimus, perditur, et minus a culpa vacamus. Lib. 2, de *Summo bono*, cap. 27.

660. Laborandum est corpore, animi fixa in Deum intentione: sique manus in opere implenda est, ut mens non avertatur a Deo. In *Regula monachorum*, cap. 5.

S. DOMITIL.

S. EUSEBIUS EMISENIENSIS.

S. GREGORIUS MAGNUS.

JOAN. TRITH.

HAYMO.

JOAN. TRITH.

IN VIT. PATR.

S. EUSEBIUS EMISENIENSIS.

S. BERNARD.

CLOD. INT.

JOAN. TRITH.

S. GREGORIUS MAGNUS.

HUGO A. S. VICTORIS.

S. AUGUST.

S. HILARITUS

S. JOANNES CHRYSOST.

S. ISIDORUS HISPALENSIS.

RICHARD. A. S. VICTOR.

661. Quod est corpus sine vita, hoc est opus sine intentione bona. *Prose.*

662. Quilibet enim actio (quamvis bona videatur) quasi mortua iudicatur, nisi per intentionem bonam animetur. Part. 4, tract. 1, de *Statu infirmitatis*, cap. 7.

663. Fortia opera sine intentione bona, essa sunt arida, essa sine anima, essa mortua, virtutum merito vacua, mercedisque retributione frustrata. *Ibid.*

S. THOMAS AQUINAS.

664. Intentio est tantis virtutis, quod omnia opera ad se trahit. *Opus. 9, de Decem precep.*, verbo *Jam*.

665. Cum laus operis ex radice voluntatis dependat: tanto exterius opus laudabilius redditur, quanto ex meliori voluntate procedit. *Contra retractanda ab ingressu relig.*, cap. 42.

SENZCA.

666. Non est huius animus in recto, cuius acta discordant. *Epist. 34.*

OPERATIO ET OBEDIENTIA. Vide Obediencia et Operatio *supra*.

OPERATIO ET ORATIO. Vide Oratio et Operatio *infra*.

OPERATIO ET SCIENTIA. Vide Scientia et Operatio *infra*.

OPERATIO ET SPES. Vide Spes et Operatio *infra*.

ORATIO ET COLORE.

THOMAS KEMPIS.

667. Toties Deum oras, quoties pro peccatis tuis gemis et doles. Multum oras, si nullum dolere parum oras, si parum doles. In *Manuali parvulorum*, cap. 14.

ORATIO ET FIDES. Vide Fides et Oratio *supra*.

ORATIO ET HUMILITAS.

SESYCHIOS.

668. Oratio et humilitas sunt adversus demones, perinde ac flammæ enis. *Sent. 73*, cœntur. 2.

HUGO CARD.

669. Oratio humilis sicut homo rutilius ad Deum intrat, et ibi mandatum peragit, quo caro pervenire nequit. *Super Proverb.*, cap. 25.

ROBERTUS BELLAIR.

670. Oratio ex humilitate profecta non revertitur vacua. *Super Psalm.* xxxiv, vers. 46.

ORATIO ET JEIUNIUM. Vide Jejunium et Oratio *supra*.

ORATIO ET INTENTIO.

HUGO CARD.

671. Sine intentione, omnino muta est oratio. *Super Cant.*, cap. ii.

672. Oratio sine pura intentione, et cordis puritate, minime placet. *Super Iosiam*, cap. 1.

673. Qui attentione orationem quaerit, orationem inveniet; attentionem enim sequitur oratio. *De orat.*, cap. 143.

674. Intenta supplicatio dormire cor mundum votat. In *Hymno ad Calli cantum*.

ORATIO ET LECTIO.

675. Sine legendi studio, nemo ad Deum oratione esse valebit intentus. In *Exhort. ad monach.*

676. Debet lectio orationi servire, preparare affectum, non horas preripere, nec succidere moras. Inter opera D. Bernardi, serm. 7, super *Cant.*

677. Orationis lectio, lectioni succedat oratio: breve videbitur tempus, quod tantis operum varietatibus occupatur. *Epist. 7, ad Latam.*

678. Frequens lectio et quotidiana meditatio, animas solet magis labor esse quam carnis. *Super Ecclesiasten*, cap. 42.

679. Qui vult cum Deo semper esse, frequenter debet orare, frequenter et legere: orationibus mandatur, lectionibus instruitur. *Prose.*

680. Nam cum oramus, ipsi cum Deo loquimur: cum vero legimus, Deus nobiscum loquitur. *Lib. 3, de Summo bono*, cap. 8, sent. 2.

681. Omnis probetis ex lectione et meditatione procedit: que enim necimus lectione discimus: que autem didicimus, meditationibus conservamus. *Ibid.*

ORATIO ET MANIPULUS.

682. Perdet orationis precem, qui Dominicam sprovit iussionem. *Homil. super illud iv Joan: Venit hora*, etc.

683. Non vult orationem suam audiri, qui putaverit precepta Dei debere contemni. *Ibid.*

684. Diffidit est ad impetrandum auditus, cum procedit iussionis contemptus. *Ibid.*

685. Facile quod postulat accipitur, si quod jubetur, instantissime complectitur. *Ibid.*

ORATIO ET MEDITATIO.

686. Ad hoc ut fructuosa sit meditatio, oportet ut sequatur orationis devotio. *De Scala paradisi*, cap. 40.

687. Oratio sine meditatione, est tepida; meditatio sine oratione, infructuosa. *Ibid.*, cap. 41.

688. Ascendimus velut duobus pedibus, meditatione et oratione: meditatio siquidem quid docet, oratio ne desit obtinere. *Serm. 1, de S. Andrea*.

689. Sic orationi sancta meditatio necessaria est, omnino perfecta esse oratio nequeat, si cum meditatio non committitur, aut procedat. In *Speculo discipl.*, part. 1, cap. 12.

S. XILUS.

FRUDENT.

S. ATHANAS.

GILBERT.

ANGELUS.

S. HIBDON.

S. HEDOBES

HISPALENS.

S. GREGOR.

MAGNUS.

S. JOANNES

CHRYSOST.

S. AUGUST.

S. BERNARD.

S. BONIF.

ORATIO ET OPERATIO.

S. GREGOR.

MAGNUS.

&

S. HIBDON.

690. Valde apud Deum utraque hæc sibi necessario congruunt, ut et oratione operatio, et operatione fulebitur oratio. *Prose.*

691. Cor cum manibus levat, qui orationem suam operibus roborat: quisquis enim orat, sed operari dissimulat; cor levat, et manus non levat: qui vero operatur et non orat, manus levat et cor non levat. *Lib. 18 Moral.*, cap. 5, et S. Hieronymus, *lib. 2, super Lament. Hierem.*, cap. 8.

S. GREGOR.

MAGNUS.

S. JOANNES

CHRYSOST.

692. Inanis fit oratio, ubi prava est actio. *Lib. 9, in Respit.*, in dict. 8, cap. 45, epist. 45, *Universis Episcopis*.

693. Sicut res aliqua sine odore potest esse, odor autem sine re aliqua esse non potest: sic opus sine oratione aliquid est, oratio autem sine operatione nihil est; et si oras, non ex fide oras. *Homil. 43, Oper. imperf.*, super *Math.*

ORATIO ET PERSEVERANTIA.

S. GREGOR.

MAGNUS.

694. Virtutis pondus oratio non habet, quam nequamquam perseverantia continui amoris tenet. *Lib. 32 Moral.*, cap. 21, num. 27.

ORATIO ET PIETAS. Vide Pietas et Oratio *infra*.

PATIENTIA ET DOCTRINA. Vide Doctrina et Patientia *supra*.

PATIENTIA ET FORTITUDO.

S. HIERONIMUS

CELSI.

695. Fortitudo connexa est patientiæ: vir enim patiens, fortis est animo. *Prose.*

696. Qui patiens et fortis est, secure bonis sequentis vite sperare potest. *Epist. ad Damas. Pap., de morte D. Hieronymi*.

S. THOMAS

AQUINAS.

697. Quicumque est fortis, est patiens: quia fortitudo non solum sustinet molestias absque perturbatione, quod est patientia; sed etiam ingerit se eis, cum opus fuerit. 1, 2, cap. 66, art. 4.

PATIENTIA ET HUMILITAS.

S. BERNARD.

698. Vera patientia, nisi per profundam humilitatem, nec acquiritur, nec tenetur. *De Ordine vite*.

S. BERNARD.

699. Inutilis est patientia, quam non comitatur humilitas. *Super Epist. ad Philipp.*, cap. 1.

S. FELIX

AGENSIS.

700. Ubi est patientia et humilitas, ibi nec ira, nec perturbatio. In suis *Opus.*, in admonit., cap. 28.

JOAN. CASE.

701. Patientia vera absque profunda cordis humilitate, nec acquiritur, nec tenetur. *Collat. 18, Apbal. Præmonitis*, cap. 18.

PATIENTIA ET OBEDIENTIA. Vide Obediencia et Patientia *supra*.

PAUPERAS ET HUMILITAS.

702. Beatus ille pauper, qui docet in sponsione sibi humilitatem. *Serm. Domin. infra octav. Nativit.*

703. Paupertas ad gratiosa non est, sine humilitate. *Epist. ad Damas. Pap., de Morte D. Hieron.*

704. Humilitas nullatenus poterit absque nuditate conquiri. *Lib. 12, Conob. instit.*, cap. 31.

705. Nullus profecto spiritu pauper, nisi sit humilis. *De Patient.*, cap. ii.

706. Humilis si pauperlati conjuncta non fuerit, Deo placere paupertas non potest. *De tribus Tabern.*, cap. 2.

PAUPERAS ET MANDUCATIO.

707. Nisi pauper fueris, mitis esse non poteris. *Lib. 5, super Luc.*, cap. 6, in illud: *Beati pauperes*, etc.

PERSEVERANTIA ET OBEDIENTIA. Vide Obediencia et Perseverantia *supra*.

PERSEVERANTIA ET ORATIO. Vide Oratio et Perseverantia *supra*.

PIETAS ET ORATIO.

708. Efflicissima est ad exorandum Deum postulatio, cui pietatis opera suffragantur. *Serm. 6, de jejun. decimi mensis*.

PIETAS ET SCIENTIA. Vide Scientia et Pietas *infra*.

PIETAS ET TIMOR. Vide Timor et Pietas *infra*.

POENITENTIA ET ELEEMOSYNA. Vide Eleemosyna et Poenitentia *supra*.

POENITENTIA ET JEIUNIUM. Vide Jejunium et Poenitentia.

PRUDENTIA ET FORTITUDO. Vide Fortitudo et Prudentia *supra*.

PRUDENTIA ET INNOCENTIA.

709. Innocentia non est perfecta virtus sine prudentia: quoniam qui innocens est, nisi habuerit prudentiam, non est perfecte consummatusque virtutis. *Super Psalm. LXXXIII*, vers. ultimo: *Qui ambulat in innocentia*.

PRUDENTIA ET JUSTITIA. Vide Justitia et Prudentia *supra*.

PRUDENTIA ET SIMPLICITAS. Vide Simplicitas et Prudentia *infra*.

PRUDENTIA ET VERGENTIA.

710. Verecundia et prudentia dum sunt virtutes, que conjunguntur: quoniam una sine altera, sæpe et multis occasio fuit mali. *Super Loe.*, cap. 1.

S. ANTONICE DE PARGA.

S. ESCRIBI CASAS.

JOAN. CASE.

S. TEXTUL.

THOMAS I KEMPIS.

S. AMEROS.

S. LEO I.

S. HIRON.

HUGO CARD.

SCIENTIA ET SOBRIETAS.
S. PETRUS DAV. 714. Ut non sentiat pudicitia periculata narium fragum inter fluctantis huius vite discrimina, sobrietas magistra tui corporis tenet clavum. *Opusc. 49, cap. 3.*

RECTITUDO ET SIMPLICITAS. Vide Simplicitas et Rectitudo *infra*.

SAPIENTIA ET DOCTRINA. Vide Doctrina et Sapientia *supra*.

SAPIENTIA ET ELOQUENTIA.
CICERO. 712. Sapientia sine eloquentia, parum prodest; eloquentia vero sine sapientia, nimium obest. Lib. 1, de *Invent. Rhetor.*

713. Nemo eloquentia sine sapientia florere unquam et prestare potuit. Lib. 2, de *Oratori.*

714. Eloquentia fundamentum est sapientia. De *perfecto Oratore*, num. 70.

715. Hec sapientia maxime adhibenda eloquenti est, ut sit temporum personarumque moderator; nam nec semper, nec apud omnes, nec contra omnes, nec pro omnibus eodem modo dicendum arbitror. *Ibid.*

SAPIENTIA ET RECTITUDO.
CATO. 716. Cum tibi prexalide fuerit in corpore vires, Fac sapias; sic tu poteris vir fortis haberi. Lib. 4, *Distich. metr.*, 26.

SAPIENTIA ET HUMILITAS.
JOAN. TRIN. 717. Vera sapientia in domicilio requiescit sancto humilitatis. Lib. 1, homil. 19, ad *Monach.*

S. LEO I. 718. Tota Christiana sapientie disciplina, non in abundantia verbi, non in astuta disputandi, neque in appetitu laudis et gloria, sed in vera voluntaria humilitate consistit. Serm. 7, *Epiphon.*

SAPIENTIA ET JUSTITIA. Vide Iustitia et Sapientia *supra*.

SAPIENTIA ET VERITAS.
PLATO. 719. Nihil sapientie cognatus affinisque, quam veritas inveniri potest. Lib. 6, de *Republ.*

SCIENTIA ET CASTITAS. Vide Castitas et Scientia *supra*.

SCIENTIA ET CHARITAS.
S. AGUSTUS. 720. Sicut mors animam avellit a sensibus carnis, sic charitas a concupiscentiis carnalibus: huic subservit scientia, cum est utilis, nam sine illa inflat. Epist. 29, ad *Hieronym.*

721. Scientia si in aliquo sine charitate fuerit, inflat et noest. Lib. 4, contra *Cresconium*, cap. 23.

722. Cum autem Apostolus: Scientia inflat, charitas edificat; quod recte aliter non intelligitur, nisi scientiam tunc prodesse, cum charitas inest,

sine hac autem inflare, id est, in superbia inanisimae quasi ventositatis extollere. Lib. 19, de *Civit. Dei*, cap. 20.

723. Adde scientiae charitatem, et utilis erit scientia; non per se, sed per charitatem. Tract. 27, super *Evang.*

724. Scientia cavenda est, ne inflat: scientia si sola sit, inflat. Ibi inflat scientia, ubi charitas non edificat: ubi autem edificat, solidata est. Serm. 23, de *Verb. Dom.*

725. Cibis indigestus corrumpit corpus et non nutrit: ita et multa scientia ingesta stomacho animae (que est memoria) si decocta igne charitatis non fuerit, malos noxiosque humores generat; et non mali humores pravi mores sunt? Serm. 36, super *Cant.*

726. Scientia cavenda est, ne inflat: ergo amate scientiam, sed antepente charitatem: quia charitas edificat, et non permittit inflari scientiam. Lib. 4 *Phoret.*, cap. 15.

727. Quem charitas solidificando non erigit, scientia inflando pervertit. Lib. 8 *Moral.*, cap. 26, num. 30.

728. Scientia, ubi non est charitas, gravat, non allevat. Super *Psalm.* xi, cap. 2.

729. Scientia sine zelo charitatis inflat, et zelus sine scientia anime errat. Super *Prov.*, cap. xviii.

730. Scientia sine charitate, palca est levis, atque volatilis sine grano. Super *Genes.*, cap. 42.

731. Damnosus est sine charitate scientia. Homil. 20, super *1 Cor.*

SCIENTIA ET CONTEMPLATIO.
 732. Absque contemplatione juncta cum scientia, nihil preclarum geritur. De *gratia*.

SCIENTIA ET FIDES. Vide Fides et Scientia *supra*.

SCIENTIA ET HUMILITAS.
 733. Vera scientia affluit, non extollit, nec superbieos quos impleverit, sed lamentantes facit. Lib. 23, *Moral.*, cap. 10, num. 17.

734. In emne quod scit, sese mens deprimat, ne quod virtus scientie congruit, ventus elationis spargat. Homil. 7, in *Evang.*

735. Sancti viri ut humilitatis in se virtutem custodiant, cum quadam mirabiliter sciant, illud ante mentis oculos student revocare, quod nesciunt. *Ibid.*

736. Scientia virtus est, humilitas etiam custos virtutis est. *Ibid.*

SCIENTIA ET JUSTITIA. Vide Iustitia et Scientia *supra*.

SCIENTIA ET OPERATIO.
 737. Scientia sine bona operatione, arca vacua

est. Lib. 3, in *1 Reg.*, cap. 4, super illud: *Si dimiseritis arcam Dei, etc.*

SCIENTIA ET PIETAS.
S. AMBROS. 738. A pietate ad scientiam spiritum descenditur: nam quamvis videatur aliquis scientiam possidere, stultus est si male vivit. Super *Apocal.*, cap. 4.

S. GREGOR. MAGNUS. 739. Nulla est scientia, si utilitatem pietatis non habet: et valde inutilis est pietas, si scientia discretionis caret. Lib. 1 *Moral.*, cap. 16.

JOAN. TRIN. 740. Scientia sine pietate, virtus non est. Super *Prolog. Regulae S. Benedict.*, cap. 1.

SCIENTIA ET ZELUS.
S. BERNARD. 741. Zelus absque scientia, quo vehementius irruit, eo gravius corruit, impingens nimirum atque resiliens. Serm. 49, de *Verb. Levi.*

742. Importabilis absque scientia est zelus: semper minus efflex minusque utilis invenitur, plerumque autem et perniciosis valde sentitur. Serm. 59, super *Cant.*

MUGOARD. 743. Scientia sine zelo charitatis inflat, et zelus sine scientia animi errat. Super *Prov.*, cap. 49.

30. Hinc est vita aeterna, ut cognoscant te verum Deum. Ibi enim frigitur quod non capit loqui, ibi sonat quod non capit tempus, ibi olet quod non spargit ventus, ibi sapit quod non minuit edacitas, ibi heret quod non divellit sobrietas, ibi si quidem videtur Deus sine intermissione, cognoscitur sine errore, amatur sine offensione, laudatur sine fatigatione. *De spiritu et anima*, cap. 36.

31. Vita civitatis aeternae est quies, pax tranquilla, felicitas perpetua, pulchritudo admirabilis, species laudabilis, jucunditas concupiscibilis, gloria desiderabilis, gaudium perenne, festivitas continua, cantica dulcissima. *Ibid.*, cap. 5. *Prose.*

32. Sunt ibi gaudia aeterna, quae suavitatem infundunt, et corruptionem non inducunt: semper rediunt, et nunquam deficiunt, nascunt et perseverant integra, ad frangendum se exhibent, et permanent incorrupta. *Prose.*

33. Dulcedo illius civitatis infundit se ad suavitatem, species ad jucunditatem, visio ad delectationem.

34. Omnis pulchritudo ibi est, ubi summa pulchritudo est: quanta namque pulchritudo ibi est, ubi rerum omnium species sine defectu vigent, sine transitu permanent, sine corruptione consistunt, sine mutabilitate aeternae sunt?

35. O civitas sancta, civitas speciosa! quidquid in te est, totum pulchrum est, suave est jucundum est: unum bonum est, et omne bonum in ipso est: ita tam pulchrum est quod vere pulchrum non est, quid est quod pulchrum?

36. Quidquid enim nominare boni possum, totum ibi est: quia omnia bona in uno sunt, et omnia unum sunt.

37. *Iis.* Omnes ibi contemplantur, omnes laudantur, omnes delectantur in Deo, cujus aspectus pius, facies decora, elogium dulce: delectabilis

ad videndum, suavis ad habendum, dulcis ad fruendum.

37. Semper libet illum aspicere, semper habere, semper illo frui, et in illo delectari.

38. Ipse per se placet, et propter se: sufficit ad meritum, sufficit ad praemium: nec aliquid est quod extra illum queratur; quia totum in illo invenitur quod desideratur, et in illo totum amatur: unum namque bonum est, et omne bonum in illo est, hoc bonum soli boni habent et vident, amant et laudant laude perpetua. *Ibid.*

39. Contemplerur qui sint ipsi Angelorum chori, quae ipsa societas beatorum spirituum, quae majestas visibilis Dei: nemo enim in hac vita digno pensare potest quanta sit illa felicitas, Deum facie ad faciem videre; quanta suavitatis illud modis angelicum audire, quanta jucunditas omnium Sanctorum societatem habere. *Prose.*

40. In illa gloria nihil libentius intueor, nihil delectabilius ad contemplantum invenio, quam intui amorem affectum. *De Spiritu et anima*, cap. 57.

41. Qui solo beatitudinis supernae desiderio temporalia contemnit, et nihil laquei mundi diligit, solamque aeternam patriam appetit, magna mentis tranquillitate fovetur: in qua tanto Deum perire cerat homo, cum se solo solum invenit: nihil enim Deo presentius, et nihil eo secretius. *Ibid.*

42. Ibi est omnis felicitas, omnis suavitatis, omnis jucunditas, et omnis amonitas, omnis pulchritudo, et omnis dulcedo. *Prose.*

43. Quidquid expedit, et quidquid delectat, ibi est: omnes videlicet divitias et delicias, omnis requies et omne solatium.

44. Ibi est iugis tranquillitas, aeterna serenitas, aeterna jucunditas, jucunda et decora laudatio, et plena omnium bonorum cognitio: quid enim ibi deesse potest, ubi Deus est, cui nihil deest? *Ibid.*

45. Consideremus qualis sit illa gloria, quanta laetitia, quae solemnitas, quae veneratio, quod tripudium civium supernorum. *Prose.*

46. Saepius hinc meditor, illic ascendere nitur: suspiro, fremo, precibus, votis ibi tanto atque modo mihi qui sint ibi, quantumque gyro: mens laeret Christo, cor delectatur in isto: illic versatur, gaudet et stupet, et veneratur. Jam tanto dulcius, quanto saepius, aviditate quidem multa, sed satietate nulla: tam rara est hora, et brevis mora. *Ibid.*, cap. 60.

47. O civitas sancta, civitas speciosa, de longinquo te saluto, ad te clamo, te requiro.

48. O civitas desiderabilis! muri tui lapis nunc, cunctos tuos ipse Deus, cives tui semper facti.

49. Non est in te corruptela, nec defectus: nec senectus, nec ira: sed pax perennis, gloria solennis, laetitia sempiterna, sollemnitas continua.

50. Non est in te heri, nec hesternum, sed est idem hodiecum: tibi salus, tibi vita, tibi pax est infinita, tibi Deus omnia. *Ibid.*

51. Incomparabiliter superna est civitas clara, ubi victoria, veritas: ubi dignitas, sanctitas; ubi pax, felicitas; ubi vita, aeternitas. Lib. 2, de Civit. Dei, cap. 29.

52. Quanta erit felicitas, ubi nullum erit malum, nullum latebit bonum; vacabitur Dei laudibus, qui erit omnia in omnibus: tunc non erit nulla necessitas, sed plena, certa, securi, sempiterna felicitas. *Ibid.*, lib. 22, cap. 30.

53. Ibi vacabimus et videbimus, videbimus et amabimus, amabimus et laudabimus; ecce quod erit in fine sine fine; nam quis alius noster est finis, nisi pervenire ad regnum, cuius nullus est finis? *Ibid.*

54. In aeterna vita est veritas, illic fida possessio, illic sempiterna dilectio, illic secunda est exultatio. *Prose.*

55. Illic semper manet amicus, quis nullus illic admittitur inimicus; illic quidquid accepit, ab illo sorberis, qui facit ut ne tu transcas, et quod accepit non amittas. *Contra Iudeos*, cap. 24.

56. Talis erit illa delectatio pulchritudinis, ut semper tibi praesens sit, et nunquam satieris, imo semper salieris, et nunquam satieris. *Prose.*

57. Si enim dixeris quia non satieris, fames erit; si dixeris quia satieris, fastidium timeo, ubi nec fastidium erit, nec fames; quid dicam nescio, sed Deus habet quod exhibeat. Tract. 3, super *Evang. Joan.*, de cap. 1.

58. Ibi est sempiterna vita sempiternae beatitatis: ibi est amor perfectus et timor nullus: ibi est Deus aeternus et unus omnium spiritus: ibi summa et certa securitas, et secura tranquillitas, et tranquillitas jucunditas, et jucunda felicitas, et felix aeternitas, et aeterna beatitudo, et beata Dei sine fine visio atque laudatio. In *Manu.*, cap. 17.

59. O vita villalis, vita beata, vita secura, vita tranquilla, vita pulchra, vita munda, vita casta, vita sancta, vita ignara mortis, aeterna tristitia, vita sine labe, sine dolore, sine anxietate, sine corruptione, sine perturbatione, sine variata et mutata, vita totius elegantiae, et dignitatis plenissima. *Ibid.*, cap. 22.

60. O vita felicissima! o regnum vere beatum, carens morte, vacans fine: ubi continuus sine nocte dies, ubi non est adversarius impugnans, ubi nulla peccati illecebra, ubi est amor perfectus et timor nullus, ubi dies aeternus, ubi Deus

facie ad faciem cernitur, et hoc vita ubi cibus sine defectu satiat. *Ibid.*

61. Ibi hymniodi angelorum chori, ibi societas supernorum civium, ibi dulcis sollemnitas omnium ab hac tristi peregrinatione ad gaudia redemptionis. *Prose.*

62. Ibi prophetarum providus chorus, ibi duodecim apostolorum numerus, ibi innumerabilem martyrum victor exercitus, ibi sanctorum confessorum sacer conventus, ibi veri et perfecti monachi, ibi sanctae mulieres, quae voluptates saeculi et sexus infirmitatem vicerunt: dispar est gloria singulorum, sed communis est laetitia omnium. *Ibid.*, cap. 25.

63. Ibi intellectus est sine errore, memoria sine oblivione, cogitatio sine pervagatione, charitas sine simulatione, sonus sine offensione, incolumitas sine debilitate, salus sine dolore, vita sine morte, facilis sine impedimento, satietas sine fastidio, et tota sanitas sine morbo. *De diligendo Deo*, cap. 18.

64. Ibi gaudium infinitum, laetitia sine tristitia, salus sine dolore, via sine labore, lux sine tenebris, vita sine morte, omne bonum sine omni malo. *Prose.*

65. Ibi juvenis nunquam senescit, ubi vita terminum nescit, ubi dolor nunquam pallescit, ubi amor nunquam tepescit, ubi sanitas nunquam marcescit, ubi gaudium nunquam decrescit, quoniam ibi summum bonum possidetur. *De Soliloq. animae*, cap. 35.

66. *Iis.* Summum bonum est gaudium angelorum, atque omnium sanctorum praemium vite aeternae, gloria spirituum, laetitia sempiterna, corona decoris, brevium felicitatis, regnes opulenta, pulchritudo pacis, intimum et externum gaudium, Paradisus Dei, Jerusalem coelestis, vita beata, plenitudo beatitudinis, gaudium aeternitatis, pax Dei, quae exsuperat omnem sensum: haec est plena beatitudo, et tota gloriae hominis. *Ibid.*, cap. 36.

67. O vita vitalis, vita sempiterna, ubi gaudium sine merore, respicit sine labore, dignitas sine tremore, opes sine amissione, sanitas sine languore, abundantia sine deiectione, vita sine morte, perpetuitas sine corruptione, beatitudo sine calamitate. In *Manuali*, cap. 7.

68. Quid vita aeterna beatius? Ubi non est paupertatis metus, non agriusinis imbecillitas, ubi nemo leditur, nemo irascitur, nemo invidet, cupiditas nulla exardescit, nullum tibi desiderium, nulla honoris aut potestatis pulsus ambitio, nullus ibi diaboli metus, nullus insidiae diabolicae, terror gehennae procul, mors nequa corporis, nequa animae, immortalitatis numero jucunda vita, nus-

quam discordia, cuncta consona, cuncta convenientia. In *Mausoli*, cap. 17.

68. Ibi erit, summa pax, summa requies, nullus labor, nullus dolor, nulla paupertas, nulla senectus, nulla mors, nulla nox, nullum cibi desiderium, nullum sicut incendium. De *triplici habitaculo*, cap. 4.

69. Ibi quidquid nec nunc latet, manifestum erit. *Ibid.*

70. Tanta est pulchritudo justitiae, tanta jucunditas lucis aeternae, hoc est incommutabilis veritatis et sapientiae, ut etiam non foret amplius manere in ea quam unius diei mora, propter hoc solum innumerabiles anni hujus vitae pleni deliciis in circumfluentia temporalium honorum recte meritoque contemneretur. *Ibid.*

71. Currite velociter rectam viam, ipsa enim vos perducit ad patriam: ad patriam illam, cujus civis angeli sunt, cujus templum Deus, cujus splendor Filius, cujus charitas Spiritus sanctus: civitas sancta, civitas beata: ubi delectat videre Deum, vivere cum Deo, vivere de Deo. De *Canticis novo*, cap. 10.

72. Nihil ibi nisi bonum, nihil ibi nisi honestum, nihil ibi nisi verum, nihil ibi nisi purum, nihil ibi nisi sincerum. *Prose.*

73. Nulla ibi erit corruptio, nulla deformis pravitas, nulla erummosa necessitas, sed interminatae aeternitatis pulchra veritas, summa felicitas. *Sermon. 1. Per. 6 Pasche.*

74. Optima vita est, quia secunda est, quia aeterna est, quia vera est, quia felicitas nostra est: Deum habere, Deum videre, Deum contemplari. *Sermon. 44. ad Fratres in eremo.*

75. Quid securus quam esse in ea vita, ubi non possit tibi evenire quod non vis? *Lib. 2. de Lib. arb.*, cap. 20.

76. Exardeat amore atque desiderio sempiternae vitae Sanctorum, ubi nec operosa erit actio, nec requies desidiosa. *Prose.*

77. Laus erit Dei sine fastidio, sine defectu: nullum in animo trepidum, nullus labor in corpore, nulla indigentia, nec tunc cui subveniri desideres, nec proximi cui subvenire festines. De *Catech. rud.*, cap. 25.

78. Tunc perfecte incipit Christianus futuram et aeternam vitam diligere, cum vitam presentem ceperit non amare. *Homil. 33. Ex quinquag. Homil.*

79. Si curris pro hac vita centum millia, quod millia debes currere pro vita aeterna? *Ibid.*, *homil. 37. cap. 3.*

S. BERNARD.

80. O vere felix et gloriosa satietas! o sanctum convivium, o desiderabiles opulae! ubi nimirum anxietas nulla, nullum poterit esse fastidium,

quoniam satietas summa, et summum meriti desiderium. *Sermon. 1. omnium SS.*

81. O vere meredies! plenitudo fervoris et lucis, solis statio, umbrarum exterminatio, desiccatio paludum, fessorum depulsio. *Prose.*

82. O perenne solstitium, quando jam non inclinabitur dies! o lumen meridiano! o vernalis temperies! o aetiva venustas! o autumnalis ubertas! o quies et feriatio hyemalis! *Sermon. 35. super Cant.*

83. Electos tria in futuro manent. Interna sanctitas, aeterna jucunditas, jucunda voluptas. In suis *sententiis*, verbo *Electos*.

84. Qui replet in bonis desiderium animae, ipse rationi futurus est plenitudo lucis, ipse voluntati multitudo pacis, ipse memoriae continuatio aeternitatis. *Sermon. 2. super Cant.*

85. In hac vita quando durat, compara tibi illam quae semper durat. *Epistol. 105. ad Romanum subditeo.*

86. Cogita quidquid vis, quidquid potes exopta; excedit cogitatum omnem desiderium omne exsuperat illa felicitas, aeternitas illa, beatitudo illa sempiterna. In *Declarat.*

87. Praemium patriae coelestis est videre Deum, vivere cum Deo, vivere de Deo, esse cum Deo, esse in Deo, habere Deum, qui est summum bonum. *Prose.*

88. Ubi est summum bonum, ibi est summa felicitas, summa jucunditas, summa libertas, perfecta charitas, aeterna securitas, et secunda aeternitas.

89. Ibi est vera letitia, plena scientia, omnis pulchritudo, et omnis beatitudo.

90. Est ibi pax, pietas, bonitas, virtus, honestas, gaudia, letitiae, dulcedo, lux, vita perennis, gloria, laus, requies, amor et concordia dulcis. *Libro Medit.*, cap. 4.

91. O civitas gloriosa, coelestis habitatio, locus vite, sanctorum palatium, splendor gloriae, gratiae magnitudo, claritas infinita. *Sermon. de Septem grad. Confess.*

92. Vita aeterna est locus voluptatis, ubi torrens voluptatis potantur iusti; locus splendoris ubi iusti fulgent sicut splendor firmamentis; locus letitiae, ubi letitia sempiterna super capita eorum; locus abundantiae, ubi nihil deest videntibus eum; locus suavitatis, ubi apparet Dominus suavis universis; locus pacis, ubi in pace factus est locus ejus; locus admirationis, ubi sunt mirabilia operae ejus; locus satietatis, ubi satiabimur cum apparuerit gloria ejus; locus visionis, ubi videbitur magna visio; locus ubi sapientia sine ignorantia, memoria sine oblivione, intellectus sine errore, ratio sine obscuritate splendebit. *Sermon. 21. de Quingue negotiis*, num. 7.

93. Vita aeterna ipse est plenitudo, ipsa est longitudo dierum, verus dies, qui non novit occasum: plenus meredies, vera gloriae plenitudo, aeterna veritas vera aeternaque satietas. *Lib. 5 Florum*, cap. 47.

S. BONAV.

94. Vita sanctorum in patria, est vita vitalis. *Super Psalm. cxvii.*

95. Aeterna omnium bonorum erit solemnitas, facie ad faciem Deum intueri, ejus dulcedine sine fastidio satiari, ejusque visione sine defectu perfrui. *Sermon. 3. de Ascens.*

96. Si stultus est, qui dat vitam suam pro obolo, merito stultior est, qui dat aeternam pro aliquo transitorio. *Sermon. 4. de Dom. 12. post Pent.*

97. Vita beata altissima est, pulcherrima, gloriosissima, dulcissima, immensissima, nulloque tempore finienda. *Sermon. 1. de S. Bartholom.*

98. In gloria aeterna est sanitas absque infirmitate juvenus sine eumetule, satietas sine fastidio libertas sine servitute, pulchritudo absque deformitate, abundantia sine indigentia, pax sine perturbatione, securitas absque timore, cognitio absque ignorantia, gloria sine ignominia, gaudium sine tristitia. *Titulo 10. Dives*, cap. 4.

99. In illa coelesti aula plenitudo omnis boni in omnibus perfecte est. Ibi virgo gaudebit de sanctae virginitalis privilegio; ibi confessor de martyris jucunditatis triumpho; ibi martyr tripidabit de confessorum brivio; ibi propheta laudabitur de patriarcharum pia conversatione; ibi patriarcha caullabit de prophetarum fide et speculatione; ibi apostoli et angeli gaudebunt de merito omnium inferiorum; ibi omnes inferiores letabuntur de gloria et corona superiorum. In *Soliloq.*, cap. 4.

100. Ibi est fructus perfectissima, satietas sufficientissima, sobrietas sobriusissima, voluptas pudicissima, cordialis diffusio, jucundissima amplexio, medullaris transformatio, centralis quietatio, omnis amenitas, omnis suavitas, omnis securitas, omnis libertas, aperta visio, firma tentio, consummata dilectio, continua laudatio. De *stimulo amor*, cap. 3.

101. Tot et tanta sunt ibi gaudia, quod omnes arithmetici hujus mundi non possent ea numerare; nec geometrici mensurare, nec grammatici, rhetorici, aut theologici explicare. *Lib. 7. Compend. theol. veritat.*, cap. 31.

102. Deus ibi erit, speculum visui, ethera auditui, mel gustui, balsamum olfactui. *Ibid.*

103. Ibi erit candor lucis aeternalis, amenitas vernalis, abundantia autumnalis, requies hyemalis. *Ibid.*

104. Ibi nihil obest, nihil deest, nihil affluit, nil est extra quod appetatur, nihil intra quod fastidiatur. *Ibid.*

105. Merces sanctorum tam magna est, quod non potest mensurari; tam nulla, quod non potest numerari, tam copiosa, quod non potest finiari: tam pretiosa, quod non potest aestimari. *Ibid.*

106. Ibi affluentia virtutum, influentia deliciarum, confluentia bonorum. *Ibid.*

107. Vita aeterna in duobus consistit, in necessaria praesentia omnis boni: in necessaria absentie omnis mali. *Ibid.*

108. Vita aeterna erit, cursus sine termino, usus sine fastidio, reflectio sine cibi adjutorio, requies sine noctis otio, aetas sine senio. *Homil. 28.*

109. In aeterna vita perpetua securitas manet; quia perversitas nulla misceatur, aeterna letitia perseverat, quoniam nequam contrarietas aliqua constat esse violandam. *Super Psalm. lxxxv.*

110. Non potest vita aeterna succedere, nisi hinc contingerit exire. De *Mortalitate*, cap. 8.

111. Qualis ille coelestium regnorum voluptas sine timore moriendi, et cum aeternitate vivendi! quam summa, et perpetua felicitas! *Ibid.*, cap. 111.

112. Quid immortalitati, in qua locus nullus omnino dolori est, et lumen est, par esse possit? De *Ecles. Hierarch.*, cap. 7, part. 3.

113. Tanta est pulchritudo lucis aeternae, tanta est beatitudo et mores paradisi coelestis, tanta dignitas beatificae visionis super gloriosissimam Trinitatem, quod licet non essemus eas habituri nisi per horulam unam dignum esset mille annis pro eis usque ad sanguinem laborare. De *Profess. monasticis*, art. 5.

114. Qui per odium et iracundiam radicem in se charitatis extinxerit, nihil in eo, unde ad aeternam vitam perveniat, permanebit. *Homil. 8.*

115. Phnrumum ei reliquitur, cui vita (quam omnibus terrenis bonis praeponderat) reservatur. *Homil. in Elixim.*

116. Non valent vite praesentis obscuro, aeternae vite gaudiis comparari. *Prose.*

117. Lassescant licet membra vigiliis, pallescant licet ora jejuniis; non erunt tamen condignae ad futuram gloriam.

118. Futura beatitudo acquiri potest, aestimari non potest. *Homil. 3. ad Monachos.*

119. Vita aeterna nec oculo potest cerni, nec facilia mentis cogitatione pertingi, quam consuequi est facilis, quam enarrare. *Prose.*

120. Cuius erit cursus sine termino, usus sine fastidio, reflectio sine cibi adjutorio, requies sine

S. CYPRIANUS
ARELAT.

CASSIODOR.

S. CYPRIAN.

S. GREGORIUS
AREOPAG.DIONYSIUS
CARTUSI.

S. AUGUSTINUS.

S. LEO PAPIAE
EPISCOPUS.

noctis otio, atas sine senio : indeficiens sub vultu Dei claritas, semper nova iuconditas, et secura felicitas. *Ibid.*, homil. 6.

122. Quam iucundum erit, comite bona conscientia ad vera et solida gaudia, atque ad angelorum transire consortia, et ad illam vitam conscendere, ubi nulli erunt labores, nulli dolores, nulla damna, nulla incommoda ; et quod super omnino bonum est, nulla peccata, sed aeterna innocencia ! *Ibid.*, homil. 8.

S. GREGOR.
MAGNUS.

122. Ibi pro sanctorum tunicis, lux fulgebit aeterna, ibi vestibus nullas unquam saeculis erandus convertetur in corpus : ibi indumentum transit in premium, ibi angelica ista stola non iam erit amictus, non iam erit habitus, sed natura. *Ibid.*, homil. 10.

123. Erit aliquomodo in aeterna vita ipsa distributionum diversitas concors, quia tanta via amoris in illa pace nos sociat, ut quod in se quisque non accepit, hoc se accepisse in alio existet. *Lib. 4, Moral.*, cap. 34, num. 42.

124. Quando ad ignem fontem vitae venerimus, erit nobis delectabiliter impressa sitis simul atque satietas ; sed longe aborit a siti necessitas, longe a satietate fastidium, quia et sitientia satisfiatur, et satietas sitionum. *Ibid.*, lib. 18, cap. 28.

125. Omnia in hac vita est discretio operum, erit in illa aeterna procul dubio discretio dignitatum ; ut quo his alius alium merito superat, illic alius alium retributione transcendat. *Ibid.*, lib. 4, cap. 31.

126. In aeterna vita una cunctis erit beatitudo laetitia, quam vis non una sit omnibus sublimitas vite. *Ibid.*, num. 42.

127. Erit in beatitudine aeterna culpe memoria, non quam mentem polluat, sed qua apertius illam laetitiam adstringat. *Ibid.*, num. 42.

128. Aeternam vitam si ore petimus, nec tamen corde desideramus, clamentur tacemus : si vero desideramus, ex corde etiam cum ore conticescimus, tacentes clamamus. *Ibid.*, lib. 22, cap. 13.

129. Ibi supernorum civium societas sancta, ibi solemnitas certa, ibi requies secura, ibi pax vera. *Homil. 81, super Evang.*

130. In vita aeterna est, lux sine defectu, gaudium sine genita, desiderium sine pena, amor sine tristitia, satietas sine fastidio, sospitas sine vitio, vita sine morte, salus sine langore. *Super sequem Psalm. Penit.*, super *Psalm.* vii, vers. 14.

131. Ibi est dies aeternus, et unus omnium spiritus : ibi est certa securitas, et secura aeternitas, et aeterna tranquillitas, et tranquilla felicitas, et felix suavisque, et quavis iuconditas. *Ibid.*, in sua *Oratione*.

132. Illi beata vita, in qua cum Deo, et de

Deo vivitur, nullus potest equari labori, nulla operi comparari. In *septem Psalm.* *Pennitentiale*, super *Psalm.* vii, vers. 9.

133. Quam lingua dicere, vel quis intellectus capere sufficit illa superna civitatis quanta sint gaudia ; angelorum charis interesse, cum beatissimis spiritibus glorie Conditoris assistere, praesentem Dei vultum cernere ; in circumscriptum limen videre, nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetua munere letari. *Homil. 87, super Evang.*

S. GREGOR.
NYSS.

134. Illa vita nec inedia laborat, nec frigora caloreve, aut alias seris injurias sentit. *De mortua.*

135. Beata est illa vita atque immortalis, quae sensuum libidine non fallitur in bonis dijudicandis. *Ibid.*

136. In domo coelesti tanto quisque mansionem inveniet ampliore, quanto in praesenti vita iustus vixerit. *Sermon. Dom. 20, post Pent.*

HAYMO.

137. Omnium honorum promissio vita est sempiterna. *Lib. 15, super Isaiam*, cap. LV, super illud : *Audite me, et erit ante vos vita.*

S. HIERON.

138. Non erit ibi diminutio, vel augmentum corporis, seu finis aetatis ; puer ibi in juvenem non crescit, nec aliquis juvenis senescit ; non erit ibi senectus nec senectutis defectus ; namque conferet ibi timor pallorem, vel ira ruborem, nec labor sudorem, nec infirmitas dolorem. *Lib. 6, de Clave. animae*, cap. 21.

S. HIERON.
JUAN.
TORT.

139. Civitas illa, in qua omnes Sancti tanta claritate fulgent, tanta perspicuitate transluent, quae sua singulis corda manifestat, ex auro dicitur simili vitro mundo ; ut designetur auro clara, vitro perspicua. *Ibid.*, cap. 27.

HUGO A. S.
VICTOR C.

140. Ibi, in perfecta scilicet beatitudine, nec prudentia poterit decipi, nec fortitudo frangi, nec justitia subverti, nec temperantia minui vel augeri, et erit in hac perfectione finis sine fine. *Ibid.*, cap. 34.

141. Electos tria in futuro manent : aeterna satietas, aeterna iuconditas, aeterna voluptas. *Lib. 4 Miscellan.*, codic. 2, lit. 111.

142. Ibi esse nostrum non habebit mortem, ibi nosse nostrum non habebit errorem, ibi amare nostrum non habebit offensionem. *Lib. 2, de Sacram.*, part. 18, cap. 21.

S. THOMAS
MAGNUS.

143. Erit ibi laetitia, ut nulla sit anxietas in querendo ; erit et desiderium, ut nullum sit fastidium in fruendo ; unde tranatur nec fastidium, quo frui magis cupiunt. *Super Cant.*, cap. vii.

HUGO CARD.

144. Ibi erit vita sine morte, dies sine nocte, securitas sine timore, iuconditas sine dolore, tranquillitas sine labore, pulchritudo sine deformitate, fortitudo sine debilitate, rectitudo sine

HUGO CARD.
S. THOMAS
MAGNUS.

pervertitate, charitas sine malitia, veritas sine fallacia, felicitas sine miseria. *Sermon. Dom. Lobre.*

S. THOMAS
MAGNUS.

145. O sancta civitas, ubi nulla malitia, sed tota concordia : ubi perfecta bonitas, et sola charitas : ubi iustitia, et plena mansuetudo : ubi temperantia, et prudentia regnant ? *Homil. super Psalm.* cxviii.

S. JOANNES
CHRYSOST.

145. O sancta civitas, ubi nulla malitia, sed tota concordia : ubi perfecta bonitas, et sola charitas : ubi iustitia, et plena mansuetudo : ubi temperantia, et prudentia regnant ? *Homil. super Psalm.* cxviii.

146. Urbs coelestis in primis regia est, et celeberrima, cujus fundamenta et portae ex sapphiro margaritisque sunt compositae, quae non est in forum et palatium divisa, sed quicquid est illius urbis, una regia est. *Homil. 1, super Math. Oper. perf.*

147. Non est illic zelotypia, neque invidia, neque moribus, neque mors corporis, neque illa quae est anime : non ibi tenebrae, neque nox ; semper dies, semper lux, semper claritas, pax ibi summa est, gaudium, iuconditas, voluptas. *Homil. 6, super Epist. ad Hebr.*

148. Quae sunt virtutes futuri saeculi ? vita aeterna, angelica conversatio. *Ibid.*, homil. 9.

149. Tanta sine dubio gloria in aeterna vita profuerit animis, ut omni creatura vivendi inexcogitabile sit. *Prose.*

150. Nec est ibi defectus, nec fastidium, nec tedium : est enim satietas sine fastidio, esuries sine defectu, iuconditas sine molestia, gaudium absque tristitia, aeternitas sine fine, requies sine labore, sanitas sine dolore.

151. O quam insipiens est, qui tante pulchritudinis gloriam sua culpa perdidit ! *Super Prolog. Regule S. Benedict.*, cap. 2, text. 14.

152. Qui vitae futurae praemia diligenter excogitat, mala omnia vitae praesentis aequanimiter portat ; quoniam ex illius dulcedine inhius amaritudinem temperat, et ex eternitate illius brevitatem huius despicit transitoriam. *Lib. 3, de Sion. bono*, cap. 58, sect. 5.

153. Qui vitam longam queris, ad eam tende vitam, pro qua Christianus factus es, illi est, aeternam : non ad istam, de qua ad evanescendum descendit vita aeterna, illi est Christus. *Prose.*

154. Hae est enim vita vitalis, ista vero mortalis est. *Ibid.*, cap. 61, sect. 5.

155. Innocentiam solum legitima et digna merces est immortalis, quam statuit a principio Deus sanctis et incorruptis mentibus, quae se a vitio, et ab omni illic terrena integritasque conservant. *Prose.*

156. Illic praesenti coelestis ac sempiterni participes esse non possunt, qui transibit et rapinis consentiant suam polluerunt. *De Ira Dei*, cap. 23.

S. THOMAS
MAGNUS.

LACT. TERT.

157. Vita spiritalis, quae terrene contraria est quia sempiterna est, idcirco et bona ejus sempiterna sunt. *Lib. 6, de Divin. inst.*, cap. 4.

158. Sola illa beata, vita dicenda est, quae caret morte, non subijctur miseria, non perturbatur adversa, non variatur casibus, non alienis indiget admittendis. *De Discipl. monast. conversat.*, cap. 24.

159. Ibi nulla est infirmitas, nulla corruptio, nullus metus, nulla sollicitudo, nullus motor, nulla afflictio, nulla molestia, nulla miseria. *In Speculo spirit.*, cap. 14.

160. Futura vita creditur beata sempiterna, quae sempiterna beata. *Prose.*

161. Ibi est certa securitas, et secura tranquillitas, et tranquilla iuconditas, felix aeternitas, aeterna felicitas.

162. Ibi est amor perfectus, timor nullus, dies aeternus, alacer motus, et unus omnium spiritus.

163. Ibi nec fallit quisque, nec fallitur, unde nullus eiecitur beatus, quo nullus miser admittitur. *Lib. 4, de Vita contemplat.*, cap. 2.

164. Vita aeterna est Angelorum, sanctorumque hominum congregatio beata. *Ibid.*

165. Humanae substantiae ad Conditoris sui similitudinem sublimatae, omnia bona quae naturaliter accepta peccato corrumpant, in vita aeterna reparabuntur in melius. *Prose.*

166. Intellectus erit sine errore, memoria sine oblivione, cogitatio sine pervagatione, charitas sine simulatione, sensus sine offensione, incoluntitas sine debilitate, salus sine dolore, vita sine morte, facilitas sine impedimento, satietas sine fastidio, et tota sanitas sine morbo. *Ibid.*, cap. 4.

167. Esi ibi erit distantia mansionum, summa tamen in illis erit unius perfectionis aequalitas, quibus erit regni coelestis una felicitas. *Ibid.*

168. Pax ibi est, requies ibi est, pax plena, requies bona, pax quies, requies pacifica. *Part. 1, de Benjamin. minore*, cap. 30.

169. Nihil vitae aeternae dulcius dulcius, nihil delectabilius, nihil hac suavius salubrius, nihil praeclearius atque iucundius. *Part. 1, lib. 3, de Trinit.*, cap. 17.

170. Summum bonum est aeterna felicitas ; nam felicitas sine aeternitate, est felicitas misera ; et eternitas sine felicitate, est aeterna miseria. *Super Psalm.* xc, vers. 16.

171. Vita aeterna non acquiritur, nisi per pugnam. *Super 1 Timoth.*, cap. vi, lect. 2.

172. Ibi est pax ingens sine timore, laetitia sine morore, amor sine livore, scientia sine errore,

S. LAURENT.
JUSTIN.

IMBROVICI
BLOSICA.

S. PROSPER.

RICHARD. A.
S. VICTOR.

ROBERTUS
BELLARMI.

S. THOMAS
AQUINAS.

THOMAS A.
KEMPIS.

abundantia sine defectu, dignitas sine despectu, sanitas sine interitu, iocunditas sine fletu, securitas sine metu, voluptas sine vitio, satietas sine taedio, claritas sine nubilo, veritas sine ambiguo, puritas sine piaculo, libertas sine obstaculo, conscientia sine scrupulo, felicitas sine termino. *Serm. 29, ad Novit., div. 4.*

IN VII. PAT.

173. Quis tam ignavi animi est? quis tam exors, quin sexentis temporibus mortis sulchro in animum innotet, ut beatam et ab omni interitu remotam vitam hereditario possideat? Lib. 1, in *Vita SS. Davianam et Josephat.* cap. 25.

SENTENTIE PAGANORUM.

ARISTOTEL.

174. Noster animus a mundo digressus speculabitur veritatem illius superni, existetque immortalis, felix dominusque orbis. — qualis status est beatitudo magna et absoluta animis humanis. Lib. 12, *Theolog.*, cap. 22.

175. Beata vivere maxima est expetibile, et horum vita est beatissima. Lib. 9, *Ethic.*, ad *Nicomach.*, cap. 9.

CICERO.

176. Tempus est nos jam de illa perpetua, non de hac exigua vita cogitare. Lib. 10, *Epist. ad Atticum*, epist. 7.

177. Beata vita semper stabilis est, nec amitti potest: nam si amitti vita beata potest, beata esse non potest. *Prosec.*

178. Non enim in aliqua parte, sed in perpetuitate temporis esse vita beata dei solet: neque appellatur omnino vita beata, nisi confecta atque absoluta. Lib. 2, de *Finibus*.

179. O preclarum diem, cum ad illud divinum animorum concitium extinguique proficiscar! *De Seneca.*

180. In vacante omnis aegritudinis, vita beata posita est. Lib. 5, *Tuic. quest.*

181. Quod si sola beata vita gloranda, et praedicanda, et praeserenda est: nihil est aliud quod praedicandum, et praeserendum sit. *Ibid.*

182. Perspicuum est in perpetuis plenisque gaudiis vitam beatam existere. *Ibid.*

PRISTO.

183. Si purus animus decesserit, nihil a corporis contagione secum trahens, ad divinum quoddam et immortale proficiscitur, quo cum pervenerit, omnino felix evadit. In *Dialogo Phaedoni*.

184. Magnum est premium, spes futurae felicitatis. *Ibid.*

185. Quos constitit singulari quadam atque eximia virtute vitam instituisse, hi sunt qui torrens bovis liberantur atque solvantur, tanquam corcebitis quibusdam, superiorem vero illam puraque Regionem, qua terra supereminet, in qua ad incolendum sedes sunt constituto, perveniunt. *Ibid.*

186. Quicumque iuste et pie vitam traduxerit,

juvanda spes cor ejus fovens, ad felix quoddam solium comitatur. Lib. 1, de *Republ.*

187. Cum ex humilibus magnos, et insignes viros crassisse conspicimus es: eos in morte e miseria in magnam felicitatem ascendisse putas. Lib. 10, de *Legibus*.

188. Cum ex hoc carcere, hisque vinculis eraveris justus, tum eo pervenies, ubi nulla erit molestia, nulla sollicitudo, nulla senectus: tibi triumpulilla vita, omnium malorum aescia, immobilis quadam et sempiterna quiete serena. In *Dialogo Archoch.*

189. Quid homini potest dari majus, quam gloria, laus et aeternitas? Lib. 3, epist. 21, ad *Cornelianum Prisc.*

190. Gloria nullus finis est, proximique Deo. *Suavor.* 2.

191. Facilis est ad beatam vitam via, ipsis diis adjuvantibus. Lib. 2, de *Ira*, cap. 13.

192. Vivere omnes beate volunt, sed ad pervidendum quid sit, quod beatam vitam efficiat, exilgant. *De vita beata*, cap. 4.

193. Beata vita non aliter natura contingere potest, quam si primum sana mens est, et in perpetua possessione sanctitatis suae. *Ibid.*, cap. 3.

194. Hoc inter hanc vitam et illam aeternam interest: hae quia fulgore extrinseco veniente percussa est, crassam illi statim umbram facit quisquis obtulerit: illa vero suo lumine illustris est. *Epist.* 21.

195. Scias beatam vitam esse in excelsis, sed volentis et perseveranti penetrabilem. *Epist.* 63.

196. Cur, o viri terrigenae, precipites in mortem ruitis, cum vobis haudquaquam desit immortalitatis consequenda facultas? *Prosec.*

197. Revocare jam vosmet, qui laboratis inopia, ignorantiae tenebris involuti: discedite ab obscuro lumine, asciscite immortalitatem, corruptionem fugite. Lib. *Potest. et Sup. Dei*, cui titulus *Pimander*, cap. 1.

198. Quisquis ad id, quod docet, mento utitur, nihil ab immortalibus discrepat, qui etiam corporis solutus compediibus, incedit in chorum Beatorum atque deorum. *Ibid.*, cap. 12.

Vita etiam tit. *Desiderium*, sent. 22; *Differentia*, sent. 11; *Labor*, sent. 50; *Molestia*, sent. 40; *Mundus*, sent. 103; *Obedientia*, sent. 145; *Paradisi*, per totum; *Patrio*, sent. 44, 52; *Regnum caeleste*, sent. 40; *Remuneratio*, sent. 40; *Requies*, sent. 50; *Virtus*, sent. 136; *Virtutis theologia*, sent. 56; *Vita humana*, sent. 9.

VITA HUMANA.

Etymologia. Vita dicta est propter vigorem, vel eo quod vi teneat. *Serm. Dom. 21, post Trinit.*

9. ARRHOS.

Definitio. Vivere vita est virtute vivere, beataque vitam actus habere in hujus corporis vita. *De Paradiso*, cap. 9.

X. THOMAS AQUINAS.

Divisio. Vitae praesentis felicitas est duplex: una secundum vitam activam, alia secundum vitam contemplativam: una quidem perfecta, alia vero imperfecta. 2, 2, *quest.* 186, art. 3. In tria tempora vita dividitur: quod est: quod fuit: quod futurum est. Ex his quod agimus, breve est: quod acturi sumus, dubium: quod egimus, certum. *De Brevitate vite*, cap. 19.

SENTENTIE PATRUM.

PLINIO S.

1. Quid tempore vitam istam desideramus, in qua quanto diutius quis fuerit, tanto meliore operatur sarcina peccatorum? *De Bona morte*, cap. 2.

SENECA.

2. Vita hujus principium, mortis exordium est: nec prius incipit augeri aetas nostra, quam minui. *Prosec.*

3. Cui si quid adicitur spatii temporalis, non ad hoc accedit, ut maneat: sed in hoc transit, ut pereat. Lib. 2, de *Vocis. gent.*, cap. 8.

S. ANTONIUS DE PADUA.

4. Huius quanta dementia in via lassari, et viam nolle finire. *Serm. Dom. 6 post Pascha.*

S. AUGUST.

5. Pereant omnia haec vana, et inania: vita haec misera est, et mors incerta. Lib. 6 *Conf.*, cap. 11.

6. Vita, quae fructu corporis delectata negligit Deum, inclinatur ad nihilum. *De vera Relig.*, cap. 11.

TRISTRIMO.

7. Nulla vita est, quae non sit ex Deo: quia Deus utique summa vita est, et ipse fons vite. *De vera Relig.*, cap. 11.

8. Non aliqua vita, in quantum vita est, malum est, sed in quantum vergit ad mortem. *Ibid.*

9. Labores et pericula et exilia hujus transitoriae vite, si pro eadem vita quandoque finienda subeuntur, ut mors ejus non omnino antefatur, sed paululum differatur: quanto magis pro eterna subeunda sunt, ubi mortem nec natura sollicito cavet, nec ignavia turpiter timet, nec sapientia fortiter sustinet? *Epist.* 45, ad *Armentarium*.

10. Nonne cernis, haec vita miserabilis et egenae, quam volentes habent, quantumque sibi obliget amatores suos? qui tamen periculo ejus sepe turbati, citius eam finiunt, eo ipso quod finiri formidant, et mortem dum declinant, accelerant: veluti si quisquam fluxio impediendus irruat, latronem bestiamve fugiendo: jactant in mare tempestate sevientem aliquando et alimentis, et ut vivant, projiciunt unda vivunt, nec cito finiuntur quo vel in labore vivitur. *Prosec.*

11. Quantis laboribus agitur, ut longiore tempore laboretur? Multi cruciatu suscipiuntur certi, ut pauci dies adjuvantur incerti: et nonnumquam ipsi doloribus victi, continuo moriuntur, quos mortis timore suscipiunt: et cum omnino non eligant vitam finire ne dolent, sed dolere ne finiant, accidunt eis ut dolcant et finiant. *Ibid.*

12. Vita humana, sempiterna esse non potest, quia mortalis est: nec diuturna, quia tota brevis est: nec de ipso brevi spatio sui secunda, quia semper incerta est. *Ibid.*

13. Multi aliquando vitam dolore finiunt, quam ne finirent, dolore voluerunt. *Ibid.*

14. Habet hoc magnum malum, ac vehementer execrandum et horrendum nimis amor vite istius, quod multi dum vultu paulo diutius vivere, graviter offendant Deum, apud quem est finis vite: atque ita dum ab eis frustra, qui necessario futurus est vite finis metuitur, illinc prohibentur, ubi sine fine vivitur. *Ibid.*

15. Vita misera, etiam si posset esse perpetua, nullo modo, beatae vite, etiam brevissimae comparanda est: et tamen isti amando miserum aliquae brevissimam, perdunt beatissimam ac sempiternam: cum in hac ipsa, quam male diligunt, hae velint, quod in altera perdunt: quia ulque in ista nec miseriam diligunt, nam beati esse volunt: nec brevitatem, nam eam finire nolunt: sed tantum quia vita est, sic amatur, ut saepe propter eam licet miseriam et brevem beata et sempiterna amittatur. *Ibid.*

16. An dignum est, vel ferendum, cum contentumur omnia que amantur in mundo, ut vita post paululum finienda, saltem ipsam paululum teneatur in mundo, et non contentumur mundus, ut obtineatur vita que sine fine apud illum est, per quem factus est mundus? *Ibid.*

17. Vita si diligitur, ibi acquiritur ubi nulla morte finitur. *Epist.* 45, ad *Armentarium*.

18. Omnes in hac vita mortales sumus, et dies hujus vite ultimus omni homini est semper incertus. *Prosec.*

19. Verumtamen in infantia speratur pueritia, et in pueritia speratur adolescentia, et in adolescentia speratur juvenitus, in juvenute speratur gravitas, et in gravitate speratur senectus, utrum contingat incertum est, est tamen quicquid speretur.

20. Senectus autem aliam aetatem, quam speret, non habet: incertum est, ipsa senectus quando sit homini: illud tamen certum est nullam remanere aetatem, quam possit excedere senectuti, quia noluit Deus. *Epist.* 110, ad *Eradium*.

abundantia sine defectu, dignitas sine despectu, sanitas sine interitu, iocunditas sine fletu, securitas sine metu, voluptas sine vitio, satietas sine taedio, claritas sine nubilo, veritas sine ambiguo, puritas sine piaculo, libertas sine obstaculo, conscientia sine scrupulo, felicitas sine termino. *Serm. 29, ad Novit., div. 4.*

IN VII. PAT.

173. Quis tam ignavi animi est? quis tam exors, quin sextenas temporarias mortes subire in animum inducat, ut beatam et ab omni interitu remotam vitam hereditario possideat? Lib. 1, in *Vita SS. Davianam et Josephat.* cap. 25.

SENTENTIE PAGANORUM.

ARISTOTEL.

174. Noster animus a mundo digressus speculabitur veritatem illius superni, existetque immortalis, felix dominusque orbis: qualis status est beatitudo magna et absoluta animis humanis. Lib. 12, *Theolog.*, cap. 22.

175. Beata vivere maxima est expetibile, et horum vita est beatissima. Lib. 9, *Ethic.*, ad *Nicomach.*, cap. 9.

CICERO.

176. Tempus est nos iam de illa perpetua, non de hac exigua vita cogitare. Lib. 10, *Epist. ad Atticum*, epist. 7.

177. Beata vita semper stabilis est, nec amitti potest: nam si amitti vita beata potest, beata esse non potest. *Prose.*

178. Non enim in aliqua parte, sed in perpetuitate temporis esse vita beata dei solet: neque appellatur omnino vita beata, nisi confecta atque absoluta. Lib. 2, de *Finibus*.

179. O preclarum diem, cum ad illud divinum animorum concitium extinguique proficiscar! *De Seneca.*

180. In vacante omnis aegritudinis, vita beata posita est. Lib. 5, *Tuic. quest.*

181. Quod si sola beata vita gloranda, et praedicanda, et praeserenda est: nihil est aliud quod praedicandum, et praeserendum sit. *Ibid.*

182. Perspicuum est in perpetuis plenisque gaudiis vitam beatam existere. *Ibid.*

PLATO.

183. Si purus animus decesserit, nihil a corporis contagione secum trahens, ad divinum quoddam et immortale proficiscitur, quo cum pervenerit, omnino felix evadit. In *Dialogo Phaedoni*.

184. Magnum est premium, spes futurae felicitatis. *Ibid.*

185. Quos constitit singulari quadam atque eximia virtute vitam instituisse, hi sunt qui torrens-bois liberantur atque solvantur, tanquam corcebitis quibusdam, superiorem vero illam puraque Regionem, qua terra supereminet, in qua ad incolendum sedes sunt constituto, perveniunt. *Ibid.*

186. Quicumque iuste et pie vitam traduxerit,

juvanda spes cor ejus fovens, ad felix quoddam solum comitatur. Lib. 1, de *Republ.*

187. Cum ex humilibus magnos, et insignes viros crassisse conspicimus es: eos in morte e miseria in magnam felicitatem ascendisse putas. Lib. 10, de *Legibus*.

188. Cum ex hoc carcere, hisque vinculis eraveris justus, tum eo pervenies, ubi nulla erit molestia, nulla sollicitudo, nulla senectus: tibi tria pulla vita, omnium malorum aescia, immobilis quadam et sempiterna quiete serena. In *Dialogo Archoch.*

189. Quid homini potest dari majus, quam gloria, laus et aeternitas? Lib. 3, epist. 21, ad *Cornelianum Prisc.*

190. Gloria nullus finis est, proximique Deo. *Suav. 2.*

191. Facilis est ad beatam vitam via, ipsis diis adjuvantibus. Lib. 2, de *Ira*, cap. 13.

192. Vivere omnes beate volunt, sed ad pervidendum quid sit, quod beatam vitam efficiat, exilgant. *De vita beata*, cap. 4.

193. Beata vita non aliter natura contingere potest, quam si primum sana mens est, et in perpetua possessione sanctitatis suae. *Ibid.*, cap. 3.

194. Hoc inter hanc vitam et illam aeternam interest: hae quia fulgore extrinseco veniente percussa est, crassam illi statim umbram facit quisquis obtulerit: illa vero suo lumine illustris est. *Epist. 21.*

195. Scias beatam vitam esse in excelsis, sed volenti et perseveranti penetrabilem. *Epist. 63.*

196. Cur, o viri terrigenae, precipites in mortem ruitis, cum vobis haudquaquam desit immortalitatis consequenda facultas? *Prose.*

197. Revocare jam vosmet, qui laboratis inopia, ignorantiae tenebris involuti: discedite ab obscuro lumine, ascedite immortalitatem, corruptionem fugite. Lib. *Potest. et Sap. Dei*, cui titulus *Pimander*, cap. 1.

198. Quisquis ad id, quod docet, mento ulitur, nihil ab immortalibus discrepat, qui etiam corporis solutus compediibus, ducitur in chorum Beatorum atque deorum. *Ibid.*, cap. 12.

Vita etiam tit. *Desiderium*, sent. 22; *Differentia*, sent. 11; *Labor*, sent. 50; *Molestia*, sent. 40; *Mundus*, sent. 103; *Obedientia*, sent. 145; *Paradisi*, per totum; *Patrio*, sent. 44, 52; *Regnum caeleste*, sent. 40; *Remuneratio*, sent. 40; *Requies*, sent. 50; *Virtus*, sent. 136; *Virtutis theologia*, sent. 56; *Vita humana*, sent. 9.

VITA HUMANA.

Etymologia. Vita dicta est propter vigorem, vel eo quod vi teneat. *Serm. Dom. 21, post Trinit.*

S. AKBROS.

Definitio. Vivere vita est virtute vivere, beataque vitam actus habere in hujus corporis vita. *De Paradiso*, cap. 9.

S. THOMAS AQUINAS.

Divisio. Vitae praesentis felicitas est duplex: una secundum vitam activam, alia secundum vitam contemplativam: una quidem perfecta, alia vero imperfecta. 2, 2, *quest. 186, art. 3.* In tria tempora vita dividitur: quod est: quod fuit: quod futurum est. Ex his quod agimus, breve est: quod acturi sumus, dubium: quod egimus, certum. *De Brevitate vite*, cap. 19.

SENTENTIE PATRUM.

PLINIO S.

1. Quid tempore vitam istam desideramus, in qua quanto diutius quis fuerit, tanto meliore operatur sarcina peccatorum? *De Bona morte*, cap. 2.

SENECA.

2. Vita hujus principium, mortis exordium est nec prius incipit augeri aetas nostra, quam minui. *Prose.*

3. Cui si quid adicitur spatii temporalis, non ad hoc accedit, ut maneat: sed in hoc transit, ut pereat. Lib. 2, de *Voc. gent.*, cap. 8.

S. ANTONIUS DE PADUA.

4. Huius quanta dementia in via lassari, et viam nolle finire. *Serm. Dom. 6 post Pascha.*

S. AUGUST.

5. Pereant omnia haec vana, et inania: vita haec misera est, et mors incerta. Lib. 6 *Conf.*, cap. 11.

6. Vita, quae fructu corporis delectata negligit Deum, inclinatur ad nihilum. *De vera Relig.*, cap. 11.

TRISTRANO.

7. Nulla vita est, quae non sit ex Deo: quia Deus utique summa vita est, et ipse fons vite. *De vera Relig.*, cap. 11.

8. Non aliqua vita, in quantum vita est, malum est, sed in quantum vergit ad mortem. *Ibid.*

9. Labores et pericula et exilia hujus transitoriae vite, si pro eadem vita quandoque finienda subeuntur, ut mors ejus non omnino antefatur, sed paululum differatur: quanto magis pro eterna subeunda sunt, ubi mortem nec natura sollicito cavet, nec ignavia turpiter timet, nec sapientia fortiter sustinet? *Epist. 45, ad Armentarium.*

10. Nonne cernis, haec vita miserabilis et egenae, quam volentes habent, quantumque sibi obliget amatores suos? qui tamen periculo ejus sepe turbati, citius eam finiunt, eo ipso quod finiri formidant, et mortem dum declinant, accelerant: veluti si quisquam fluxio impediendus irruat, latronem bestiamve fugiendo: jactant in mare tempestate serviente aliquando et alimentia, et ut vivant, projiciunt unda vivunt, nec cito finiuntur quo vel in labore vivitur. *Prose.*

11. Quantis laboribus agit, ut longiore tempore laboretur? Multi cruciatus suscipiuntur certi, ut pauci dies adjuvantur incerti: et nonnumquam ipsi doloribus victi, continuo moriuntur, quos mortis timore suscipiunt: et cum omnino non eligant vitam finire ne dolent, sed dolere ne finiant, accidunt eis ut dolent et finiant. *Ibid.*

12. Vita humana, sempiterna esse non potest, quia mortalis est: nec diuturna, quia tota brevis est: nec de ipso brevi spatio sui secunda, quia semper incerta est. *Ibid.*

13. Multi aliquando vitam dolore finiunt, quam ne finirent, dolore voluerunt. *Ibid.*

14. Habet hoc magnum malum, ac vehementer execrandum et horrendum nimis amor vite istius, quod multi dum vitam paulo diutius vivere, graviter offendant Deum, apud quem est finis vite: atque ita dum ab eis frustra, qui necessario futurus est vite finis metuitur, illuc prohibentur, ubi sine fine vivitur. *Ibid.*

15. Vita misera, etiam si possit esse perpetua, nullo modo, beatae vite, etiam brevissimae comparanda est: et tamen isti amando miserum aliquae brevissimam, perdunt beatissimam ac sempiternam: cum in hac ipsa, quam male diligunt, hae velint, quod in altera perdunt: quia ulque in ista nec miseriam diligunt, nam beati esse volunt: nec brevitatem, nam eam finire nolunt: sed tantum qua vita est, sic amatur, ut saepe propter eam licet miseriam et brevem beata et sempiterna amittatur. *Ibid.*

16. An dignum est, vel ferendum, cum contentumur omnia que amantur in mundo, ut vita post paululum finienda, saltem ipsam paululum teneatur in mundo, et non contentumur mundus, ut obtineatur vita que sine fine apud illum est, per quem factus est mundus? *Ibid.*

17. Vita si diligitur, ibi acquiritur ubi nulla morte finitur. *Epist. 45, ad Armentarium.*

18. Omnes in hac vita mortales sumus, et dies hujus vite ultimus omni homini est semper incertus. *Prose.*

19. Verumtamen in infantia speratur pueritia, et in pueritia speratur adolescentia, et in adolescentia speratur juvenitus, in juvenute speratur gravitas, et in gravitate speratur senectus, utrum contingat incertum est, est tamen quod speretur.

20. Senectus autem aliam aetatem, quam speret, non habet: incertum est, ipsa senectus quando sit homini: illud tamen certum est nullam remanere aetatem, quam possit excedere senectuti, quia noluit Deus. *Epist. 110, ad Erodium.*

21. Est quædam vita hominis carnalibus sensibus implicata, gaudiis carnalibus dedita, carnalem fugiat offensivam, voluptatemque consecrans. *Prose.*
22. Huius vita felicitas, temporalis est: ab hæc vita incipere, necessitatis est: in ea persistere, voluntatis. *Epist. 120, ad Haborat., cap. 2.*
23. Naturale nobis est velle vivere, male autem vivere non est iam natura, sed perversa voluntas, quam iuste pena subsequitur. *Lib. 7, de Genesi ad Iud., cap. 27.*
24. In hac vita est falsitas, hic perturbatio, hic pessima amaritudo, hic periculosa elatio. *Prose.*
25. Hic timetur ne qui erat amicus, efficiatur subito inimicus: hic quidquid est bonum, timetur ne perat, hic denique mors. *Contra Iudeos, cap. 21.*
26. Paucorum dierum est tota vita hominis, etiam si leta duris non miserentur, que plura et longiora sunt certa, quam dura, et ideo breviora et pariora sunt dura, ut durare possimus. *Super Psalm. xxxv, conc. 2, vers. 24.*
27. In regione mortuorum (id est in hac vita mortali) est labor, dolor, timor, tribulatio, tentatio, gemitus, suspirium. *Super Psalm. lxxxv, vers. ultim.*
28. Vita vite mortalis, spes est vite immortalis. *Super Psalm. ciii, conc. 4, vers. 34.*
29. Si vita nostra tibi est, ubi est veritas: non est vita nostra sub sole, ubi est vanitas. *Super Psalm. cxviii, conc. 12.*
30. Magna Dei misericordia, in hoc quod diem vite tibi incertum fecit, ut nescias quando hinc emigrabis, quotidie speras te aliquando conversurum. *Super Psalm. cxlv, vers. 8.*
31. Alia est vita terrena, alia vita celestis, alia vita pecorum, alia vita hominum, alia vita angelorum. *Prose.*
32. Vita pecorum terrena voluptatibus æstuat, sola terrena conquirit, in hac prona atque projecta est: vita Angelorum sola celestia.
33. Vita hominum media est inter angelorum et pecorum. Si vivit secundum carnem, peccatoribus comparatur: si vivit secundum spiritum, angelis sociatur. *Tract. 18, super Evang. Joan., de cap. 5.*
34. Ad hoc debet unicuique prodesset vivere, ut detur illi semper vivere: nam est non datur semper vivere, quid prodest bene vivere? quia nec bene vivere dicuntur, qui finem bene vivendi vel castitatis negligunt, vel inflatione contemnunt. *Ibid., tract. 45, de cap. 10.*
35. Mors ista vitalis et vita mortalis, licet multis sit responsa amaritudinibus, prohi dolor! quam plurimos suis caput illecebris, et quam multos suis falsis promissionibus decipit. *De Meditat., cap. 21.*
36. Vita hæc, vita misera, vita caduca, vita incerta, vita laboriosa, vita immunda, vita domina malorum, regina superborum, plena miseris et erroribus, quo non est vita dicenda, sed mors. *In Medit., cap. 24.*
37. Vita humana, vita fragilis, vita caduca, vita que quanto magis crescit, tanto magis decreseit: quanta magis procedit, tanto magis ad mortem accedit. Vita fallax et umbratica, plena lapsis mortis. *In Soliloq. animæ, cap. 2.*
38. Via vite ista est: quando finitur via, non omnibus una hora finitur, unaqueque habet horam, quando finitur via. Via vite ista dicta est: finisti istam vitam, finisti viam. *Serm. 1, de Verbis Domini.*
39. Quid est, diu vivere, nisi diu torqueri? quid est aliud diu vivere nisi malos dies malis diebus addere? *De Verbis Domini, serm. 17.*
40. Diu vivere quid est aliud nisi ad finem currere? habuisti hesternum diem, habere vis et crastinum: sed cum dies iste transierit, et crastinus, minus illum habes. *Ibid., serm. 30.*
41. Non magnum est diu vivere, aut semper vivere: sed magnum est beate vivere. *Ibid., serm. 64.*
42. Hæc vita horrenda est et laboriosa, fragilis et fastidiosa, caduca ac misera, deceptrix atque dolosa, ærumnis ac scandalis plena. *Serm. 65, ad Frat. in exona.*
43. Vita mortaliæ tota pœna est. *Lib. 24, de Civit., cap. 14.*
44. Homo non vivit ut vult: nam si ut vellet viveret, beatum se putaret: sed nec sic tamen esset, si turpiter viveret. *Ibid., lib. 14, cap. 21.*
45. Ex amore suo quisque vivit vel bene, vel male. *Lib. 5, contra Faust.*
46. Illi vivunt, pro quibus ut vivant, mortuus est qui vivebat. *Lib. 6, contra Julian., cap. 15.*
47. Non quando volumus, vivimus. *Tract. 43, super Joan.*
48. Melius est non vivere, quam vivere sine vita. *Lib. Medit., cap. 33.*
49. In magno huius vite diluvio circumstantibus agitur procellis. *Ibid., cap. 37.*
50. Cupis ut longa sit vita tua, licet mala sit, imo fac ut bona sit, et noli timere ut brevis sit. *Homil. 1, ex quinque. Hom., cap. 2.*
51. Vita humana tota brevis est. *Ibid., homil. 28, cap. 7.*
52. Vita bona, longa est. *Ibid., homil. 1, cap. 4.*
53. Quisquis es amator longæ vite, esto po-

- tius bonæ vite: nam si male vivere volueris, longa vita non erit verum bonum, sed erit longum malum. *Ibid., cap. 2.*
54. Longam vitam vis habere, bonam non vis. Villam, axorem, domum caligam non vis habere malam, et vis habere vitam malam: mala vita est, qua animam perdis. *Ibid., homil. 25, cap. 5.*
55. Ipsa vita humana, quam ingressi sumus, misera est, laboribus plena, doloribus, periculis, ærumnis, tentationibus. *Super Psalm. cxxxv.*
56. Dis. Via vite dicitur, per quam quilibet natus properat ad finem. *Super Psalm. 1, vers. 1.*
57. Hæc vita que vivimus, magis mors est quam vita: nec simpliciter vita, sed vita mortalis. *Serm. 17, super Qui habuit.*
58. Amittunt vitam odibiles vite, fugit vita que odit, et quos vita fugit, mori necesse est. *Serm. 6, de Triplici custodia lingue.*
59. Non vivit, qui superbia inflatur, qui luxuria sordidatur, qui ceteris inflebitur pestibus: quoniam non est hoc vivere, sed vitam confundere, et appropriare usque ad portas mortis. *Prose.*
60. Non parva res est, scire vivere: sed magnum aliquid, imo maximum est.
61. Dicitur vulgo, qui se bene pascit, bene vivit: sed mentis est iniquitas sibi; quis non bene vivit, nisi qui bonum facit.
62. Tu bene vivis, si vivis ordinabiliter, socialiter, et humiliter: ordinabiliter tibi, socialiter proximo, humiliter Deo. *Serm. 1, de SS. Apostolis Petro et Paulo.*
63. Nullo modo præbens vita facere beatus potest, que miseris transacta non efficit. *Lib. 2, de Consolat. philo., prosa 4.*
64. Vapor sive fumus videtur magnum quid, dum ascendere incipit: sed cum adesse cœperit, evanescit: sic vita dum florere videtur, modica febre extinguitur. *Serm. 4, de Invent. S. Crucis.*
65. Ille ordinatè vivit, qui vivit prudenter, temperanter, et obtemperanter. *De Reduct. artium ad theoloy.*
66. Nostrum vivere nihil aliud est, quam ad mortem transire. *In Soliloq., cap. 3.*
67. Non multum curandum quantum, sed quomodo vivatur. *Ibid.*
68. In hac vite, quantum durat, compara tibi vitam illam, que semper durat. *Ibid.*
69. Dum vis in carne, morere mundo, ut postea Deo vivere incipias. *Ibid.*
70. Optima vivendi forma eligenda est, quam reddat assuetudo jucundam, in *Speculo discipuli, in prologo.*
71. Vita mea navigant similis est, sive dormiam, sive vigilem, scriper vale festinus ad mortem. *In Soliloq., cap. 3.*
72. O vita præsens quam multos decipis, quam dum fugis, nihil es: dum videris, umbra es: dum exaltaris, fumus es! *Prose.*
73. Dulcis ac stultus, amara sapientibus: qui te amant, non te cognoscunt; qui te fugiunt, ipsi te intelligunt.
74. Alia te promittis longam, ut decipias: alia brevem, ut in desperationem inducas. *Ibid.*
75. Nemo se circumveniat, quia nemo sibi soli vivit, nemo sibi soli moritur. *Homil. 18.*
76. Quantum vita prolongatur, tantum humana fragilitate peccatur. *Super Psalm. cxiv, vers. 43.*
77. Cupiditas vita est istud, quod nos debetatione rei præsentis innoxerit. *In Epist. paraenetica ad Valerian.*
78. Abjiciantur illa omnia, que præsentem hanc vitam faciunt brevem occupationi, longam dolori. *Ibid.*
79. Non multum refero, quando finiant vitam temporariam, qui transiunt in æternam. *Ibid.*
80. Præstat vitam propagasse cum paucioribus, quam perdidisse cum pluribus. *Ibid.*
81. Vita mundi non est vita, sed mors: vita fallax, vita onusta tristitia, imbecillis et umbratica, vita mendax. *Prose.*
82. O vita plena laqueis, vita fragilis, vita momentanea et caduca!
83. Quanto magis crescit vita, tanto magis homo decrescit. *Epist. ad Damas. Papam de morte D. Hieronymi.*
84. Brevis est huius vite duratio, et nulla spes reditus. *In Asmot., super cap. 14, Job.*
85. Via hominis est vita ejus: qui male vivit, vitam tenet erroris: qui bene vivit, per viam graditur veritatis. *Serm. 5, de Epiph.*
86. Boni omnibus vita est approbatio et demonstratio uniususque nostrum voluntatis et consilii. *Super Job, cap. 2.*
87. Vite præsentis fluctus trahit quem levat: et valde demens est, qui in unda voluit, et plantam figere conatur. *Lib. 22 Moral., cap. 2.*
88. Hoc ipsum nostrum vivere, quolibet a vita transire est: quia infantia ad pueritiam, pueritia ad adolescentiam, adolescentia ad juventutem, juvenitudo ad senectutem, senectus transit ad mortem. *Ibid., lib. 11, num. 27.*
89. Hi vitam carnis quasi permanentem diligunt, qui quanta sit vite sequentis æternitas non attendunt. *Ibid., lib. 8, cap. 8.*

S. CECILII
ABELIAT.
CARPAGIUS.S. EUGENII
AD VALERIAN.S. HUSENICI
CASAR.FRANCISCI
TITULE.

S. PULGENTI.

GLOSS. ORD.

S. EUGENII
MAGNUS.

90. Prærens vita villosa, id est, tædere incipit, cum Conditoris amor dulcescere cœperit. *Ibid.*, lib. 8, cap. 23.

91. In hac vita sunt quedam laboriosa, quedam vacua, quedam vacua simul et laboriosa. Amore Conditoris præsentis vitam tribulationibus exerceri, laboriosam quidem est, sed vacuum non est. Amore seculi voluptatibus solvi, vacuum quidem est, sed non laboriosam. Amore vero ejusdem seculi adversa aliqua pati, et vacuum simul est, et laboriosum. Lib. 8 *Mor.*, cap. 5, num. 8.

92. Vita in carne, flos in fœno est. *Ibid.*, lib. 41, cap. 26, super illud *Job xiv*: Qui quasi flos cœditur.

93. Laboriosa est vita temporalis, levior fabulis, velocior cursore, instabilitate fluitans, imbecillitate mutans. Super *septem Psalm. Psal.*, super *Psalm. vi*, in prologo.

94. Vita temporalis nulla est fortitudo, nulla propositi constantia, nulla turbationibus requies, nulla a laboribus reclinatio. *Ibid.*

95. Magna profunditas, vita mortalis, in qua nihil est certum, nihil stabile, nihil tutum, nihil tranquillum. Magna profunditas in qua peccator obruitur, iustus immergitur, justus turbatur. *Ibid.*, super *Psalm. vi*, vers. 1.

96. Vita nostra naviganti similis est: is namque qui navigat, stat, sedet, jacet, vadit; et impulsu navis ducitur: ita nos sive vigilantes, sive dormientes, sive tacentes, sive loquentes, sive ambulantes, per momenta temporum quotidie ad finem tendimus. Lib. 6, in *Registro*, indiet. 15, cap. 190, epist. 26, ad *Andream*.

97. Quid infelicis? viveham olim Deo, mortuus seculo; nunc e contrario, mortuus Deo, mundo vivo. In *septem Psalm. Psal.*, super *Psalm. vii*, vers. 2.

S. GREGOR. NAL. 93. Vita hominis non maridarum opum possessione, sed sapientia servatur. *Prosec.*

99. Peccant aulem illi, qui majoribus nostris melius fuisse traditum vivendi genus dicunt, nec intelligunt quantum superet sapientia opum abundantiam: et quod tutum est clarior, quantum argentum umbra sua illustrat. Super *Ecclesiasten*, cap. 7.

S. GREGOR. NYS. 100. Vita prærens est tanquam via quedam, nos ducens ad id quod speramus. *De Mortuis*.

S. GREGOR. TRAUMAT. 101. Mortalium vitæ contentur, die diei succedente, annique partibus et conversionibus, solique cursibus certis se definitis nunc accedentibus, nunc sensim recedentibus. Super *Ecclesiasten*, cap. 1.

S. HIERON. 102. Nemo tam fractis viribus, et sic decrepitate senectutis est, ut non putet se unum adhuc annum esse victurum. Epist. 41, ad *Gerontium*.

103. Humana vita brevitatis, damnatio delictorum est. Epist. 21, ad *Paulum concordianum*.

104. Omnis vita mortalium, quasi somnium est; que in similitudinem florum atque fœni, eodem pene tempore siccatur atque deperit. Epist. 47, ad *Cyprianum*.

105. Nihil ita decipit humanum genus, quam quod dum ignorat spatia vite sue, longiorum sibi seculi hujus possessionem repræsentat. *Ibid.*

106. Nullus tam senex est, et sic decrepitate ætatis, ut non se adhuc uno plus anno vivere suspiciatur. *Ibid.*

107. O angustum et satis anxium tempus vite mortalis! ubi cum initio nominatur et finis, initium nostrum cum fine suscipimus. Epist. 6, ad *Ambrosium*.

108. Breve est vita istius curriculum: hoc ipsum quod loquor, quod dicto, quod scribo, quod rilego, de tempore meo mihi aut crescit, aut deperit. Lib. 3, super *Epist. ad Galat.*, cap. 6, in illud: *Tempore enim suo metamur*.

109. Hæc non est vera vita, que in suo non permanent statu. Et hab. in *Glossæ ord.*, super 1 ad *Timoth.*, cap. vi, in illud: *Ut apprehendam veram vitam*.

110. Vita ista prærens, brevis est, mala est, incerta est. Super *Psalm. xxxviii*, cap. 48.

111. Vita humana, vita laboriosa, vita corruptibilis, vita omni amaritudine plena, vita domina malorum, quam humores tumeficiant, dolores extequeant, ardore exsiccent, ær morificat, osse inflant, jejunia macerant, joci solvunt, tristitia consumunt, sollicitudo coarctat, securitas hebetat, divitiæ jactant, paupertas dejerit, juvenus extollit, senectus incurat, infirmitas fragit, moror deprimit, diabolus insidiat, mundus adulatur, caro delectatur. Lib. 4, de *Anima*, cap. 5.

112. Vita humana quasi circuitus quidam est, qui post excursum actionum temporalium, illic tandem redit per mortem, unde prodit per natiuitatem. Super *Thren.*, super illud: *Vocati quasi ad diem, etc.*

113. Bona vita fidem dat verbis, mala vita ipsam veritatem faciat ambiguum. Super *Regul. D. Aug.*, cap. 9.

114. Quotidianus ortus et occasus solis, quid aliud est quam mundi interitus? quia autem per occultas vias oritur et occidit, quid aliud demonstrat, nisi quod humana vita labitur, dum nascitur? Super *Ecclesiasten*, cap. 1.

115. Similis est vita nostra ludo scaccorum, ubi a bene indentibus diabolo illuditur: sicut enim uno tractu male facti, vel non facti, ludus amittitur, vel totum lucrum: sic uno opere male fac-

to, vel neglecto totius vite nostre fructus perditur. *Ibid.*, cap. 9.

116. Vita nostra quasi tela est: quia sicut tela filis, ita vita diebus proluit. Super *Isai.*, cap. 34.

117. Non est possibile, qui hanc amat vitam, vitam vivere crucifixam. Super *Joan.*, cap. 6.

118. Vita prærens laboribus et tribulationibus plena est: nam cum lactu agitur, et cum lacrymis amittitur. *Prosec.*

119. Tanta ejus est tribulatio, ut nec vita sit dicenda, sed potius mors, vel quippiam aliud morte deterius; cum vix aliquis pertranseat sine tribulatione, vel unicum diem. Lib. 2, de *Contemplat.*, cap. 2.

120. Tota vita prærens, et misera, amaritudinibus respersa est, laboribus inquieti, solitudinibus turbulenti, et languoribus plena. *Ibid.*, lib. 5, *Contemplat. de Mort.*, cap. 6.

121. Quanto plus virimus, tanto magis vita nostra mimitur. *Ibid.*, cap. 10.

JOAN. CASS. 122. Omnis longævitas vite prærens, cum ad illam future gloriæ perancidatam respectus, evanescit. Lib. 22, *Cænob. inst.*, cap. 11.

S. JOANNES CHERISONT. 123. Vita prærens nullo carceri præstare videtur. Homil. 14, super *Matth. Oper. perf.*

124. Infelix est vita humana et misera, que quotidie ad non esse tendit: non enim est omnium nasci, crescere, et senescere. Homil. super *Psalm. cxlii*.

125. Hæc vita pelagus est, late longaque protensum. Homil. 82, super *Matth. Oper. perf.*

126. Pigra est humana vita, et ad perditionem proclivis: non propter nature sue opificium, sed propter voluntatis desidiam. Homil. 47, super *Joan.*

127. Duas nobis vitas Deus constituit, præsentem et futuram: præsentem in certamine posuit, futuram in certaminis præmium. Homil. 27, super *Joan.*

128. Vita improbitas operatur innumera mala, bestias facit ex hominibus, et bestias stupidiore: nam que in singulis bestiarum ingenis sunt, ea sæpe in uno homine congregat et totum subvertit. Homil. 47, super *Acta Apost.*

129. Propria hujus vite sunt, adere, libere, dormire, crescere, currire, silitre, nasci, mori. Super epist. ad *Galat.*, cap. 1.

130. Ad præsentem vitam nimium afflicti, alienum est a professione et militia christiana. Sermon. 13, super *Epist. ad Philip.*

131. Senex quedam est vita prærens, ac somnium. Homil. 15, super 1 *Tim.*

132. Vita prærens nidus est hircinimum, ex festucis et luto coagmentatus. Homil. 50, ad *Popul. Antioch.*

133. Fabulis quedam est et somnium, vita. *Ibid.*, homil. 55.

134. Vita prærens, plena malis. *Ibid.*, homil. 69.

135. Dedit tibi vitam Deus, ut se coleres; tu eam incassam et inutiliter consumis. Homil. 57, super *Joan.*

136. Nihil habet humana vita, nisi lacrymas; et opprobria, et convicia, et tristitias, et negligentias, et labores: et morbos, et senectulem, et peccata, et mortem. Homil. 22, ad *Popul. Antioch.*

137. Talis vita nostra est, fœnalis, qui fluxam et caducam vitam agimus; tale terre ludibrium, ut cum non sumus, nascamur; cum nati sumus, rursum dissolvamur. *Prosec.*

138. Insomnium sumus instabile, spectrum quoddam quod teneri non potest, transeuntis avis volatus, navis in mari vestigium non habens, vapor, ros matutinus, flos pro tempore nascentis alique marcescens. Lib. 1 *Parall.*, cap. 10.

139. Vixeris hic et nunc, velut et nunc mortiturus hic. Considerat. super *Peregrini testamento*, consid. 4.

140. Vita humana quoties freto procellisior est. Lib. 8, de *Nugis, Curial.* in prolog.

140 bis. Nihil felicis, quam bene vivere. Super *Prolog. Regul. S. Bened.*, cap. 2, text. 7.

141. Vita omnibus viventibus res optabilissima est. *Ibid.*, cap. 2, text. 8.

142. Bona vita, semper gaudium habet. *Ibid.*, cap. 2.

143. Periculosum est in tali statu vivere, in quo quis mori non velit. In cap. 4. *Regule S. Bened.*, verbo *ira*.

144. In vita hominis finis querendus est: quoniam Dominus non respicit, qualis ante viximus, sed qualis circa vitam finem erimus. *Ibid.*, verbo *Præna*.

145. Tota vita nostra quantumlibet longæva, comparata eternitati, momento etiam brevior est. Lib. 1, de *Tent. Relig.*, cap. 4.

146. Vita prærens non manet, sed transit: non durat, sed evanescit: non stat, sed perit. De *vanit. et misor. humanæ vitæ*, cap. 2.

147. Nihil humana vita fragilis. *Ibid.*

148. Hæc vita impiis longa et grata est, in oculis autem justorum amara et brevis. *Prosec.*

149. Et licet vita ista brevissimè mora tamen sibi fieri creditur: quia quantumlibet breve sit temporis spatium, tamen etsi vixenti parum est, non amanti procul dubio longum est.

150. Qui vite prærens longitudo non de suo spatio, sed de ejus lineæ considerat, quam sit brevis et misera, satis utiliter pensat.

S. JOANNES DAMASC.

JOAN. GEES.

JOAN. BAR.

JOAN. TRITE.

S. ISIDORUS HISPALENSIS.

151. Vita enim præsens, quia ipsis suis incrementis deficit, brevis est. Lib. 3, de *Sum. bono*, cap. 61, sent. 2.

152. Ex ipso esse brevis vita præsens ostenditur, ex quo non permanet, sed fluit. *Prose.*

153. Tela enim consumitur filis, et vita hominis expletur diebus singulis.

154. Quid diu in hac vita vivitur, queritur utrum augmentum, an rectius detrimentum dicatur: sed quomodo posset roela dici augmentum, quod per dimensiones aetatis ad mortis tendit detrimentum? *Ibid.*, sent. 3.

155. De mora vite istius fastidium patitur iustus, eo quod ad desideratam patriam tarde perveniat, et vite presentis arduam segnius amittit. *Ibid.*, sent. 7, etc.

156. Qui bene vivere vult, si nec videat multa, nec studeat curare, nec si audiat, aut videat, audire aut curare se existimet. *Epist. ad Zenam.*

157. Hæc vita temporalis, quia brevis est, idcirco et bona epus, et mala hævita sint, necesse est. Lib. 6, de *Diem. inst.*, cap. 2.

158. Nihil aliud est bene vivere, quam toto corde, tota anima, tota mente Deum diligere, a quo existit vita. *De ligno vite*, tract. 4, de *Charit.*, cap. 6.

159. Hinc præsens vita, qua temporum spatia volvit, variisque casibus variatur, illius vite alterum est. *De discipl. monast. conversat.*, cap. 24.

160. Vita hæc nostra in medio insidiatorem, in medio prællorom est: si nolimus decipi, vigilandum est; si volumus suporare, pugnandum est. *Serm. 4 Quadrag.*

161. Quantumlibet caste et sobrio mortalis hæc vita ducatur, quodum tamen pulvere terrensæ conversacionis aspergitur, et nitore mentium ad Dei imaginem conditurum, non ita a fumo totius vanitatis alienus est, ut nulla possit sordis fuscari, et non semper indigeat expoliri. *Serm. 5 Quadrag.*

162. Omnis generis perturbationibus et æramnis misera hæc vita obruta est. Habet. apud D. Joan. Damascen. lib. 3, de *Parall.*, cap. 57.

163. Brevisissimus est hujus vite temporalis cursus, finis autem horribilis et incertus. *Epist. 15, ad Episc. Carnotens.*

164. Vite brevitate miseris est in remedium, qui hoc ipso quod cito moriuntur, tolerabilibus erudantur. *Ibid.*, *Serm. 5.*

165. Vivere et non dare operam ut recte vivatur, vitam perdere est. *Ibid.*, tract. de *Inst. epic.*

166. Vere via est vita præsens, in quam venit et vadit homo, que delictis est lata, diffusæ fluctibus, et in limbus spatiosa. *Serm. 44.*

167. Tota humana vita somnus est et somnium. *De somniis.*

168. Nulli minus sciunt vitam instituire, quam mali: sicut nulli melius, quam sapientes. Lib. *Quod omnis probus liber sit.*

169. Qui maximo longævus fuit, quantum temporis vixit, si ad æternitatem id conferas? *Lib. de Joseph.*

170. Sicut torrens pluviabilibus aquis collectis, redundat, perstropit, currit, et currendo decurrit, id est, cursum finit, sic est omnino iste cursus mortalitatis humanae vite. *Prose.*

171. Nascuntur homines, vivunt atque moriuntur; rursusque morientibus, alii oriuntur, succedunt, accedunt, recedunt. *Super Psalm. cix*, vers. ultimum.

172. Præsens vita dies est belli, quia vel foras, vel intus nunquam deest adversitas, cui debet repugnari. *Super Psalm. cxxxix*, vers. 8.

173. Vita, que secundum mentem est, finis est hominis. *Epist. 196, ad Hieronim.*

174. In hominibus vita uniuscujusque hominis videtur esse id, in quo maxime delectatur, et cui maxime intendit. 2, 2, quest. 479, art. 4.

175. Vanitas est longam vitam optare, et de bona vita parum curare. Lib. 1, de *Inst. Chr.*, cap. 4.

176. Ah simile! quid cogitas te diu victurum, cum nullum diem habes hic securum? *Ibid.*, cap. 23, sect. 7.

177. Diu vivere et vitam non emendare, penam est accumulare. In *Sollus. anima*, cap. 6, sect. 2.

178. Vita iustorum Angelis similis, vita carnalium beatis æqualis, vita superiorum demonum comparatur. In *Valle liber.*, cap. 4.

SENTENTIE PAGANORUM.

179. Tempora longa tibi non promittere vides, quocumque ingrederis, sequitur mors, corpus ut umbra. Lib. 4, de *Stichor.*, metr. 74.

180. Vita sancta hominum ex aule facta spectatur. Lib. 2, de *Arte rhetor. ad Herenn.*

181. Qui nihil habet in vita jucundus vita; in cum virtute vitam colere non potest. *Ibid.*, lib. 4.

182. Optima vivendi ratio est eligenda: eam jucundam consuetudo reddit, omnes bene vivendi rationes in virtute sunt collocandæ. *Ibid.*

183. Magna consolatio est, cum recordaris te roelo veraque vixisse. Lib. 6, epist. 21, ad *Torranum.*

184. Non potest jucunde vivi, nisi sapienter, honeste, justeque vivatur; nec sapienter, honeste, juste nisi jucunde. Lib. 4, de *Finib.*, num. 37.

FRILIO PUD.

S. PROSPER.

S. SYRACHA EPISCOPUS.

S. THOMAS AQUINAS.

THOMAS A KEMP.

CATO PŒT.

CICERO.

PLINII II.

185. An id exploratum cuiquam potest esse, quomodo sese habiturum sit corpus, non dico ad annum, sed ad vesperam? *Ibid.*, lib. 2, num. 92.

186. Ars est, Philosophia vite. *Ibid.*, lib. 3, num. 4.

187. Non potest jucunde vivi, nisi cum virtute vivatur. Lib. 3 *Quest. Tusc.*, num. 49.

188. Quis est tam stultus (quamvis sit adolescens) cui sit exploratum, se ad vesperam esse victurum? *De Senect.*, num. 67.

189. Ille vult diu vivere, qui diu vixit: quid est in vita hominis diu? mihi quidem nec diuturnum quidquam videtur in quo est aliquid extrinsecum: cum id adventit, tum illud quod præterit effluit: tantum remanet, quantum virtute et beneficiis consecutus sis. *Ibid.*

190. Quid habet hæc vita commodi? quid non potius laboris? *Ibid.*

191. Frustra vivi, cui ut bene vivat, nulla cura est. In *Sent.*, sent. 10.

192. Heu! quam penitenda incurrit homines vivendo diu. In suis *Sent.*, sent. 166.

193. Homo vite accommodatus, non donatus est. *Ibid.*, sent. 173.

194. Male vivunt, qui se semper victuros putant. *Ibid.*, sent. 230.

195. Non maxime quidem æstusmodum est vivere, sed bene vivere. In *Dialogo Criticos.*

196. Vite istius usura ad aliquod tempus ei, qui vere sit vir, non est optanda: neque sane quidquam vite desiderio teneri debet, sed harum rerum cura Deo est committenda. *De Rhetor.*

197. Illud studiosè considerare unusquisque debet, qua ratione tempus illud vite sibi ad vendendum tributum, quam optime possit traducere, et bonis moribus atque institutis se componere. *Ibid.*

198. Hunc esse optimum modum vite constituenda scias, ut et justitiam, et omnem alium virtutum exercitamus; et ita vivamus, ut et ita moriamur. *Ibid.*

199. Justa anima et vir justus, bene vivet: mala autem, male. Atqui qui bene vivit, felix est atque beatus: qui vero male, inelix atque miser. Lib. 1, de *Republ.*

200. Quisque ita omnem vitam instituat, ut felicem laudabilemque sui memoriam ad posterum transmittat. *Epist. ad Dionys.*

201. Frequentibus hominum sermonibus factatur, vitam hanc nostram esse peregrinationem, et consentaneum est. In *Dialogo Arcocien.*

202. Vita hominum altos recessus, magnasque latebras habet. Lib. 3, epist. 3, ad *Cornelian.* *Hippollom.*

203. Quid tam circumcisum, tam breve, quam hominis vita, etiam longissima? Lib. 3, epist. 7, ad *Cornelian. Rufum.*

204. Quatenus nobis denegatur diu vivere, relinquamus aliquid quo nos vixisse testemur. *Ibid.*

205. O vita misero longa, felici brevis! Lib. 3, *Centros.* 18

206. Præceperunt veteres optimam sequi vitam, non jucundissimam: ut recta ac bona vita non dux, sed comes voluptas sit. *De vita beata*, cap. 8.

207. Ego nego quemquam posse jucunde vivere nisi simul et honeste vivat. *Ibid.*, cap. 10.

208. Omnis vita servitium est. *De tranquillitate animi*, cap. 10.

209. Male virot quisquis nesciat bene mori. *Ibid.*, cap. 11.

210. Humanus est desideria vitam, quam deplorare. Ille qui ridet, spei bona aliquid reliquit: qui autem luget, stulto deficit, que corrigi posse desperat. *Ibid.*, cap. 5.

211. Vita, si scias nisi, longa est. *De Brevitate vite*, cap. 2.

212. Vivere tota vita descendam est; et quod magis iustissime miraboris, tota vita descendam est mori. *Ibid.*, cap. 7.

213. Non est quod quemquam propter canos, aut rugas, putes diu vixisse: non ille diu vixit, sed diu fuit. *Ibid.*, cap. 8.

214. Tu occupatus es, vita festinat: mors interea aderit, cui velis notis vacandum est. *Ibid.*

215. Maxima vite factura, dilatio est: illa primum queque extrahit diem, illa eripit presentia, dum ulteriora promittit. *Prose.*

216. Maximum vivendi impedimentum, est expectatio que pendet ex crastino: perdis hodiernum, dum quod in manu fortunæ positum est, disponis: quod in tua, dimittis. *Ibid.*, cap. 9.

217. Hoc iter vite assiduum; et citatissimum, quod dormientes vigilantesque eodem gradu facimus, occupatis non apparet, nisi in fine. *Ibid.*

218. Omnis vita supplicium est. *De Consolat. ad Polyanum*, cap. 28.

219. Plena et infesta variis casibus vita est. *De Consolat. ad Marciam*, cap. 10.

220. Non est bonum vivere, sed bene vivere. Lib. 3, de *Benef.*, cap. 31.

221. Si prolongetur tibi dies mortis, nihil proficit ad felicitatem; quoniam mora non fit beatorum vita, sed longior. *Ibid.*, lib. 5, cap. 17.

222. Dum differitur vita, transcurrit. *Epist. 4.*

223. Tu ita vive, ut nihil mali committas. *Epist. 3.*

SENeca.

®

224. Vive, ut convenit. *De consolat. ad Marcium*, cap. 18.
225. Nulli potest secunda vita contingere, qui de producenda viciis cogitat. *Epist. 4.*
226. Lacti dicamus: Vixi, et quem dederat cursum fortuna, peregi: crastinum si adiecerit Deus, lacti recipiamus. *Prose.*
227. Ille beatissimus est, et securus sui possessor, qui crastinum sine sollicitudine expectat: quisquis dixit, Vixi, quolibet ad lucrum surgit. *Epist. 12.*
228. Nemo, quam bene vivat: sed quando, curat: cum omnibus possit contingere ut bene vivat: ut diu, nulli. *Epist. 22.*
229. Una est catena, qua nos alligatos tenet, amor vite. *Epist. 26.*
230. Considera quam pulchra res sit, consummare vitam ante mortem, deinde expectare secure reliquam temporis sui partem. *Epist. 32.*
231. Recognosce singulos, considera universos: nullius non vita spectat in crastinum. Mortem infinitum est: non enim vivunt, sed victuri sunt, omnia differunt. *Epist. 45.*
232. Tota brevis est vita nostra, punctum est quod vivimus, et adhuc puncto minus, sed hoc minimum specie quadam longioris spatii natura dividit. *Epist. 49.*
233. Mors me sequitur, fugit vita. *Ibid.*
234. Doce non esse positum bonum vitium in eius spatio, sed in usu. *Ibid.*
235. Doce posse fieri, non saepe fieri, ut qui diu vixit parum vixerit. *Ibid.*
236. Id ago, ut mihi instar totius vite, sit dies: nec tanquam ultimum rapio, sed sic illum aspicio, tanquam esse vel illitius possit. *Epist. 61.*
237. Ut satis vixerimus, non anni, nec dies faciunt, sed animus. *Epist. 61.*
238. Non vivere bonum est, sed bene vivere: itaque sapiens vivit, quantum debet, non quantum potest: videbit ubi victurus sit, cum quibus, quomodo, quid acturus: cogitat semper qualis vita, non quanta sit. *Epist. 70.*
239. Ideo peccamus, quia de partibus vite omnes deliberamus, de tota nemo deliberat. *Epist. 71.*
240. Tandem descendam est, quemadmodum vias, quando vivis. *Epist. 76.*
241. Vita non est imperfecta, si honesta est: ubiqueque desines si bene desinis, tota est, sed et fortiter desinendum est. *Prose.*
242. Non est res magna vivere, omnes servi tui vivunt, omnia animalia: sed magnum est honeste mori, prudenter, fortiter. *Epist. 77.*
243. Vita, si moriendi virtus abest, servitus est. *Ibid.*

244. Quomodo fabula, sic vita: non quoadvis, sed quam bene acta sit, refert. *Prose.*
245. Nihil ad rem pertinet quo loco desinas: quocumque voles, desine, tantum bonam clausulam impone. *Ibid.*
246. Non ut diu vivamus curamus, sed ut satis, natura ut diu vivas, fato opus est: ut aotis, animo. *Prose.*
247. Longa est vita, si plena est: impletur autem cum animus sibi bonum suum reddidit, et ad se potestatem sui transtulit. *Epist. 93.*
248. Quid octoginta anni hominem juveni per inertiam exacti? non vixit iste, sed in vita moratus est, nec sero mortuus est, sed diu: octoginta annis vixit, imo octoginta annis fuit. *Epist. 93.*
249. Hoc agamus, ut quemadmodum pretiosa peram, sic vita nostra non pateat, sed nullum pendat: actu illam metiamur, non tempore. *Ibid.*
250. Quemadmodum in minore corporis habitu, potest homo esse perfectus: sic et in minore temporis modo potest esse vita perfecta. *Ibid.*
251. Queris quid sit amplissimum vite spatium? usque ad sapientiam vivere: qui ad illam pervenerit, attingit non longissimum finem, sed maximum. *Ibid.*
252. Non est beator, qui diutius vixerit: rectius vivat oportet, ut beatus vivat: si rectius non potest, ne beatus quidem. *Epist. 92.*
253. Bimidium vite edormitur, adlice labores luctus, et pericula, et intelliges etiam in longissima vita, minimum esse quod vivitur. *Epist. 99.*
254. Vita nec bonum, nec malum est: boni ac mali locus est. *Ibid.*
255. Nihil differamus, sic formemus animum, tanquam ad extremum vite ventum sit: quotidie cum vita, paria faciamus. *Prose.*
256. Maximum vite vitium est, quod imperfecta semper est, quod etiam aliquid ex illa defertur. *Epist. 101.*
257. Cui vita sua quotidie tota est, securus est. *Ibid.*
258. Descendum est quam bene vivas referre, non quando: saepe autem in hoc esse bene, ne diu. *Ibid.*
259. Non est delicta res, vivere: sed contra-gesum hoc iter. *Epist. 107.*
260. Fiant dies, et irreparabilis vita decurrat: una felicitas est, bona vita. *Epist. 123.*
261. Res sordida est, vita ac vulgari via vivere. *Epist. 123.*
262. Male vivunt, qui se semper victuros putant. In suis *Proverb. in fine posit.*
263. Volunt homines ita preceptum esse ut vivunt: non ita vivere, ut preceptum est. *Ibid.*

264. Finem vite existima, vivere secundum Deum. sent. 191.
265. Non est secundum Deum vivere, nisi pudes, et bene, et iuste quis agat. *Ibid.*, sent. 387.
266. Hominum infidelium vita opprobrium est. *Ibid.*, sent. 387.
267. Humana vite conditionem precipue primus et ultimus dies continet: quia plurimum interest, quibus auspiciis inchoatur, et quo fine claudatur. *Lib. 9. Diatr. memorabil.*, cap. 12.
- Vide etiam tit. *Etas*, sent. 68; *Conversatio dilatio*, sent. 19, 20, 21, 22; *Fatum*, sent. 19; *Finis*, sent. 29; *Incipere*, sent. 84, 85, 86, 87, 88; *Instabilitas*, sent. 42, 43; *Judicium extremum*, sent. 47; *Luctus*, sent. 66; *Miseria*, sent. 45; *Mors in genere*, sent. 161, 162, 275, 276, 277, 311; *Multitudo*, sent. 22; *Mundus*, sent. 25; *Peccatorum remissio*, sent. 43; *Radere rationem*, sent. 5; *Sanctitas*, sent. 87; *Senex in genere*, sent. 4; *Tumor mortis*, sent. 69; *Tribulatio*, sent. 26, 27; *Vita aeterna*, sent. 153, 154; *Voluptas*, sent. 84.

VITE AETERNITAS. Vide *Eternitas*.

VITUM.

- S. AUGUST.** *De Solutio.* Vitium est qualitas, secundum quam minus est animus. *De perfectione justitia*, ratiocinat. 4.
- S. BASILIUS MAGNUS.** Vitium nihil aliud est, quam defectus virtutis. In *Consil.*, cap. 2.
- S. JOHANNES BARBAR.** Vitium nihil quicquam aliud est, quam boni recessio, quemadmodum est caligo lucis abscessus. *Lib. 2. de Fide orthod.*, cap. 39.
- S. MARTINUS MART.** Vitium est oblitio honorum naturalium ad animam intellectum pertinentium. *Centuria 1. de Virtute et vitio*, cap. 57.
- JOAN. GEES.** Vitium in genere est mala inclinatio creatura rationalis ad operationes nature sue incongruas vituperabiliter exercendum, aut a bonis desistendum. *Part. 4. In Descript. terminorum.*
- S. THOMAS AQUINAS.** Vitium uniuscujusque rei est, quod non sit disposita secundum quod convenit sue nature. *1. 2. quest. 71.*
- CICERO.** Vitiositas est habitus aut affectio in tota vita inconspicua, et a seipsa discrepans. *Lib. 4. Tusc. quest.*, *trun. 29.*
- S. BASILIUS MAGNUS.** *Differentia.* Omnis vitium est anime aegritudo, vitium vero sanitatis rationem obtinet. *Homil. 9. In Hezomer.*
- DECRAND. A. S. VICTOR.** Aliud est vitium, et aliud est peccatum. Vitium est ipsius naturalis boni, etiam invitata defectus: peccatum vero est voluntatis mali spontaneus consensus. *Prose.*
- Vitium est corruptio nature, ex qua fit prona et cupida illius etiam mali saepe, cui tamen consentit nolit: peccatum vero est perversio in-
- S. ISIDORUS HISPAL.** Sicuti corporum languor, ita vitiositas quidam est, quasi morbus animorum. *Lib. 4. de Consolat. Philosoph.*, *prosa 4.*
- SENTENTIE PATRUM.**
1. Docet vitia nescire, qui docet causas nescire vitiorum. *Lib. 1. de Virginitate.*
2. Qui subiectus est vitium, multis se dominis addidit, ut servitio ei exire vix liceat. *Lib. 2. de Jacob*, cap. 3.
3. Cavenda prima sunt vitia, ne in plura deinde graviora proserpant. *Supor Psalm.* 1.
4. Virtus virtuti accumulata prodest, sic vitium appositum vitio obest. *De Similitud.*, cap. 54.
5. Vitium destruit naturam, consumit inventa, inflamat concupiscentias, incestat luxuria, dehonestat gula, confundit ebrietas, detractione lacerat, ambitio supplantat, discordia dissipat, ira perturbat, levitas deiecit, torpor opprimit, hypocrisis fallit, adultio frangit, favor extollit, calumniam pungit. In *Medit.*
6. Omnia vitia proventus voluntati deseruiunt. *De Similitud.*, cap. 36.
7. Vitium non aliunde malum est, nisi quia natura adversatur quae ipsius rei, cuius est vitium. *Lib. 3. de Lib. arb.*, cap. 14.
8. Non ubi homine vinci potest, qui vitia sua vicerit. *De vera Relig.*, cap. 46.
9. Perpetuanda sunt vitia multitudinis, ut curentur; et prius toleranda, quam sedanda est pestilentia. *De moribus Eccles.*, cap. 32.
10. Virtute privari, atque in vitium delicere, damnable est. *Lib. 9. de Trinit.*, cap. 10.
11. Mens veritatis expax non est, nisi vitium liberet. *De opere Christiano*, cap. 13, in titulo.
12. Difficile est ut dum perverse homines vitia deviant, non in eorum contraria pervicaciter currant. *Lib. 9. de Gestis et lit.*, cap. 8.
13. Vitium est quoddam sterilitas, et quasi famens antiorum. *De beata vita*, in *disput. prima dia.*
14. Quando vitis imperatur, plena pax non est; quia et illa que resistunt, periculoso debellatur prelio, et illa que victa sunt, nondum secure triumphantur otio, sed adhuc sollicito premuntur impetio. *Lib. 19. de Civit. Dei*, cap. 27.
15. Nullum vitium ita contra naturam est, ut nature deleat etiam extrema vestigia. *Ibid.*, cap. 12.
16. Vitia sunt fremenda, cohibenda, sananda:

sed dum curantur, infesta sunt. Lib. 2, contra Julian., cap. 3.

17. Non satis est ut moriantur vitia, nisi marcescant corporis luxus. Ibid., cap. 5.

18. Omnia vitia in malicia timenda sunt, superbia in benefactis plus metuenda est. Super Paulin., lxx, conc. 2, vers. 14.

19. Neque vitia oppressos, sed ipsa vitia odertimus. De quantis animae, cap. 34.

20. Nullius vituperatur vitium, nisi cuius natura laudatur. Lib. 3, de Lib. arb., cap. 13.

21. Omne vitium eo ipso quo vitium est, contra naturam est; et enim natura non nocet, nec vitium est. Ibid.

22. Non recte in vitio displicet, nisi quia vitiat quod in natura placet. Ibid.

23. Quaecumque natura cum vitio, ad eam que sine vitio est, ut corrumpit, accedit; eo ipso non accedit equalis, sed infirmior vitio suo. Ibid.

24. Quia vitium naturae adversatur, tantum additur malitiae vitiorum, quantum naturam integritati minuitur. Lib. 3, de Lib. arb., cap. 14.

25. Vituperatio vitiorum, ipsarum etiam quarum sunt vitia naturarum, decus dignitatemque commendat. Ibid., cap. 16.

26. Unius virtuti duo vitia opponi solent. Epist. 29.

27. Aliquando vitium vitio tollitur, ut amore laudis, amor pecuniae: aliquando vitium cedit, ut plura succedant. Epist. 29.

28. Anima vitis corrumpitur. De Fide et Symb., cap. 10.

29. Nonnunquam apertissima vitia, aliis vitis vincuntur occultis, que putantur esse virtutes. Lib. 21, de Civit. Dei, cap. 16.

30. Unum vitium cetera omnia non consequuntur. Lib. 4, de Baptismo contra Donat., cap. 20.

31. Accedit ad vitium corruptionis, vitio consensio. Lib. ad Donat., cap. 20.

32. Nihil aliud in vitio recte displicet, nisi quia detrahit vel minuit, quod in natura placet. Lib. 4, contra Julian., cap. 8.

33. Tanto peiora sunt vitia, quanto virtutum specie celandur. In suis Prov., verbo Tanto.

34. Vitia delicti non possunt virtutibus difari. Ibid., verbo Vitii.

35. Expertis vitiorum illecebris, difficilis quam incognitis careamus. Lib. 3, super Ebraim., cap. 20.

S. BERNARD. 36. Qui sunt in vitia assueti, quanto sunt antiquiores, tanto sunt studiosiores. Sermon. 12, Dom. post Pent., art. 1, cap. 5.

S. BERNARD. 37. Familiare magis nobis est carnis nostrae servire vitis, quam actiones et passiones eius ordinare. Serm. for. 4, Hildem. pannes.

38. Credite mihi, et putata repullulant, et effugata redeunt, et receduntur extincta, et sopita dempto excitantur. Prose.

39. Parum est semel putare, saepe putandum est, imo (sisteri possit) semper: quia semper quod putari oportet (si non distimulatis) invenit.

40. Quantumlibet in hoc corpore manens profeceris, erras si vitia putas amotus, et non magis suppressa: vobis nobis intra fines Luce habilitat Iehuseus: subjugari potest, sed non exterminari. Serm. 58, super Cant.

41. Vitiosus conscientias vitiorum non refugit; et ubi omnes sordent, unus factor minima sentitur. Lib. 1, de Convid., ad Eugen. Pap.

42. Vitium si patet, sit ex magno pusillum: si laet, sit ex minimo magnum. De Inter. domo, cap. 37.

43. Mollis est ut vitia vitium, quam ut emendes: ne forte cum incurris, revocare non possis. Ibid.

44. Anima mole carnis pressa, sicut difficile ad virtutem surgit, ita facile in vitia cadit. De ordine vitio.

45. Vitium cum nihil esse credatur, quam privatio virtutis, famen vastitas eius et enormitas tanta numquam quasi sentitur, ut obruat et opprimat: fecitque tanta, ut inquit et indicia: adhaesio tam pertinax consuetudinis, ut vix a se eam natura excutiat. De vita solitor.

46. Omnis vitii frustra siocatur rivus, si fons non fuerit obturatus. Ibid.

47. Extrema servitus est vitis servitii. Lib. 5, de Consolat. philol., prosa 2.

48. Tanto est homo a Deo longius, quanto in vitis profundius. Serm. 3, Dom. 2, Quasdag.

49. O quam miserabilis est vitiorum submersio! vanitas cor rapit, curiositas seducti, cupiditas allicit, voluptas deducti, luxuria polluit, torquet invidia, turbat iracundia, cruciat tristitia. Serm. 1 for. 4 Pent.

50. Hostis antiquus malle que sunt vitia eandem veritatem palliat sub specie virtutum. Super lib. 2 Sent., dist. 21, art. 2, quest. 3.

51. Quot vitia habuerit homo, tot habet demones. Homil. 23.

52. Vitiator servus, Dominum non meretur habere sanctorum. Super Psalm. cxviii, vers. Tuus sum ego.

53. Succumbere et cedere vitis, extrema est servitus: sicut ea vincere, sola est libertas. Lib. 2 Sermot.

54. Fuga vitii aditum virtuti efficit. Lib. contra Manich.

55. Cetera vitia crescunt vitis, vanitas virtutibus. Epist. Paracetica ad Valerian.

S. EUSEBIUS
CESAR.
EUSEBIUS
KRISSEN.

56. Nullum ait inquam cum vitis fodus, sed vitium oditatur. Epist. ad Damas. Papan.

57. Quantum a vitis recesseris, tantum virtutibus propinquabis. Homil. 3 Egiptian.

58. Quis in securitate vitis deditus est, in libertate captivus est. Homil. in Litanis.

59. Vitia que utraque hominem impediunt, vitriusque labore vincenda sunt, atque expugnanda. Homil. 8, ad Monachos.

60. Uniuscujusque malum vitii in suum recurrit auctorem: suam linguam malleoque mactat, suum cor obtreceptor aruleerat, suam mentis, lumen iracundus obsecrat, suam animam invitavit velut quadam rubigine pestifera livore corrumpit. Ibid., homil. 9.

61. Nullum vitium meum est, nisi quod voluntas mea facit esse meum. In Annot. super Paulin.

62. Injuria est, si tibi suavis fragrant vitia, quam virtutum lilia. Serm. 27, super Cant.

63. Vitia solas animas quaerunt. Super illud Gen. xiv: Da mihi animas.

64. Vitia minima saepe reservantur, ut virtutes maxime in humilitate habeantur, et vitia maxima premantur. In Jone, cap. 16.

65. Expertis vitiorum illecebris difficilis careamus, quam incognitis. Super II Estra, cap. v.

66. Vitia vitis succedunt, que si non omnia simul sint, omnia tamen simul sunt in mente: et si non omnia estent, omnia facere appetit. Super Job, cap. xx.

67. Vitia extinguenda sunt, non caro. Ibid., cap. xxx.

68. Dulcia sunt vitia dum flunt, sed postea amara. Super Joel, cap. 1.

69. Sicut bonus odor ex virtute est, sic fater ex vitio. Lib. 14 Moral., cap. 26, num. 28.

70. Eos sua victoria oppressit, qui vitia superant, sed sua ipsa que subiciunt, succubendo succumbunt. Ibid., lib. 19, cap. 13.

70 bis. Vitia virtutum specie palliat, blanda quidem superficie implicent, sed asperae contrarietate mentem perturbant. Ibid., lib. 8, cap. 19 super illud Job ii: Si blanda suscepimus, etc.

71. Sape quodlibet vitium impudenti presumptione committitur, et saepe (quod omni culpa sit gravius) etiam de commissio vitio superbiunt. Ibid., lib. 7, cap. 12, num. 15.

71 bis. Vitium ab ipsa mox radice secundum est, ut cum latenter occidit, tunc vigiliantur absconditur, ne preventu rigent, ne usu roboretur. Ibid., lib. 24, cap. 18, num. 28.

72. Plerumque vitia colore virtutum tincta: tanto nequiora sunt, quanto et esse vitia minime

FRANCISCUS
TITELM.

GILBERT.
ANGLES.

GLOSS. INT.

GLOSS. ORD.

GLOSS. INT.

BOETHIUS.

S. HONORIUS.

GLOSS. INT.

S. GREGORIUS.
MAGNUS.

S. GERARDUS
ANGLIENSIS.

CASSIODORUS.

CLEMENS
ALEX.

DIPTYCH.
ALEX.

S. RICHARDUS.

cognescuntur. Ibid., lib. 33, cap. 10, super illud Job xxxviii: Prætra laborant, etc.

73. Tanto tardius mens vitium suum deserit, quanto per virtutis speciem decepta, premium etiam de eo retributionem quaerit. Ibid., lib. 32, cap. 17, num. 23.

74. Tamotardius mens vitium suum deserit, quanto hoc quod perpetrat non erubescit. Ibid.

75. Cum vitium virtus creditur, sine motu culpa accumulatur. Part. 3 Pastor, cap. 1, admoit. 17.

76. Sunt quadam vitia, quasi per quendam sibi cognitionem propinqua: sicut dissolutio spiritus, appetitus gulae, et immunditia luxurie, sicut multiloquium fallacia, atque perjurium. Homil. 12, super Ezech., super illud: Et dabis contra eam castra, etc.

77. Quid detestabilis in vitis, quam luxurie motus, lurti crimen, turpis lucti appetitus, ira impetus, amaritudo tristitiae secularis, desidia accidia, appetitus vanae gloriae, tumor superbia? Lib. 4, in I Reg., cap. 1.

78. Dum vitium simplices quasi virtutem indicant, in se abscondunt hostem portant. Ibid., cap. 4.

79. Quid cum vitia, nisi languores animarum? Ibid., lib. 6, cap. 8.

80. Promptum et proclive est vitium, etiam nullo trabente. Hab. apud D. Joan. Damasc., lib. 1 Parall., cap. 12.

81. Vitium omne ad virtutem collatum, aut desicit, aut excedit. De vita Moysis.

82. Vitia non decipiunt, nisi sub specie utraque virtutum. Epist. 7, ad Letaniam.

83. Nemo sine vitis nascitur: optimus ille est, qui minimis urgetur. Epist. 9, ad Solutianam.

84. Turpiora sunt vitia, cum virtutum specie celantur. Epist. 14, ad Celsianum.

85. Vitia sunt vitia virtutibus. Epist. 12, advers. Vigilant.

86. Fuganda sunt omnibus modis, et abscondenda vitia: languor a corpore, imperitia ab animo, luxuria a ventre, a civitate salutis, a domo discordia, et a cunctis robis incemperantia. Epist. 22, ad Rufin.

87. Quia vitia non habet, irreprehensibilis appellatur: qui virtutibus pollet, ornatus est. Epist. 41, ad Oceanum.

88. Ita se natura habet, ut blanda vitia existimantur. Epist. 58, ad Gratianum.

89. Vitia, que ignorantia et errore committuntur, cum non sit voluntas in crimine, error tamen in culpa est. Epist. 47, ad Cyprianum.

90. Tibi non tam expellenda sunt: que vitium non recipere facilis est, quam semel suscepta deponere. Prose.

S. GREGORIUS
MAGNUS.

S. GREGORIUS
MAGNUS.

S. HIERONYMUS.

®

91. Nec eorum tanta dulcedo est, ut ea debeamus praeferre virtutibus, cum nec in omnibus sit delectationis illecebra, et a plerisque ea etiam que videntur dulcissima, respiciantur.
92. Duo sunt ex omnibus vitia, quas maxime homines decipiunt sui voluptate, gula scilicet ac libido, quae deponere eo difficilius est, quo eis ubi dulcius.
93. Aliorum vitiorum est longe diversa ratio, quae cum nihil habeant iucunditatis, tamen multum amaritudinis habent, quaeque cum ad vitandum sunt faciora, raro a quibus vitentur, invenies.
94. Quid invidio delectationis praestat? quid citur ab odio mercedis accipit? quid iracundo furor suus confert? similiter curte per singula, invenies tot animae tormenta quod vitia, quae utique eo facilius vinci possunt, quo nulla illicent nos voluptate. Epist. 1, ad Demetriad.
95. Nullus unquam in mente tua ullus sit vitii locus: nihil in te superbum, nihil arrogans, nihil denique fastidiosum. *Ibid.*
96. Vitia corporis non sunt sinenda coalescere, sed in cordis statim evocanda. Super *Psalm.* CXXV.
97. Vitium non vincitur, nisi sollicita causa et oportunitas vitii caveatur. Super *Regul. D. Augustini*, cap. 6.
98. Quisquis perfecte appetit incentiva vitiorum fugere, ab aspectu et vicinitate ipsorum se debet alienum facere. *Ibid.*
99. Felix anima cui vitia serviunt, virtutes obediunt. Lib. 3, de *Civitate animae*, cap. 9.
100. Sunt qui vitia superant, sed sub ipsis superbiendo succumbunt. Super *Gen.*, cap. 11.
101. Vitia complexa sunt, et se mutuo juvant. *Ibid.*, cap. 11.
102. Sicut vitium est prius infundere, quam infundi: ita vitium est semper infundi, et nunquam infundere. *Ibid.*, cap. 46.
103. Tot Deos habet peccator, quot vitia. Super *Psalm.* LXXX.
104. Valde cavendum est vitium, quod de victoria surgit vitiorum. Super *Psalm.*, cxi.
105. Tot demonibus debitor est, qui vitium subiectus est. Super *Sapient.*, cap. XVI.
106. Omne animi vitium tanto conspicuus in se crimen habet, quanto qui peccat major habetur. *Prose.*
107. Multa sunt levia subdilia, quae gravia sunt praesentis, et multa sunt levia venialia, quae clericis sunt mortalia. Serm. 1, in *consecrat. Pontific.*
108. Causae vitiorum, sicut in omnibus immo-rantur, ita ab omnibus igeorantur. De *Cenob. Inst.*, lib. 5, de *spiritu Gastrum*, cap. 2.
109. Impossibile est extinguere ignem corporis incentiva, priusquam exterorum quoque principium vitiorum fontis radicibus excidantur. *Ibid.*, cap. 11.
110. Magis exercitio usque humano cessante efferantur in nobis vitia, nisi fuerint ante purgata. *Ibid.*, lib. 8, cap. 17.
111. Tria sunt, quae faciunt homines a vitiis temperare, aut motus gehennae, sive praesentium legum; aut spes atque desiderium regni caelorum; aut effectus boni ipsius, amorque virtutum. Collat. 11, *Abbat. Charemonis*, cap. 6.
112. Vitiorum extirpationem nullus obtinere posse se credat, qui non prius ipsas causas atque materias, pro quibus in illa collapsus est, omni spiritu fervore succiderit. Collat. 29, *Abbat. Pinnipii*, cap. 10.
113. Vitium momentaneum habet voluptatem, dolorem vero perpetuum: virtus e contra laborem brevem, fructum vero cum hilaritate indesinentem. Homil. 4, de *fide Annae*.
114. Unusquisque vitiosus omni bestia comparatur immanior. Homil. 4, super *Math. Oper. perf.*
115. Innata vitia nullis cedunt remediis. Homil. 22, ex *Divers.* in *Math.*
116. Voluptate vera fruatur, qui praee omnibus fugit vitium, virtutemque sectatur. Serm. 1, super *Epist. ad Rom.*
117. Nihil turpius aut informius animi vitia obnoxia. Homil. 22, ad *Popul. Antioch.*
118. Vitia sola servitutum inducunt, hominemque personis et rebus indelito famulatu subiungunt: et licet servitus personae quandoque miserabilior pareat, vitiorum servitus longe semper miserior. Lib. 7, de *Nugis curial.*, cap. 25.
119. *Ibid.* Qui vitium dominatur, ille nobilis est. In cap. 2, *Regulae S. Bened.*, verbo *Caput*.
120. Recedens homo a Deo, statim vitiorum traditur potestate; ut dum patitur infesta vitia, revertendo unde ceciderat, respiciat. Lib. 2, de *Sum. bono*, cap. 32, sent. 1.
120. Si sancti toto animi nisu contendunt superare vitia, nec extinguunt: quid agent hi, qui non solum non odiunt vitia, sed toto se amore sectantur? *Prose.*
121. Satis delicato se palpat, qui vitia sine labore vult superare: dum peccati legem, quam sibi deservendo vitia fecit, sine violentia doloris rescicare non possit. *Ibid.*, sent. 2.
122. Perfecite renuntiat vitio, qui occasionem evitat in perpetrando vitio. *Prose.*
123. Nam si velis tantumdem vitium non perpetrare, et data occasione perpetraveris: tu tibi et reus et iudex es, qui et commissa damnas, et damnata committis.

S. JOHANNES
CHRISTOPH.

JOHANN. SARR.

JOAN
DRETT.S. ISIDORUS
HISPALENSISS. LAURENTIUS
JUSTIN.LEODOVICUS
HROGIVS.

S. NIKOLAUS

S. PETRUS
CHRISTOPH.

124. Se autem iudice reus est, qui vitia et accensit et perpetrat. *Ibid.*, sent. 4.
125. Quaedam vitia dum non perfecte vitantur, suos in se faciunt relaxi auctores: nam si unum vitium districte vitetur, et alia negligantur, inanis labor est. *Prose.*
126. Non enim potest in unius observatione virtutis fortiter perdurare, cuius alia vitia dominantur in corde. *Ibid.*, sent. 5.
